BRITANNOMACHIA MINISTRORUM, IN PLERISQUE ET FIDEI FUNDAMENTIS, ET FIDEI ARTICULIS...

Henry Fitzsimon, Giovanni Battista Coccini

BRITANNOMACHIA MINISTRORVM, IN PLERISQVE ET FIDEI FVNDAMENTIS, ET FIDEI ARTICVLIS DISSIDENTIVM.

Authore P. HENRICO FITZ SIMON, Dublinenſi Iberno, Soc. IESV, in Prouincia Belgica.

Quod ſi inuicem mordetis, & comeditis: videte ne ab inuicem conſumamini. Galat. 5. 15.

Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Oſe. 10. 2.

Videmus nunc & eorum inconſtantem ſententiam, cùm ſint duo, vel tres, quemadmodum de ijſdem eadem non dicant. S. Iren. lib. 1. c. 5.



DVACI,

Ex Officina BALTAZARIS BELLERI, Typographi iurati, ſub Circino aureo.

ANNO 1614.

Cum priuilegio & permiſſu Superiorum.

ADMODVM REVERENDO
OPTIMOQVE PATRI,
P. CLAVDIO AQVAVIVA
SOCIETATIS IESV
PRÆPOSITO GENERALI.

DEDISTI ad me, Optime Pater, decimo ſeptimo Auguſti anno proximè elapſo literas, quibus totam Diſputationis cum Sectarijs coram Iudicibus Sectarijs habitæ, ſeriem, ad te perſcribi imperaſti. Addebas enim, de diſputatione tam iniquæ ſtipulationis, ne fando quidem, quicquam te intellexiſſe. Ego verò, vt voto, imperioq; tuo ſatisfacerem, librum totum in cuius præfatione de ea diſputatione agitur, pro epiſtola ſcribenda, tuæ ſolius Paternitati inſcribere decreui, & eâdem nuncupationis operâ, ea quæ fortè in præfatione deſiderari poſſint, ſtrictim ſupplere.

Non eſt igitur quod mireris, Magne Pater, de Diſ-

putatione habita nihil te resciuisse, cũ nulla fuerit. Denunciata quidem fuit, propositaque aliquoties magna animi specie, oblata simul publica indemnitatis fide, & lacessitis qui auderent impugnare vniuersis, sed simulatè omnia. Vbi enim, vel minimus in millibus cõparui, Sectarijs ipsis Agonothetis, cum Sectarijs congredi paratus: pro conclusionibus impugnãdis inclusiones ineluctabiles, pro eruditionis specimine proditionũ calũniosa crimina, pro concertatione scholastica catastas, & cruces cruentas, subeundas comperi.

Attamen nunquam causa deficiet cur fallaces, versutiq; impostores, pactis non stent. Dixit enim LVCAS CHALLINERVS, iners eorum Achilles, (reipsa Achelous, serpens & taurus) sibi quidem animum fuisse cum alio quocunque à Iesuita disceptare, sed cum Iesuitis Statui Regique exosis, commercium se nolle habere. Calua profectò (saltem inter nos) ipsismet Sectarijs visa excusatio, cùm in Regem ac Statum fides studiumque meum Regio Diplomate publico enixius probaretur. Illud autem, ad pleniorem rei euidentiam, ac Iesuitarum quos passim hæretici maledictis grauissimis onerant, intemeratam vbilibet contestandam innocentiam, verbatim sic habet.

AD PROREGEM CONSILIARIOSQVE IBERNIÆ.

TVAM Dignitatem ac reliquos ex animo salutamus. Cùm HENRICVS FITZ SIMON Iesuita in arce Dublinensi

quinque

quinque annis detentus sit, cuius causa suæ Maiestati humiliter supplicatum est, vt libertati restituatur: cumque sua Maiestas sit certior facta, ipsum abundè ergà suam Maiestatem ac Statum, suam probaße FIDEM, STVDIVMQVE, *vt dignus sit tanto fauore quanto quicunque eiusdem loci & ordinis: voluntatem suæ Maiestatis esse scitote, dictum* HENRICVM FITZ SIMON *eße emancipandum, datis fideiußoribus emigrationis ex regno post præfinitum à vobis commodum tempus, simulque non reuersurum in vllam suæ Maiestatis ditionem, non prius obtenta facultate. Valete plurimum. Whithallia 12. Martij 1604. D. Cancellarius, D. Thesaurarius, D. Camerarius, Comes Salopiensis, Comes Deuoniensis, Comes Mar, Baro Cecilius, Baro Knollus, Baro Kinles.*

Ex quo Diplomate, CHALLINERVM in primis praua conscientia, ac pauore perculsum, Regis Statusq; odiũ frustrà obtendisse, & nullam Iesuitarum *fidẽ studiumq;* ad gratiam Sectariorũ ab animo syncero conciliãdam posse sufficere, perspicuè liquet. In Iesuitã enim cuiuscunque, *fidei studij ve*, iras gerit grex Reformatorum totus, (etiã cùm neminem conscientiæ causa mulctare se dicunt) vltrices, ac implacabiles,

Non quia sic meruit, sed iuuat hoc facere.

Cęterùm, omissis in nos quantumcunque insontes, hæreticorum per fas nefasq; strophis, calumnijs, iniurijs: velitaris, quæ fortè fuit cum duobus pseudo-Decanis fœlicior prędusio, ne Disputationis cæteri hactenus aleam subirent, aliquam dedisse causam videtur. Eorum alter *Meredith Hanmerus* fuit, ille idem in soli-

dissimis B. Martyris CAMPIANI rationibus nominatus. Hic verò ob aliquam animi impotentiam in carcerem quò eram coniectus, à multis, nec minimis suorum (inter quos *D. Gul. VVarenus* Eques Auratus) ad disputandum efflictim instigatus, Agathone tamen taciturnior perseuerauit: donec ego, causæ bonitate suffultus, defendere quicquid inter nos infirmissimũ, vel impugnare quicquid inter ipsos tutissimum reputant, in me reciperem. Tum verò, clamore suorum, infamiæque subeundę terrore, veternum excutiẽs: hem, inquit, vnde nobis probas, diuersum à Deo, peccata remittere? Is certè, aiebam, peccata remittit, qui à peccatis baptizat. Homo autem baptizat. Ergò & homo peccata remittit. Si propositionẽ neges, ex Formalista Puritanum, & sacrilegij in articulum 27. doctrinæ in Anglia stabilitæ, reum, te cõstitues. Ille verò, Puritanis dirissima imprecatus, receptui cecinit, & cũ omnium cachinnis carceris Pręfectũ lęsę Maiestatis postulauit, qui in *Regiam Religionem* apertè disputãtem, non coërcuisset. Crastino verò appetente, Regni Ordines de re tota admoniti, eum citius quàm alioqui voluissẽt, emanciparunt, ne homo temulentus (sic loquebantur) alioqui longè doctissimus, superbam ac insolẽtem victoriam, insultabundo Iesuitæ sæpius concederet.

Alter verò fuit *Ioannes Riderus*, Thrasonico clamore cõgrediendi copiã à Prorege efflagitans, eâq; impetratâ ęquas conditiones, libros, typos, iudices, diẽ, locumq; fide bona (nẽpe reformata) *sine fuco & fraude* (vt semper aiebat)

aiebat) appromittens, rem interim arte, astuq; tractãs, variaq; cautione, ac cunctatione extrahens, euitãs, eludens, & porrò publica Procerũ sententia de fraude, ignorãtia, & futilitate, me nondũ audito, dãnatus. Solus autẽ qui potuit cum hoc Iubellio iniri conflictus, inter vescendũ erat, cũ confidẽtissimè (pro ea qua excellit temeritate) priscos Patres vniuersos negare diceret Christũ *secundum literam*, & realiter, in Eucharistia esse præsentem. En inquã, è contra, ad manum tibi instar omnium S. Augustinũ, tomo 8. cõcione 1. in psal. 33. prorsus illud ipsum (retenta phrasi, *secundũ literam*) affirmãtem; his verbis: *Quis enim portatur manibus suis? manibus aliorũ potest portari homo, manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligitur in ipso Dauid* secundum literam *non inuenimus. In Christo autem* (secundum literam) *inuenimus. Ferebatur enim Christus manibus suis, quando commendans* IPSVM CORPVS SVVM, *ait*, HOC EST CORPVS MEVM. Quo attentius & anxius considerato, vecors sine vultu voceq; expalluit, ingemuitq;, sed perfricta frõte ocyssimè ad alia detorsit sermonem, seq; optatę hactenus eripuit disputationi; hoc tandem ingenuè in posteriori libelli in me emissi fine professus, *nec se, nec suorum centum, eloquio in Iesuitam sufficere: eumque non cominus, sed scripto eminusque esse impetendum.*

Et certè mirum sit quomodò pudoris obliti tergiuersationem suam excusent, qui quinq; annis in theatro totius regni nobilissimo, me conclusum Stentoria vt ipsi fatentur voce, disputationẽ instãter, vel iniquis-

ſima ſponſione requirentem, habuerũt, in exiliũ tamẽ, (laudata mea fide, ſtudioque, in Regem, ac Statum) intentata omni prorſus diſputatione, eiecerunt.

Ecce tibi, Pater Colendiſſime, quod volebas ad te ſcribi, non ſolũ ſcriptũ, ſed (quod fortè nolebas) inſcriptũ. Ad quem enim alium magis reſpicerẽ opellę hęreticorũ inuidiã ſubituræ Patronũ, quàm ad eum in quo maximè Chriſti ipſius perſonã agnoſco, & veneror poteſtatẽ? Vberiora quidẽ multò tibi debentur, & ea debere me fateor, ſed poſſe inficior, vtpote vndiq; ab exquiſita illa moderna tã rerum quã verborum elegantia ac põpa egenus. Sed nec eã tu tibi exoptas, nec ſi haberẽ ex voto mediocrẽ, rebus tuis ſufficere poſſe crederẽ. Maiora namq; omnia in te ſunt, quàm vt ijs commemorandis, nedum exornandis, par aliquãdo ſit mediocris oratio. Alterius vtique, & benè diuerſi facundiam ſibi poſtulat Illuſtriſſima Atriẽſis Ducis proſapia, Nepotes in Ethnicorum ſalute procurãda martyres tamq; in Eccleſia quã in republica Principes, Pontificum maximorum ſingularis affectus & ab ijs decreti honores religioſo decreto reiecti, Flos ætatis vitæ Religioſæ conſecratus, Neſtorea prudentia triginta quatuor annorum Magiſtratu in difficillimis temporibus continuato, comparata. Ne tamen diuerſo Patrono, vel mea pinguiore Minerua, hanc qualemcumque operã dicerẽ, dicarémve: immẽſa tua in me, gentémq; meam, poſtulant, exiguntq; merita. Tu enim reſpiciens ad diuina hæc & ſimilia oracula [*Vos ergò amate peregrinos: Aduena* Deut. 10.

ſit

ſit inter vos quaſi indigena: habitabunt apud te profugi mei] Levit. 19. Isa. 16.
non noſter peregrinorum, aduenarum, profugorũ, ſolus Generalis vt reliquorum, ſed etiam peculiari ſtudio Aſſiſtẽs ſupra reliquos, eſſe voluiſti. Porrò, ex quantis, (bone Deus!) difficultatibus nos aliquoties eripuiſti? Quantũ perfugiũ, quale aſylum, quã opportunum ſolamen, deſertis vndique nobis ſæpiſſimè exhibuiſti? Quã patulo ſinu candidatos admiſiſti, quãtis impẽdijs ægros fouiſti, quãta ſolicitudine periclitãtes pro virili liberaſti, quãto ſtudio pro Chriſto dimicantes & deſudãtes excitaſti, & ſalutaribus monitis erexiſti? Tuis etiã auſpicijs, tuóq; dextro fulcimine, per mille obſtacula, tribus hodie in ſolis Hiſpanijs gaudemus Seminarijs, ex quibus toti regno, viciniſq; inſulis, iugi inundatione profluunt illa fidei & pietatis columina & lumina, illi Chriſti & Eccleſię nobiliſſimi athletæ, illi in reducẽdis ad Chriſtũ errantibus gregibus die noctúq; per mille diſcrimina rerum ſtrenuè incumbentes Paſtores Apoſtolici. Hæc verò tanta ſunt,

Quæ nec ventura ſilebunt
Luſtra, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas.

Solam ergò, eandemq; ſummã, hanc ex abrupto gratiam aucupor: vt ęqui boniq; leuidenſæ munus, quod gratitudinis cauſa tua cõpertiſſima benignitate fretus iui tibi dicatum, conſulere digneris.

TVÆ PATERNITATIS

Deuinctiſſimus filius, ſeruuſq; in Chriſto,

HENRICVS FITZ SIMON.

EGo IOANNES HERENNIVS Præpositus Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Belgica, potestate mihi ad hoc à R. Admodum P. N. Præposito Generali CLAVDIO AQVAVIVA concessa, facultatem concedo, vt liber cui titulus est BRITANNOMACHIA MINISTRORVM, &c. à Patre HENRICO FITZ SIMON Societatis nostræ Theologo conscriptus, & doctorum grauiumque Theologorum eiusdem Societatis iudicio examinatus, & probatus, typis in lucem euulgetur. In cuius rei fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas, dedimus Insulis 21. Nouembris 1613.

IOANNES HERENNIVS.

HVnc librum cui titulus: Britannomachia Ministrorum in plerisque & fidei fundamentis, & fidei articulis dissidentium, *Authore* P. HENRICO FITZ SIMON, *Dublinensi Iberno. Soc.* IESV *in Prouincia Belgica, totum à me perlectum, vtilem iudicaui, qui in lucem edatur, vt ex eo cunctis pateat, quam non solùm à Catholicis, sed etiam à se mutuò ex diametro in articulis fidei dissentiant Sectarij huius temporis, & proinde à partibus eorum veritatem nullo modo stare posse, cùm contradictoria simul vera esse nequeant. Actum Duaci die 12. Maij 1614.*

GEORGIVS COLVENERIVS S. Theol. Doctor, & Regius ordinariusq; Professor, ac librorum in Academia Duacena Visitator & Censor.

CHRISTIANO LECTORI.

NÆ ego audacior, atque immodestior meritò videar, qui ex infimo Theologorum subsellio, cum benè per orbem, solis nostris vernaculis aliquantulum notus, latêre potuerim, (verè is qui istud Aristophanis de me prædicem, *Aristophanes in Equitibus.*

Neque musicam doctus scio,
Sed literas tantum, atque eas malas malè.

in eruditissimi tamen huius sæculi theatrum, inter varios ingeniorum & iudiciorum strepitus, scriptor prodierim? sed vt quod res est liberè, ingenuéque more perpetuo dicam: nullum scribendi cacoethes, aut inanis auræ ambitus, sed ingens quem magno in his rebus vsu speraui prouentus, vt ego tam imperitus hos tres libellos tanti argumenti & multiplicis doctrinæ exararem, calcar adiecit. Sed & alijs nominibus pluribus obstringor, vt totum me impendam scribendo, & superimpendam, vnde Christi Ecclesiæ, saluti proximorũ, diuinæque gloriæ, pro tenuitate mea nonnihil adijciam. Debeo enim Ecclesiæ sanctæ Catholicæ, quæ me hæreticorum fraudibus in pueritia circumuentum denuò in sinum recepit, ne quod patefacere alij peritiores, bono eius, cultiore stylo, omittunt, ne dum differunt, ego quoque pari silentio, quia facundiæ expers, sepeliam. Debeo prætereà, ex vitæ meæ instituto, ne proximorum saluti aliquid in me positum quo vel à periculis eripiantur,

vel

vel ad fælicitatem adipiscendam promoueantur, subtraham. Debeo denique Deo, Dominóque meo, qui me creauit, redemit, ab hæresi retraxit, in Religionem assumpsit, & quocunque quod mihi est talento locupletauit, ne cõiuratis in ipsum theomachis præpostera modestia parcam. Hæc inquam incitamenta, vel sola, vel certè præcipua, timorem meum expugnarunt, & velim nolim hanc opellam publici vt iuris facerem, compulerunt. Frustrà ergò iudicia, præiudicia, obtrectationes, frustrà quoque encomia, applausúsque hic fuerint, cùm me vulgari carmine affari, consolaríque soleam, quoties libris meis hic obloquitur, ille abblanditur.

Pro captu lectoris habent sua fata libelli.

Ex abrupto igitur rem Deo auspice, stylo spontaneo, ac in calamum influente, quem nunquam politiore lima emollire didici, (vt pote hæreseon inamœnis campis sterilique deserto proh dolor enutritus) aggrediar, si tamen priùs aditum breuem ad eam melius intelligendam paucis aperuero.

2. *Cum multa ad sectarios debellandos hoc tempore armorum sint genera, partim aliena, partim propria: nulla tamen quæ ipsi magis extimescunt, & quibus quis vtatur voluptate aut vtilitate maiore, quæve aduersarij minus retorqueant, proprijs antilogijs, & incusationibus mutuis, aptiora inueniantur. Hoc enim in ipsos est, ex ipso boue lora desumere, & turdos proprio visco intercipere, & ferrum ferreo martello domare. Scripturas nãque, Cõcilia, Patres, Historias, leui brachio Ministri excutiunt, vel adulterinis sensibus eludunt: à proprio tamen ensis mucrone, ne quidem Goliath giganteis viribus* 1. Reg. 17. 51. *præditus, armisque æneis paludatus à puero, nec Holofernes*

ab in-

ab instructissimo exercitu obuallatus, à fœmina tutus esse potuit. Non est huic alter similis, *de gladio Goliæ, inquit David: vt nimirum belligerator exercitus Dei incircumcisos Philistaos certiùs citiùsque conficiat. Nec verò alio lubentius patres nostri vsi sunt, quàm vt suo sibi hostes iugularent gladio; Ireneus in Valentinianos & Marcionistas, Miltiades in Montanistas; Basilius & Nazianzenus in Eunomianos; Epiphanius & Augustinus (& sic de cæteris) in suorum temporum hæreticos.* Iudith.13. 8. 1.Reg.21.9. Iren. lib.4. c.14. sub finē &c. Vide Gualteri Chronographique, in præf.

3. *At quorsum, dicet aliquis, hæc toties recocta crambe*, in Bello quinti euāgelij, in Ministromachia, in Dissidio Anglicano, in Apologia Protestantium, &c. *Respōdeo; ex vtilitate compertissima istorum & similium librorum, cupidinem mihi incessisse insistendi, non per vllam aliam, sed per eandem viam. Daturus interim sum operam, vt verè Plautinianum istud vsurpem.*

Ibo intrò, vt id quod alius condiuit coquus, ego nunc vicissim
Vt alio pacto, condiam: quicquid prandij est, vt paratum ne siet,
Sietq; & paratum quod paratum non erat.

Narrat enim Titus Liuius, Cauponem quendam domestici vnius porci carnes tanta apparatus varietate condiuisse, vt Romano Duci ingentem venatus copiam in media bruma exhibere videretur. Quid ni ergo totam ego hanc materiam ità condiam, vt tota diuersa appareat? verum non hoc mihi st propositum, sed illud potius, rem omnino nouam proponere, eandemque in ipsa Britannomachiæ epigraphe subindicare.

re. Dabo enim reformatorum (cum sic nuncupari velint, nec perperam, vtpote pristinam Christianorum formam exuentes, omnémque Dei cultum deformantes) maximè qui in Brittannia sunt, iras alibi inauditas, pugnásque implacabiles peregrè hactenus incompertas, quibus appareat tantum abesse vt cum cæteris reformatis compactum aliquod & ritè formatum corpus conficiant, vt potius membra omnia ac singula, (veluti in Poëtarum chimæra) ab inuicem discrepātia, & verò diuulsa, ac nulla ne quidem vnius capitis compagine videātur connexa. Nec contentus ero, quod cuicunque procliue foret, generatim hæc, & sine vadimonio astruere: Sed per singula doctrinæ capita, de Scripturis, de Liturgijs, de Sacramentis, de ritibus, de Catechismis, ipsos non tantum in mēbris, sed in ipso corde diuisos, atque distractos, tam ab inuicem, quàm à Christo Domino, mutuis iudicijs, ac proprijs monumentis, demonstrabo.

4. Non ignoro Constantini lege spectacula cruenta in otio ciuili & domestica quiete prohiberi: adeóque in hoc tranquillissimo Belgio Gallicano, quod patriæ semper loco dilexi, vbi hæreticorum (laus Deo) permodica notitia est, vix locum inuenturum tragicum hunc furentium hæreticorum circum. Aliunde tamen perpensa ex alieno periculo præuentionis vtilitate, etiam in loco tutissimo; & sperata ab excidio perspicuè præuiso Reformatorum, non rostris tantum vel aduncis vnguibus, sed sicis laqueisque in sese bacchantium, vndecunque periculi admoneantur, aliquorum reductione: in ipso DVACO, doctrinæ, pietatis, & cælestium omnium donorum celeberrimo Gazophilacio, Religionis Sacrario, & Religiosorum summæ integritatis

integritatis virorum inclyto alueare, horroris hoc amphitheatrum erigere volui.

1. *Quod subindè accidisse legimus, vt in spectatores ac Agonothetas, tam feræ, quàm ferini animi digladiatores, irã dentibus, pugionibúsque effuderint: idem mihi timendi ab efferis horum temporum hæreticis, occasionem plurimam in hac lucubratione exhiberi, non pauci ominantur. Nimirum non aliud est, quod maiore ambitu, votisve pluribus prenso, & dudum captaui, quàm vt hostes Ecclesiæ vniuersi mihi quoque hostes efficiantur.*

Namq; in malos acerrimus
Parata tollo cornua. *Horat. in epodis.*

Didici enim aliquot lustrorum experientia in Dei causa, & Catholicæ fidei defensione, nihil, (vt dixi) cum Dauide quemcunque Goliam, & cum Iudith qualemcunque Holofernem blasphemantem, formidare. Nec quidem, vt opinor immeritò, cum technis malè tectis simul atque comparent, vel ab imperitissimo exuti, & in tam lubrica causa fundati, omnes qui nobis hodie aduersantur Sectarij, cõspecto qualicunque Antagonista fugam intentata pugna capeßere, & nullas amplius ad repugnandum suorum deplorationes, nullos renuendo certamẽ reliquorum cachinnos, nullam fugacium, discrimen subterfugiendo, ignominiam, respicere solcant. Cùm igitur disputandi alacritatem vultu subinde præ se ferant, quo intimo animo id faciant, omnium Coryphæus Lutherus suo suorumq; nomine manifestat, inquiens: Postèa quàm isthæc mendacissima diabolorum capita ludunt, in permittendo Concilium liberum: sic volo & ego cum eis ludere,

 voloq;

Luth. ep. 5. ad Phil. Melan. 20. Iulij 1530. voloq; ab eorum somnijs appellare ad illud ipsum Cōcilium, quod tamen nunquam futurum est, vt ego interea in pace agam. *Vniuersorum vbique Ministrorū idem quod hic proditur, est Concilium; vultu verbísque fiduciam ostentare, sed anxium corde premere timorem; digito disputationem vrgere, sed totis humeris remorari conflictum. Cuius qui desiderat specimen illustre, illud repentè assequatur à nostris in Ibernia Ministris; qui per compita, & suggestus, & ab obuio quocunque disputationem efflagitantes, ea tandem palam in regni totius curia, literis ad ipsum Præsidem datis oblata, palam quoque fuit à regni moderatoribus nullo alio prætextu disclusa & detrectata, quàm quod cum hominibus peregrè edoctis, maximè autem cum Iesuitis, disceptare nō luberet. Ad quam meticulosorum tergiuersationem erectis mirum in modum Catholicis, hæreticis verò frementibus, nunquam tamen acceptum confutationis & confusionis damnum resarcire voluerunt.*

6. *Sed quia conscijs omnibus tā Catholicis quàm Reformatis res hæc in nobilissimo Regni theatro gesta fuit, & variè pro cuiusque captu ac affectu, sermonibus, scriptisque celebrata: quo tandem progressu, exituque ad gloriam vel ignominiam vtriusque partis cesserit, bona fide strictim explicare nō grauabor. Ego ipse, (vt rem sine fuco & fraude ad Dei gloriam declarem) audita sectariorum iactata ad disputandum promptitudine, licet Mysorum postremus, Deo tamen & causæ bonitate fretus, conditionem accepi, scriptoque ipsa prima qua appuli in Iberniam hora, fidem publicam, vt me coram præsidibus tutò sistere possem, per illustrem vnum & alterum*

Catholicum

Catholicum internuncium efflagitaui. Rem Proceres insolitam mirati, aliquot diebus deliberarunt quid factu opus esset, cum suo sibi, vt aiunt, iumento malum deinceps cum honestate ineuitabile, vltrò accersissent. Reiecta fuit tandem honesta hæc postulatio, ex solo prætextu quem proximè indicaui. Cùm itaque viderem ipsos timere summæ rei, si palam in luce apud gentem sponte quadam Catholicissimam eorum doctrina discuteretur: ad priuatos conflictus antesignanos eorum Ministros HANMERVM, CHALLINERVMQVE, casso tamen conatu duorum annorum spacio aliquot irritamentis incitaui. Flagrabam namque cum ijs disputandi desiderio, ob id solum, vt vbi meus error malo olim fuisset exemplo, erroris improbatio, & prò fide, constantia, memoriam maculámque erroris abstergeret. Hac verò spe disputationis identidem frustratus, eandem ob causam summoperè discupiebam insons & sine mea noxa, religionis ergò, in eorum manus, claustráque incidere; vt saltem non ignorarent Ministri quo à volentibus essem loco reperiendus; vtque me ab hæresi ad fidem Catholicam Dei infinita bonitate conuersum esse, captiuitas saltem omnibus mea patefaceret. Id autem mihi (non tantum non repugnanti, vt ipsi non inficiantur, sed lubenti, ac apparitorem obruendum à populo, armis propugnanti) anno 1599. pijssimum cùm fortè obirem munus, diuina benignitas indulsit: vt nimirum captiuus in ipsa Regia arce Dublinēsi, totis propemodum quinque annis, Ministrorum etiam nolentium in me (nisi quando arcta custodia biennali vix ab vllo conspici possem) ex industria toties in paradromide cùm ipsi transire deberent, conspicuū, & ex aduerso imminentē, quoad liceret, obtutus cōuerterē.

Riderus in initio Rescripti.

7. *Sed neque in ſpecula eminentem videre, neque in caſtris, clauſtriſque Stentoria vt agnoſcunt voce prouocantem, exaudire voluerunt. Prodijt quidem ſemel in ſumma vocis vultúſque trepidatione, octodenarius precocis ſapientiæ (non tamē malæ, vt videbatur indolis) iuuenis, neſcio an auræ popularis cupidior, ſaltem de abſtruſiſſimis rebus Theologicis cùm adhuc philoſophica ſtudia non eſſet emenſus, nec Ephebis egreſſus, diſputandi auidus. Hunc autem iuſſi ſuorum calculos adferre, quibus pugil ſeu agoniſta idoneus renunciaretur, & vel cum ipſo diſputationem me initurum. Sed ſicut ipſi eum minimè tanto honore dignati ſunt, ità me viciſſim ſua deinceps præſentia dignatus ipſe non fuit.*

In Colloq. Hampton. pag 95 96.

8. *Cæterùm, cùm Sereniſſimus Rex noſter* IACOBVS, *ſi rectè memini, ad Miniſtros prò Ibernia idoneos requirat, (admonitus ſine dubio vitæ quæ ſunt cyclopicæ, & doctrinæ atheæ) primò,* vt non ſint factioſi, nec mali exempli; ſecundò, vt ſint ſynceri, docti, animoſi: *optādum vel maximè, vt Miniſtri in Iberniam (quæ eis libentiſſimè careret) confluentes, nō eſſent vt maximè ſunt huic ſuæ Majeſtatis voto contrarij. Alioqui profectò, vt de cæteris ſileam, eò dignitatis non pertigiſſet, nec ſtolis ſericis, boloſericíſque hodiè in Ibernia inſolenter geſtiret* IOANNES RIDERVS; *vt pote voce preconis aliquoties infamis, & ex molitore* W*iggenenſi inuita Minerua ſtudioſus, ex periuro in Academia Oxoniēſi abortiuus magiſtellus, ex imperitiſſimo grāmaticaſtro ridiculus Vocabularifex, ex cōuicto Simoniaco* VERBI *Miniſter, ex deprehēſo veteratore frequētiſſimus tā in Anglia quā in Ibernia ergaſtulus, ex profugo Decoctore Pſeudo-Decanus, ex litigioſo denique Nepote (heu)*

Miniſtro-

Ministropiscopus. Vnde apparet, nullũ lignũ esse tã sordidũ, curuũ, enorme, & intortũ, ex quo hi Mercurij & Ministropiscopi in Ibernia nõ fiãt. Sed alijs hoc tẽpore, vt dixi, omissis, hic de quo agimus Riderus noster à Prorege illustrissimo CAROLO BLONDO, pari synceritate qua in reliquis vti solet, congreßũ mecũ cum bona Proregis gratia anno 1602. efflagitauit. Cõscius verò Prorex, quo ad id animo ego essem, non tantum prona voluntate duellum annuit, sed & publico scripto de cunctis ad disputationem requisitis impigrè procurandis, déque amoliendis quæ oboriri aßolent impedimentis, cupidissimè prospexit: hoc tantum à me per honorarium anteambulonem, atriensémque suum HENRICUM KNIVET precatus, vt censorium arbitrium ipsi delatum tanquam inuidiæ obnoxium in Collegistas Puritanos, orthodoxæ fidei fiducia, nihil dubitarem transferre. Ego exemplo Origenis, Archelai, & multorum maiorum nostrorum, qui in causa optima vel Ethnicos iudices non exhorruerunt, monitis & voluntati Proregis obtemperare non detrectaui. Iacta iam videbatur alea, & veluti intrà iactũ teli progressus vterque. Verum, lubellius meus cũ ad rem veniendũ eßet, cœpit de multis cunctari; Iudices proprios suos symmistas abnuere; diem de die ad certandum producere; denique post duorum & amplius annorum moras, in ipsa arena, (cum tamen annulo aureo ipsi in manus ibidem tradito, à me ad condictum vrgeretur certamen) stupentibus, frendentibúsque hæreticis, Catholicis verò cum maximo plausu insultantibus, non erubuit pedem referre, & vno verbo tergiuersari; nullisque suorum precibus fremitúque, ne causam proderet, ne ludibrio subiaceret, ne palmam

incruentam

incruentam hosti superbituro spontè concederet, & clypeo simul & galea nudatus, & hasta, *ab effusa fuga prohibitus fuit*.

Riderus sub finē Rescripti.

9. *Inter alia autem Rideri sapienter dicta, istud certè non primum, sed postremum locum sibi postulat;* Nec se, nec suorum centum in me valere eloquio, sed eminus & scripto me esse impetendum. *Hoc enim dicto, per supinam imprudentiam, suæ tergiuersationis fontem reperiit: idèo nimirũ, se disputando non concertaße, quia casurus erat causa, quamuis foret centuplici incremento eloquentiæ auctior. Sed mihi inconsultò tribuit quod Deo soli, & Catholicæ doctrinæ veritati, acceptum debetur. Duplex quoque quem in me consignauit liber, (prohibita mihi omnis defensionis excudendæ facultate) ab ipsis supremis Regni Senatoribus pro tribunali sedentibus, (veluti olim de mala scriptione* ARISTO *ab Atheniensibus, &* CHERILUS *ab Alexandro Magno) fraudis, falsitatis, & inscitiæ, mense Mayo 1604. etiam me nondum audito, fuit condemnatus; Riderúsque veluti qui Reformationi indelebilem maculam spontè inussisset, eámque planè prodidisset, vinculis tantum non traditus. Ego verò, Senatorũ iudiciũ hoc eße syncerũ, iustũque, ante quinq; annos duobus libris cõprobaui, quibus responsum Ministri nõ vidẽtur aliquãdo daturi.*

10. *Visa passim Reformationis tanta per nostros hinc impugnatione, & Reformatorum in se propugnando inde timiditate, ac imbecillitate, adeò vt non hiscere amplius in Germania, & Gallia, & tantum in Anglia paucissimi nugando hiscere obseruentur: vt optimè more suo solertissimo adnotarunt* BECANUS, & WESTONUS*: Nemo miretur Dauidem Paræum*

Becan. in ep. ad controu. Angl.
Weston. con. Widring.

palantes

palantes dissectosque suos fratres classico conuocare ad Quinteuangelij ad interitum properantis defensionem. Ait enim; Nunc communia arma, signa, & acies cõcitandæ sunt in Antichristũ Romanum, eiusq; primipilares πρόμαχους Iesuitas, qui ante fores commune exitium omnibus Ecclesijs reformatis machinantur. *Si vbique exitiũ ante fores Reformatorum Iesuitæ machinentur: non certè per ipsos stat, quo minus manus disputãdo statim conferant Reformati, modò animis stent, & causæ confidant. Verũ id rationibus eorum minimè hoc tempore cõducit, in quo omnia dissidio intestino turbantur: adeóque ad arma & acies conuocandi nõ sunt, qui sibi mutuò perniciem moliuntur.* Quocunque (*inquit Heshusius*) vertimus oculos, intuendo Christi cętũ, nihil propemodum occurrit, quàm noua docentiũ dissidia, incrementa errorum, & insignium Doctorũ defectiones. *Inter insignes hos Doctores Reformationem quotidiè abiurantes, tres simul his ipsis diebus Colonia sola aspexit excepítque;* CROLLINVM *Professorem Theologiæ Heidelbergensem Paræi collegam, Doctorem Lutheranum Francofurtensem, & Doctorem Iuris Brãdeburgicũ, eundémque Ducis consiliariũ. Si ergò constet, omne Regnum in se diuisum desolatum iri, & ex hoc opusculo inter se diuisos esse Reformatores luculenter constet: dubitare nefas est, ipsos propediem stirpitus interituros. Quod etiamnum animaduertere cœpit* KING *Ministropiscopus Londinensis, inquiens,* generalem esse relapsum ab euangelio ad papismum. *Item Puritani, dicentes in examine libri publicarum precũ, pag. 52. 105. 201.* tempora hæc in papismum prorsus procũbere. *Faxit qui potens est Deus.*

Pareus orat. de sophis Iesuitarum.

Heshu. ep. exorcismi

I N. R. P.

HENRICI FITZ SIMON

BRITANNOMACHIAM,

AD MINISTROS INTER SE DIGLADIANTES CIRCA FIDEI FVNDAMENTA,

SCAZONTICVM.

AD arma, ad arma, alacriter Ministelli:
Auditis? Orco triste murmur immugit:
Altera Sororum lugubrem tubam clangit;
Altera rebelle tympani quatit dorsum:
Ad arma, ad arma, stringite calamum & linguam,
Sub Falsitatis facite fortiter signis,
Pugnate validè, lancinate, mordete,
Et mutuis concidite, dum lubet, plagis,
Miserante Cælo, Tartaróque plaudente.
Ædilis ecce FITZ SIMON *malo vestro*
Nolens, volensq́; Munerarius factus,
Isto theatrum publicum struit libro,
In quo manu conuiciisq́; pugnetis
Sine missione, totus & trucem vestram
Gladiationem spectet, ac fleat mundus,
Vt olim Iason dentibus satam turbam
In semet actis ruere spiculis vidit.
O lippientes, filiósque talparum,
Genitrice natos nocte, qui fidem nobis
Quam derogatis, arrogatis & vobis,
Discordiâ abrogatis, & fide infidâ.
Ite, Ite, funus apparate supremum,
Indicitote funebrem Hæresis pompam:
Hæc illa tot iam vetula mater errorum
Vbi sic in vrbem principem & petram CHRISTI
Discorditer conspirat, vltimum exspirat.

PETRVS PENNEQVIN Soc. IESV.

DE DISSIDIO

IN BRITANNIA

IN COMMVNI, AC IMPEDIMENTIS SPERANDÆ CONCORDIÆ,

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De dissimulata discordia Sectariorum vbilibet.

IN eo cardo caputq; huius opusculi vertitur; vtrũ Reformati Sectarij, maximè Britãni, consentiant discrepentue in tota substantia suæ doctrinæ. Dissimulant quidem, negantq; ipsi omnem discordiam: Nos verò missis ambagibus maximam demonstrabimus. *Litigandi, scribendi, declamãdi, disputãdi, condemnandi, excõmunicãdi, inter Lutheranos & Caluinistas, nullus* (vt in primis fatetur Ioãnes Iezlerus Zuinglio-Caluinista) *est finis.* Idem apertè ostendunt semestres quot annis catalogi Francofurtenses, magna ex parte ex Philippicis ab vtrisque in vtrosque conscriptis, compositi: vt & Ministromachia, Bellum quinti euangelij, alijq; quam plurimi Catholicorum libri. Nec obscurum esse volunt Lutherani, teste Sturmio, *qui libris publice editis*

Iezlerus lib. de diuturnitate belli Euch. pag. 25 80.

Ministromachia Resceij Bellum 5 Euang. Iurginici.

 Ecclesias

Sturmius de ratione Cõcord.ineũdæ pa 24 Lut. tom.2. Witemb. cont. Art. Louan. thes.27.fo.53

Ecclesias Anglicanas, Gallicas, Belgicas, Scoticas, Helueticas, tanquam hæreticas condemnant; eorum martyres martyres diaboli vocant. Nec etiam dissimulant Caluiniani gemebundi occinentes, se ita exosos esse Lutheranis, vt

Paulus Tossanus de vita & obitu Danielis Tossani, p.9.

Sapientior sis Socrate,
Platone magno doctior,
Demosthene eloquentior,
Daniele sanctior pio,
Samueleq; innocentior,
Et Phocione iustior,
Prudentiorq; Nestore,
Mose & laboriosior,
Et Zopyro fidelior,
Generosiorq; Cæsare:
Caluinianus si modò,
Dicare clam, vel propalam,
Mox Tartaris, Moscis, Afris,
Turcisq; sæuientibus,
Atheisq; Americæ incolis,
Iacobis execratior.

Hospinian. de libro Concordiæ, cap. 58.

Marpurgi autem in Hassia, teste Hospiniano, crudelitati in Caluinistas seueriori, abundè Lutherani indulserunt. *Cum multo furore eos adorti, captiuos abripuerunt, vestibus spoliarunt, pugnis percusserunt, verberibus ad sanguinem mulctarunt, expetentibus alijs eos, sibi præcipites ex contignatione dari. Schonfeldium per gradus deiectum, in medium protractum, verberibus exceperunt, prostratum pedibus conculcarunt; vt cruore vndique fœdatus compareret. Et illi interea clamarunt, necate nebulonem, tundite, interficite. Deinde in Schonerum irruunt, nulla vel officij, vel ætatis, ratione habita, pugnis, colaphisq; verberibus pulsant; ex ianua temploq; deinde eijciunt. Interim alij VVigandum Pfaffium in templi medium protrahunt, verberibus miserè lacerant, diris deuouent, & tandem expellunt. Danielem Cellarium pugnis, verberibusq; contusum, capite ad parietes detruso, plurimum deformarũt: confugientem per posticum lotrix mulier malleo, triturator flagello, sistere voluit, &c.* Hæc fortè in viuos tantum. Sed quid an saltem mortuis pepercerint? Ait idem Hospinianus, cuius quidem in aliena re testimonium leue est, ergà Ministros autem graue, cũ ad suorum dedecus non facilè mentietur. *Dresdæ obijt Iacobus Lossius Caluini sententiæ addictus; adeoq; tam in vita, quàm in morte, à Lutheranorum sacris abstinuit. Neque in Polyandrio, neque in sepulcreto, sed tantum vbi malefici, ac flagitiosi, sepeliri potuit. Paulò antè quam portæ vrbis vesperi clauderentur, à quatuor baiulis in summo silentio elatus fuit: cùm ecce lanionum, fabrorumq; famuli, alijq; suburbani fortè ad hoc conducti,*

Hospin. in altera parte hist. sacram. ad an. 1594.

conducti, vespillones lapidibus impetentes, sandapilam comminuerunt, cadauer immaniter tractatum, canibus allectis laniandum obiecerunt. Superueniunt rustici à conuiuio nuptiali: qui tympano signum furoribus furores exciuerunt. Itàque in cadauer insiliunt, lapidibus cooperiunt, iniecto pedibus laqueo in Albim fluuium præcipitaturi. Denique à quinta hora in octauam debacchati, tandem defessi recesserunt. Ecce concordiam canina deteriorem, Ministris in Ministros, ingenitam. Sed quid hæc ad ea quæ Ioannes Vtenhouius in sua simplici narratione de instituta, ac demum dissipata Belgarum in Anglia Ecclesia, cõmemorauit? Quid ad ea quæ Sturmius, Schlusselburgius, Iezlerus, & alij cõfratres cõsignarũt? Id ità manifestũ est, vt dicat Schlusselburgius in procemio, desperatam esse concordiã, *donec magnus Domini dies interuenerit, litesq; diremerit:* adeoq;, *clarissimũ esse, non expectandam Synodorũ aut generalium, aut particulariũ definitionem.* Idem est Bezæ iudicium, dicẽtis: *œcumenicum quod vocant Concilium, quis coget?* Proinde, *magna* (inquiũt) *est stultitia prouocare ad vniuersalem Synodum quæ institui non potest.* Interim, cuiusdam pietatis propensio fuit in serenissimo Iacobo Rege nostro, Concilium quo sopiantur lites, suspirasse. Votum tamen inane efficitur, tam ipsius hæresis in eo dissectæ intima cõditione, quàm hęreticorum perpetua proteruia, quorum nemo ingenio velit cedere, nemo manus dare. Hic enim locum habent verba Schlusselburgi: *Quis enim nostrûm sibi abrogabit, vt locum habendo Concilio constituat, diem dicat, variarum nationum Theologos euocet, &c. Et quis in ipsa Synodo præsidebit? &c. Porrò, quis iudex erit inter litigantes? &c.* Quibus, vel lippientibus apparet, tam discordare hodie Ministros passim, quàm nũquam ad concordiam olim esse reuocandos, *donec magnus dies Domini lites diremerit.* Denique ducentos plus minus libros vltrò citroque emissos, Iudocus Coccius (quo magis de tam intestino, & Vatiniano istorum odio, omnis tollatur excusatio) singillatim recensuit, quibus Cadmea hæc geniminain mutua viscera virulentis morsibus debacchantur.

Vide Sturmiũ de rat. concord. ineund. pag. 24

Schlusselb. Theol. Cal. l. 3 art. 6. l. 2. ar. 15. Iezlerus de diuturnit. belli Euch. pag. 25. 80. &c. Beza ep. Theol. 24. pa. 159. ep. 83. Vide ad Act. Montisp. par. 1. pag. 2. Antistur. mius cont. Danæum, pag. 44. In monitoria præf. Schlusselb. in Catalogo hæret. l. 13. pag. 864. Coccius in Thesauro to. 1. pag. 1068. 1069. 1070. 1077. 1078. 1089. 1090.

2. Hanc autem tam perspicuam, tam atrocem, tamq; contestatam omnium Scriptorum ac locorum suffragijs inter se-

ctarios dissensionem, occultare, & verò denegare conatus est & Iuellus & Witakerus. Et quidem Iuellus ait, *Zuinglianos ac Lutheranos probos esse viros, & inter se amicos, ac fratres; inter quos in principijs, ac fundamento Religionis, nulla est discrepantia.* VVitakerus verò ait: *Lutherum libenter vt Patrem veneramur, & Lutheranos vt fratres in Christo charissimos amplectimur.* Beza quoque in epistola sua prima, pari hypocrisi simultates obtegere nititur. Verùm, tam inuerecundæ dissimulationis integumenta, detrahit ipse Lutherus, inquiens: *Beatus vir qui non abijt in consilio Sacramentariorum, nec stetit in via Zuinglianorum, nec sedet in cathedra Tigurinorum. Habes quid sentiam.* Paulo clarius antèa dixerat, *Maledicta sit charitas & cōcordia cū Sacramētarijs per omnia sæcula sæculorū.* Idq; de Luthero nō inficiātur ipsi Zuingliani, dicentes: *Nos cōdemnatam, & execrabilem vocat sectam, &c.* Ex his perspicuum esse arbitror, cōsensionem sectarijs nostris esse peregrinam, exoticā, & prorsus incognitā; idq, negare, proiectam esse impudentiā.

Iuel. in apologia pro Ecclesia Anglican. edit. an. 1600. pag. 101.

Whitakerus ad octauam rationē Edmundi Cāpiani, p. 155

Luth tom. 2. VVittemb. fol. 381. 382. 503.

Cōfessio Orthodoxa Eccles. Tigur. tra. 3. fol. 108

CAPVT SECVNDVM.

Iudicium Reformatarum (vt falsò vocantur) Ecclesiarum, non posse esse vniforme: earundemq; Confessiones non esse vnius fidei.

QVANTVM sit in nostris Sectarijs simulandi studium, ex his verbis Sibrādi Luberti, colligere licet. *Subijcio hunc librum* (inquit) *iudicio sanctæ & orthodoxæ Ecclesiæ, quæ Augustanam, Heluеticam, Gallicam, Britannicam, & Belgicam Confessiones sequitur.* An ergò Heidelbergensis Doctor Theologię viginti sex annorum, (si Paręo credamus) potuit existimare Ecclesiam vnam, vnumue iudicium conflari ex confessionibus sibi inter se tantopere repugnantibus? An verò dissimulandi artificio omnia ineptijs fucare volens, mūdo imponere in hac luce rerum voluit, istas inter se Ecclesias in vnius doctrinæ sententia, conquiescere? Alterum, est prorsus improbabile; Sibrandum id ignorasse: alterum, impossibile;

Sibrandus de Iesu Christo Seruatore cont. Faustum Socinū in epistola Dedicat.

bile; in eandem fidei doctrinam posse aliquando hæreticos conspirare. Necesse est igitur quod solum superest Sibrādum verbis istis fraudem credulis instruere. Verum, iniustissimæ causæ quę simulationibus necessariò innititur, iniustissimum istud dissimulandi pręsidium, indulgeamus, & de reliquo reos confitentes suum in principijs, ac fundamentis fidei, contrà ac Iuellus asserit, dissidium producamus.

2. *Agitur enim* (inquit Ioannes Pappus) *nunc inter nos de omnipotentia Dei, & vnione personali duarum naturarum in Christo, de communicatione idiomatum, de Christi corpore glorioso, de Ascensione eius in cælum, de discrimine Sacramentorum noui & veteris testamenti, de vi & efficacia baptismi, de prærogatiua infantium natorum ex parētibus fidelibus, de cœna Domini, de prædestinatione, &c. de quibus omnibus articulis nemo pius* (qualis ergo erit Iuellus?) *negare potest magnas inter nos cōtrouersias esse.* Philippo tamē Melāchthoni nulla pietas, sed dolor, eandem confessionem expressit, dicēti, *Nulla res æquè deterret homines ab euangelio ac nostra discordia.* Theodoro quoque Bezæ non item pietas vlla, sed dolor, hęc verba, & quidē ægrè, inuidiamq; rei eleuare nitenti euicit: *Exercuerunt me diu & multum illæ ipsæ quas describis cogitationes:* scilicet, *nostros palantes omni doctrinæ vento, & in altum sublatos, modò ad hanc, modò ad illam partem deferri. Horum quæ sit hodie de religione sententia scire fortasse possis, sed quæ cras de eadē futura sit opinio, neque tu certò affirmare queas. In quo tandem religionis capite congruunt inter se Ecclesiæ, quæ Romano Pontifici bellum indixerunt? A capite ad calcem si percurras omnia, nihil propemodum reperias ab vno affirmari, quod alter statim non impiū esse clamitet.* Non igitur Sibrandi sensus probabunt vniuersi, in Ecclesijs dictarum confessionum; nec eum simplicitatis & cādoris rationem existimare poterunt habuisse, cùm dicat, *Antiquam & receptam doctrinam, quam Martinus Lutherus, Philippus Melanthon, Martinus Chemnitius, Ioannes Caluinus, Petrus Martyr, Zacharias Vrsinus, & multi alij sancti viri ex Dei verbo clarè, & solidè docuerunt, defendi, & tutatus sum.* In horum enim antilegomena, & effata maximè repugnantia, iurare, & cum Ecclesia ex tot Hydris conflata, *concordiam se colere, profiteri*; quid aliud est quàm

Ioan. Pappus cont. Sturm. apud Schlusselb. in Theolog. Calu. l. 1. ar. 28. fol. 153.

Melanct. in Conc. Theol. par. 1. p. 249.

Beza in ep. Theol. epist. 1 ad Andreā Dudithum, pag. 13.

Sibrandus loco supra citato. Vide Ecclesiasticum Scioppij, c. 7.

Sibrandum

Luth. ep. 5. ad Phil Melan. 20. Iulij 1530.

voloq; ab eorum somnijs appellare ad illud ipsum Cõcilium, quod tamen nunquam futurum est, vt ego interea in pace agam. *Vniuersorum vbique Ministrorũ idem quod hic proditur, est Concilium; vultu verbísque fiduciam ostentare, sed anxium corde premere timorem; digito disputationem vrgere, sed totis humeris remorari conflictum. Cuius qui desiderat specimen illustre, illud repentè assequatur à nostris in Ibernia Ministris; qui per compita, & suggestus, & ab obuio quocunque disputationem efflagitantes, ea tandem palam in regni totius curia, literis ad ipsum Præsidem datis oblata, palam quoque fuit à regni moderatoribus nullo alio prætextu disclusa & detrectata, quàm quod cum hominibus peregrè edoctis, maximè autem cum Iesuitis, disceptare nõ luberet. Ad quam meticulosorum tergiuersationem erectis mirum in modum Catholicis, hæreticis verò frementibus, nunquam tamen acceptum confutationis & confusionis damnum resarcire voluerunt.*

6. Sed quia conscijs omnibus tã Catholicis quàm Reformatis res hæc in nobilissimo Regni theatro gesta fuit, & variè pro cuiusque captu ac affectu, sermonibus, scriptisque celebrata: quo tandem progressu, exituque ad gloriam vel ignominiam vtriusque partis cesserit, bona fide strictim explicare nõ grauabor. Ego ipse, (vt rem sine fuco & fraude ad Dei gloriam declarem) audita sectariorum iactata ad disputandum promptitudine, licet Mysorum postremus, Deo tamen & causæ bonitate fretus, conditionem accepi, scriptoque ipsa prima qua appuli in Iberniam hora, fidem publicam, vt me coram præsidibus tutò sistere possem, per illustrem vnum & alterum

Catholicum

Catholicum internuncium efflagitaui. Rem Proceres insolitam mirati, aliquot diebus deliberarunt quid factu opus esset, cum suo sibi, vt aiunt, iumento malum deinceps cum honestate ineuitabile, vltrò accersissent. Reiecta fuit tandem honesta hæc postulatio, ex solo prætextu quem proximè indicaui. Cùm itaque viderem ipsos timere summæ rei, si palam in luce apud gentem sponte quadam Catholicissimam eorum doctrina discuteretur: ad priuatos conflictus antesignanos eorum Ministros HANMERVM, CHALLINERVMQVE, casso tamen conatu duorum annorum spacio aliquot irritamentis incitaui. Flagrabam namque cum ijs disputandi desiderio, ob id solum, vt vbi meus error malo olim fuisset exemplo, erroris improbatio, & prò fide, constantia, memoriam maculámque erroris abstergeret. Hac verò spe disputationis identidem frustratus, eandem ob causam summoperè discupiebam insons & sine mea noxa, religionis ergò, in eorum manus, claustráque incidere; vt saltem non ignorarent Ministri quo à volentibus essem loco reperiendus; vtque me ab hæresi ad fidem Catholicam Dei infinita bonitate conuersum esse, captiuitas saltem omnibus mea patefaceret. Id autem mihi (non tantum non repugnanti, vt ipsi non inficiantur, sed lubenti, ac apparitorem obruendum à populo, armis propugnanti) anno 1599. pijssimum cùm fortè obirem munus, diuina benignitas indulsit: vt nimirum captiuus in ipsa Regia arce Dublinẽsi, totis propemodum quinque annis, Ministrorum etiam nolentium in me (nisi quando arcta custodia biennali vix ab vllo conspici possem) ex industria toties in paradromide cùm ipsi transire deberent, conspicuũ, & ex aduerso imminentẽ, quoad liceret, obtutus cõuerterẽ.

Riderus in initio Rescripti.

7. *Sed neque in specula eminentem videre, neque in castris, claustrísque Stentoria vt agnoscunt voce prouocantem, exaudire voluerunt. Prodijt quidem semel in summa vocis vultúsque trepidatione, octodenarius precocis sapientiæ (non tamẽ malæ, vt videbatur indolis) iuuenis, nescio an auræ popularis cupidior, saltem de abstrusissimis rebus Theologicis cùm adhuc philosophica studia non esset emensus, nec Ephebis egressus, disputandi auidus. Hunc autem iussi suorum calculos adferre, quibus pugil seu agonista idoneus renunciaretur, & vel cum ipso disputationem me initurum. Sed sicut ipsi eum minimè tanto honore dignati sunt, ità me vicissim sua deinceps præsentia dignatus ipse non fuit.*

In Colloq. Hampton. pag. 95 96.

8. *Cæterùm, cùm Serenissimus Rex noster* IACOBVS, *si rectè memini, ad Ministros prò Ibernia idoneos requirat, (admonitus sine dubio vitæ quæ sunt cyclopicæ, & doctrinæ atheæ) primò,* vt non sint factiosi, nec mali exempli; secundò, vt sint synceri, docti, animosi: *optãdum vel maximè, vt Ministri in Iberniam (quæ eis libentissimè careret) confluentes, nõ essent vt maximè sunt huic suæ Majestatis voto contrarij. Alioqui profectò, vt de cæteris sileam, eò dignitatis non pertigisset, nec stolis sericis, holosericísque hodiè in Ibernia insolenter gestiret* IOANNES RIDERVS; *vt pote voce preconis aliquoties infamis, & ex molitore* W*iggenensi inuita Minerua studiosus, ex periuro in Academia Oxoniẽsi abortiuus magistellus, ex imperitissimo grãmaticastro ridiculus Vocabularifex, ex cõuicto Simoniaco* VERBI *Minister, ex deprehẽso veteratore frequẽtissimus tã in Anglia quã in Ibernia ergastulus, ex profugo Decoctore Pseudo-Decanus, ex litigioso denique Nepote (heu) Ministro-*

Min stropiscopus. Vnde apparet, nullũ lignũ esse tã sordidũ,
ruũ,enorme, & intortũ, ex quo hi Mercurij & Ministropi-
opi in Ibernia nõ fiãt. Sed alijs hoc tẽpore,vt dixi, omissis,hic
e quo agimus Riderus noster à Prorege illustrissimo CAROLO
BLONDO,pari synceritate qua in reliquis vti solet,congreßũ
ecũ cum bona Proregis gratia anno 1602.efflagitauit.Cõscius
erò Prorex,quo ad id animo ego essem,non tantum prona vo-
ntate duellum annuit, sed & publico scripto de cunctis ad
sputationem requisitis impigrè procurandis,déque amolien-
s quæ oboriri aßolent impedimentis, cupidissimè prospexit:
c tantum à me per honorarium anteambulonem, atrien-
mque suum HENRICVM KNIVET precatus, vt cen-
rium arbitrium ipsi delatum tanquam inuidiæ obnoxium in
llegistas Puritanos,orthodoxæ fidei fiducia,nihil dubitarem
ansferre. Ego exemplo Origenis, Archelai,& multorum ma-
um nostrorum, qui in causa optima vel Ethnicos iudices
n exhorruerunt, monitis & voluntati Proregis obtempe-
re non detrectaui. Iacta iam videbatur alea, & veluti
trà iactũ teli progressus vterque. Verum, Iubellius meus cũ
rem veniendũ eßet,cœpit de multis cunctari; Iudices pro-
os suos symmistas abnuere; diem de die ad certandum
ducere; denique post duorum & amplius annorum mo-
r, in ipsa arena, (cum tamen annulo aureo ipsi in manus
dem tradito, à me ad condictum vrgeretur certamen)
pentibus, frendentibúsque hæreticis, Catholicis verò cum
ximo plausu insultantibus, non erubuit pedem referre, &
no verbo tergiuersari; nullisque suorum precibus fremitú-
e, ne causam proderet, ne ludibrio subiaceret, ne palmam

incruentam

ulantes dissectosque suos fratres classico conuocare ad Quin- euangelij ad interitum properantis defensionem. Ait enim; Nunc communia arma, signa, & acies cõcitandæ sunt n Antichristũ Romanum, eiusq; primipilares πρόμαχους esuitas, qui ante fores commune exitium omnibus Ecclesijs reformatis machinantur. *Si vbique exitiũ ante fores Reformatorum Iesuitæ machinentur: non certè per ipsos stat, quo minus manus disputãdo statim conferant Reformati, modò animis stent, & causæ confidant. Verũ id rationibus eorum minimè hoc tempore cõducit, in quo omnia dissidio intestino turbantur: adeóque ad arma & acies conuocandi nõ sunt, qui sibi mutuò perniciem moliuntur.* Quocunque (*inquit Ieshusius*) vertimus oculos, intuendo Christi cętũ, nihil propemodum occurrit, quàm noua docentiũ dissidia, incrementa errorum, & insignium Doctorũ defectiones. *Inter insignes hos Doctores Reformationem quotidiè aberrantes, tres simul his ipsis diebus Colonia sola aspexit excepitque; CROLLINVM Professorem Theologiæ Heidelbergensem Paræi collegam, Doctorem Lutheranum Francofurtensem, & Doctorem Iuris Brãdeburgicũ, eundémque Ducis consiliariũ. Si ergò constet, omne Regnum in se diuisum desolatum iri, & in hoc opusculo inter se diuisos esse Reformatores luculenter constet: dubitare nefas est, ipsos propediem stirpitus interituros. Quod etiamnum animaduertere cæpit* KING *Ministropiscopus Londinensis, inquiens,* generalem esse relapsum ab Euangelio ad papismum. *Item Puritani, dicentes in examine libri publicarum precũ, pag. 52. 105. 201.* tempora hæc in papismum prorsus procũbere. *Faxit qui potens est Deus.*

Paræus in orat. de strepitu Iesuitarum.

Heshu. ep. de exorcismo.

I N. R. P.
HENRICI FITZ SIMON
BRITANNOMACHIAM,
AD MINISTROS INTER SE DIGLA-
DIANTES CIRCA FIDEI FVNDAMENTA,

SCAZONTICVM.

AD arma, ad arma, alacriter Ministelli:
Auditis? Orco triste murmur immugit:
Altera Sororum lugubrem tubam clangit;
Altera rebelle tympani quatit dorsum:
Ad arma, ad arma, stringite calamum & linguam.
Sub Falsitatis facite fortiter signis,
Pugnate validè, lancinate, mordete,
Et mutuis concidite, dum lubet, plagis,
Miserante Cælo, Tartaróque plaudente.
Ædilis ecce FITZ SIMON *malo vestro*
Nolens, volensq; Munerarius factus,
Isto theatrum publicum struit libro,
In quo manu conuiciisq; pugnetis
Sine missione, totus & trucem vestram
Gladiationem spectet, ac fleat mundus,
Vt olim Iason dentibus satam turbam
In semet actis ruere spiculis vidit.
O lippientes, filiósque talparum,
Genitrice natos nocte, qui fidem nobis
Quam derogatis, arrogatis & vobis,
Discordiâ abrogatis, & fide infidâ.
Ite, Ite, funus apparate supremum,
Indicitote funebrem Hæresis pompam:
Hæc illa tot iam vetula mater errorum
Vbi sic in vrbem principem & petram CHRISTI
Discorditer conspirat, vltimum exspirat.

PETRVS PENNEQVIN Soc. IESV.

DE DISSIDIO

IN BRITANNIA

IN COMMVNI, AC IMPEDIMENTIS SPERANDÆ CONCORDIÆ,

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De dissimulata discordia Sectariorum vbilibet.

IN eo cardo caputq; huius opusculi vertitur; vtrũ Reformati Sectarij, maximè Britãni, consentiant discrepentue in tota substantia suæ doctrinæ. Dissimulant quidem, negantq; ipsi omnem discordiam: Nos verò missis ambagibus maximam monstrabimus. *Litigandi, scribendi, declamãdi, disputãdi, condemnãdi, excõmunicãdi, inter Lutheranos & Caluinistas, nullus* (vt in pri[m]is fatetur Ioãnes Iezlerus Zuinglio-Caluinista) *est finis.* Idem [c]ertè ostendunt semestres quot annis catalogi Francofurtenses, magna ex parte ex Philippicis ab vtrisque in vtrosque [c]onscriptis, compositi: vt & Ministromachia, Bellum quinti [E]uangelij, aliјq; quam plurimi Catholicorum libri. Nec obscu[ru]m esse volunt Lutherani, teste Sturmio, *qui libris publicè editis*

Iezlerus lib. de diuturnitate belli Euch. pag. 25 80.

Ministromachia Resch Bellum 5 Euang. Ingin.

 Ecclesias

Sturmius de ratione Cōcord. ineūdæ pa. 24 Lut. tom. 2. Witemb. cont. Art. Louan. thes. 27. fo. 53

Ecclesias Anglicanas, Gallicas, Belgicas, Scoticas, Helueticas, tanquam hæreticas condemnant; eorum martyres martyres diaboli vocant. Nec etiam dissimulant Caluiniani gemebundi occinentes, se ita exosos esse Lutheranis, vt

Paulus Tossanus de vita & obitu Danielis Tossani, p. 9.

Sapientior sis Socrate,
Platone magno doctior,
Demosthene eloquentior,
Daniele sanctior pio,
Samueleq́; innocentior,
Et Phocione iustior,
Prudentiorq́; Nestore,
Mose & laboriosior,
Et Zopyro fidelior,
Generosiorq́; Cæsare:
Caluinianus si modò,
Dicare clam, vel propalam,
Mox Tartaris, Moscis, Afris,
Turcisq́; sæuientibus,
Atheisq́; Americæ incolis,
Iacebis execratior.

Marpurgi autem in Hassia, teste Hospiniano, crudelitati in Caluinistas seueriori, abundè Lutherani indulserunt. *Cum multo furore eos adorti, captiuos abripuerunt, vestibus spoliarunt, pugnis percusserunt, verberibus ad sanguinem mulctarunt, expetentibus alijs eos, sibi præcipites ex contignatione dari. Schonfeldium per gradus deiectum, in medium protractum, verberibus exceperunt, prostratum pedibus conculcarunt; vt cruore vndique fœdatus compareret. Et illi interea clamarunt, necate nebulonem, tundite, interficite. Deinde in Schonerum irruunt, nulla vel officij, vel ætatis, ratione habita, pugnis, colaphisq́;, verberibus pulsant; ex ianua temploq́; deinde eijciunt. Interim alij VVigandum Pfaffium in templi medium protrahunt, verberibus miserè lacerant, diris deuouent, & tandem expellunt. Danielem Cellarium pugnis, verberibusq́; contusum, capite ad parietes detruso, plurimum deformarũt: confugientem per posticum lotrix mulier malleo, triturator flagello, sistere voluit, &c.* Hæc fortè in viuos tantum. Sed quid an saltem mortuis pepercerint? Ait idem Hospinianus, cuius quidem in aliena re testimonium leue est, ergà Ministros autem graue, cũ ad suorum dedecus non facilè mentietur. *Dresdæ obijt Iacobus Lossius Caluini sententiæ addictus; adeoq́; tam in vita, quàm in morte, à Lutheranorum sacris abstinuit. Neque in Polyandrio, neque in sepulcreto, sed tantum vbi malefici, ac flagitiosi, sepeliri potuit. Paulò antè quam portæ vrbis vesperi clauderentur, à quatuor baiulis in summo silentio elatus fuit: cùm ecce lanionum, fabrorumq́; famuli, aliiq́; suburbani fortè ad hoc conducti,*

Hospinian. de libro Concordiæ, cap. 58.

Hospin. in altera parte hist. sacram. ad an. 1594.

conducti, vespillones lapidibus impetentes, sandapilam comminuerunt, cadauer immaniter tractatum, canibus allectis laniandum obiecerunt. Superueniunt rustici à conuiuio nuptiali: qui tympano signum furoribus furores exciuerunt. Itàque in cadauer insiliunt, lapidibus cooperiunt, iniecto pedibus laqueo in Albim fluuium præcipitaturi. Denique à quinta hora in octauam debacchati, tandem defessi recesserunt. Ecce concordiam canina deteriorem, Ministris in Ministros, ingenitam. Sed quid hæc ad ea quæ Ioannes Vtenhouius in sua simplici narratione de instituta, ac demum dissipata Belgarum in Anglia Ecclesia, cõmemorauit? Quid ad ea quæ Sturmius, Schlusselburgius, Iezlerus, & alij cõfratres cõsignarũt? Id ità manifestũ est, vt dicat Schlusselburgius in proœmio, desperatam esse concordiã, *donec magnus Domini dies interuenerit, litesq́; diremerit:* adeoq́;, *clarissimũ esse, non expectandam Synodorũ aut generalium, aut particulariũ definitionem.* Idem est Bezæ iudicium, dicẽtis: *œcumenicum quod vocant Concilium, quis coget?* Proinde, *magna* (inquiũt) *est stultitia prouocare ad vniuersalem Synodum quæ institui non potest.* Interim, cuiusdam pietatis propensio fuit in serenissimo Iacobo Rege nostro, Concilium quo sopiantur lites, suspirasse. Votum tamen inane efficitur, tam ipsius hæresis in eo dissectæ intima cõditione, quàm hęreticorum perpetua proteruia, quorum nemo ingenio velit cedere, nemo manus dare. Hic enim locum habent verba Schlusselburgi: *Quis enim nostrûm sibi abrogabit, vt locum habendo Concilio constituat, diem dicat, variarum nationum Theologos euocet, &c. Et quis in ipsa Synodo præsidebit? &c. Porrò, quis iudex erit inter litigantes? &c.* Quibus, vel lippientibus apparet, tam discordare hodie Ministros passim, quàm nũquam ad concordiam olim esse reuocandos, *donec magnus dies Domini lites diremerit.* Denique ducentos plus minus libros vltrò citróque emissos, Iudocus Coccius (quo magis de tam intestino, & Vatiniano istorum odio, omnis tollatur excusatio) singillatim recensuit, quibus Cadmea hæc genimina in mutua viscera virulentis morsibus debacchantur.

Vide Sturmiũ de rat. concord. ineund. pag. 24

Schlusselb. Theol. Cal. l. 3 art. 6. l. 2. ar. 15. Iezlerus de diuturnit. belli Euch. pag. 15. 80. &c. Beza ep. Theol. 24. pa. 159. ep. 83. Vide ad Act. Montisbelg. par. 1. pag. 2. Antistur. mius cont. Danæum, pag. 44. In monitoria præf. Schlusselb. in Catalogo hæret. l. 13. pag. 864. Coccius in Thesauro to. 1. pag. 1068. 1069. 1070. 1077. 1078. 1089. 1090.

2. Hanc autem tam perspicuam, tam atrocem, tamq́; contestatam omnium Scriptorum ac locorum suffragijs inter se-

Iuel. in apologia pro Ecclesia Anglican. edit. an. 1600. pag. 101.
Whitakerus ad octauam rationē Edmundi Campiani, p. 155
Luth tom. 2. Wittemb. fol. 381. 382. 503.
Cōfessio Orthodoxa Eccles. Tigur. tra. 3. fol. 108

ctarios dissensionem, occultare, & verò denegare conatus est & Iuellus & Witakerus. Et quidem Iuellus ait, *Zuinglianos ac Lutheranos probos esse viros, & inter se amicos, ac fratres; inter quos in principijs, ac fundamento Religionis, nulla est discrepantia.* VVitakerus verò ait: *Lutherum libenter vt Patrem veneramur, & Lutheranos vt fratres in Christo charissimos amplectimur.* Beza quoque in epistola sua prima, pari hypocrisi simultates obtegere nititur. Verùm, tam inuerecundæ dissimulationis integumenta, detrahit ipse Lutherus, inquiens: *Beatus vir qui non abijt in consilio Sacramentariorum, nec stetit in via Zuinglianorum, nec sedet in cathedra Tigurinorum. Habes quid sentiam.* Paulo clarius antèa dixerat, *Maledicta sit charitas & cōcordia cū Sacramētarijs, per omnia sæcula sæculorū.* Idq; de Luthero nō inficiātur ipsi Zuingliani, dicentes: *Nos cōdemnatam, & execrabilem vocat sectam, &c.* Ex his perspicuum esse arbitror, cōsensionem sectarijs nostris esse peregrinam, exoticā, & prorsus incognitā; idq, negare, proiectam esse impudentiā.

CAPVT SECVNDVM.

Iudicium Reformatarum (vt falsò vocantur) Ecclesiarum, non posse esse vniforme: earundemq; Confessiones non esse vnius fidei.

Sibrandus de Iesu Christo Seruatore cont. Faustum Sociniū in epistola Dedicat.

QVANTVM sit in nostris Sectarijs simulandi studium, ex his verbis Sibrādi Luberti, colligere licet. *Subijcio hunc librum* (inquit) *iudicio sanctæ & orthodoxæ Ecclesiæ, quæ Augustanam, Helueticam, Gallicam, Britannicam, & Belgicam Confessiones sequitur.* An ergò Heidelbergensis Doctor Theologię viginti sex annorum, (si Parço credamus) potuit existimare Ecclesiam vnam, vnumue iudicium conflari ex confessionibus sibi inter se tantopere repugnantibus? An verò dissimulandi artificio omnia ineptijs fucare volens, mūdo imponere in hac luce rerum voluit, istas inter se Ecclesias in vnius doctrinæ sententia, conquiescere? Alterum, est prorsus improbabile; Sibrandum id ignorasse: alterum, impossibile;

ile; in eandem fidei doctrinam posse aliquando hæreticos onspirare. Necesse est igitur quod solum superest Sibrādum erbis istis fraudem credulis instruere. Verum, iniustissimæ ausæ quę simulationibus necessariò innititur, iniustissimum tud dissimulandi pręsidium, indulgeamus, & de reliquo reos onfitentes suum in principijs, ac fundamentis fidei, contrà : Iuellus asserit, dissidium producamus.

2. *Agitur enim* (inquit Ioannes Pappus) *nunc inter nos de nnipotentia Dei, & vnione personali duarum naturarum in Christo, de mmunicatione idiomatum, de Christi corpore glorioso, de Ascensione us in cælum, de discrimine Sacramentorum noui & veteris testamenti, vi & efficacia baptismi, de prærogatiua infantium natorum ex parēti- us fidelibus, de cæna Domini, de prædestinatione, &c. de quibus omnibus ticulis nemo pius* (qualis ergo erit Iuellus?) *negare potest magnas ter nos cōtrouersias esse.* Philippo tamē Melācthoni nulla pietas, d dolor, eandem confessionem expressit, dicēti, *Nulla res æquè terret homines ab euangelio ac nostra discordia.* Theodoro quoque ezæ non item pietas vlla, sed dolor, hęc verba, & quidē ægrè, uidiamq; rei eleuare nitenti euicit: *Exercuerunt me diu & mul um illæ ipsæ quas describis cogitationes:* scilicet, *nostros palantes omni ctrinæ vento, & in altum sublatos, modò ad hanc, modò ad illam par- m deferri. Horum quæ sit hodie de religione sententia scire fortasse pos- , sed quæ cras de eadē futura sit opinio, neque tu certò affirmare queas. quo tandem religionis capite congruunt inter se Ecclesiæ, quæ Romano ntifici bellum indixerunt? A capite ad calcem si percurras omnia, ni- l propemodum reperias ab vno affirmari, quod alter statim non impiū e clamitet.* Non igitur Sibrandi sensus probabunt vniuersi, in cclesijs dictarum confessionum; nec eum simplicitatis & cā- oris rationem existimare poterunt habuisse, cùm dicat, *An- quam & receptam doctrinam, quam Martinus Lutherus, Philippus elanthon, Martinus Chemnitius, Ioannes Caluinus, Petrus Martyr, acharias Vrsinus, & multi alij sancti viri ex Dei verbo clarè, & solidè cuerunt, defendi, & tutatus sum.* In horum enim antilegomena, effata maximè repugnantia, iurare, & cum Ecclesia ex tot ydris conflata, *concordiam se colere, profiteri*; quid aliud est quàm Sibrandum

Ioan. Pappus cont. Sturm. apud Schlusselb. in Theolog. Calu. l. 1. ar. 28. fol. 153.

Melanct. in Conc. Theol. par. 1. p. 249.

Beza in ep. Theol. epist. 1 ad Andreā Dudithium, pag. 13.

Sibrandus loco supra citato.

Vide Ecclesiasticum Scioppij, c. 7.

Sibrandum ipsum sibi imperasse, omnia assentari; & hæresiarcharum refractaria ingenia admirari; quicquid quicunque dicant, laudare; id si negent, laudare id quoque? Quod me nō tam exprobrare, quàm probare, luculentissimè euincũt, inter cætera, ista Caluini verba: *Lutherani* (inquit) *tam virulento odio in nos crepant, vt citius illis pax cum Turcis futura sit, & cum Papistis fraternitas, quàm nobiscum induciæ.* Cui dicto tam dilucido, & ad rem præsentem accommodato, licet nihil accedere posse videatur, ei tamen Osiander fidem certissimam, omnique exceptione maiorem adijcit, inquiens: *Sed & Theologi quidam qui libro Concordiæ subscripserant, eúq; approbauerant, mutata sententia, eum reprehendere cœperunt, inter quos erant præcipui Theologi Brunsuicenses.* Proindeq; liber hic simulatæ Cōcordiæ, deinceps meritò epigraphen præferre debet compertæ, & exploratæ Discordiæ, cui ipsi eius architecti, reformata consensione, dissoni esse & discrepantes deprehenduntur.

Calu. in 2. defensione aduersus Westphalũ pag. 155.
Osiander ad an. 1583.

CAPVT TERTIVM.

De varijs confessionibus Reformatorum, & qui & quales, & quamdiu sequantur Angli Reformati suam confessionem Anglicanam, & qualis illa sit?

LICET Sibrandus Reformatam Ecclesiam Anglicanam in penultimo loco recensuerit, ipsi tamen Angli se primos & præcipuos (nec forsan immeritò) Reformatorum habent. Ait enim Gulielmus Barlous, *quod inter flores est lilium, inter volucres columba, inter arbores cedrus, inter gentes Iudæi, inter montes Sion; Anglicanam Ecclesiam esse inter cæteras Reformatas: nempe electorum Sanctuarium, Verbi diuini oraculum, & pro Deo domicilium.* Ipsi quoque Academici Oxonienses, (in responsione ad libellum supplicem Puritanorum sub finem) numero, & excellentia, virorum Doctorum, se longè cæteris Reformatis vniuersis, vel seorsim vel collectiuè sumptis,

Barlous in defensione articulorum Protestantica Religionis, artic. 4. pag. 114.

sumptis antestare autumant. Confessionem igitur Reformatorum optimam, penes Anglos esse, nemo Reformatorum fidei suorum innixus, de facili ambigat. Qualis autem illa sit, & quibus mutationibus obnoxia, & à quibus fuerit, sitve defensa, vel damnata, paucis perstringere proposui. Prius tamen Confessiones Sibrandi cæteras, strictim ventilare, aggrediar.

2 Multa ab alijs de Confessione Augustana (quam duodecies ante annum 1578. mutatam, fatetur Andreas Musculus) scribuntur; quam, *versam, peruersam, conuersam, mutatam, deprauatam, mutilatam*, ipsi Lutherani proclamant. *Non expedit* (inquit Clebitius) *coram populo recensere, quoties, & quomodo, Confessio Augustana sit emendata*. Id maximè compertum fuit, cùm VVormatiæ anno 1557 proponeretur Lutheranis hęc quæstio, *Vtrũ omnes vno, eodemq́; sensu, hanc confessionem tueri vellent?* Factum enim est (fatente Dressero) *vt dissidentes inter se Euangelici, neque respondere ad quæstionem Pontificiorum possunt, neque cum illis congredi*. Alij autem Nouangélici scriptores Amsdorfius, Lauatherus, Hospinianus, Gallus, referunt vlterius, ex duodecim selectis in tota Germania celeberrimis Euangelicis, septem excõmunicasse quinque, qui huic confessioni non acquiescerent: nihil tamen in commune residuos septem constituere potuisse. Plura longè in Schultingi tomo quarto, eiusq; vtrâque parte, reperire est, quæ hic perscribere breuitatis causa supersedeo.

Muscul. in Colloqu. Hertzberg. fol. 91. 92. Osiander apud Hosium in Anti-Brentio. Clebitius in Victoria & ruina papatus Saxonici Vide Eccl. Sciop. c. 101. 128. Dresserus in Millenar. 6. pag. 86. Amsdorf. in Confess. vera doctrina. Lauaterus in hist. sacr. Hospin. in hist sacram. par. 2. f. 250. 251. Vide Surium ad an. 1557.

3 Quoad Confessionem Helueticam Ministrorum, Tiguri, Bernę, Scaphusij, San Galli, Curiæ Rhetorum: testatur Ninianus Vinzethus, in Scotia fuisse prorsus reiectam. Nec certè mirum, cùm toties in contrarios sensus, & verba, Zuingliana doctrina resoluatur, vt Zuinglio ipsi, ne dum cęteris, nihil constaret. Dixit enim, & dixisse dispudeat: *retractamus igitur hic quæ illic diximus tali lege, vt quæ damus anno ætatis nostræ quadragesimo secundo præponderent ijs quæ quadragesimo anno dederamus*. Hanc quoque Ecclesiam non tantum à Lutheranis ex diametro, sed etiam à Caluinistis toto cęlo distare, vel ex eo certo certius est; quod essentialem Geneuensis Ecclesiæ disciplinam summo-

Zuingl. tom. 2. com. de vera & falsa Relig cap. de Euch. f. 202.

 perè

perè explodat. Quare & Musculus in locis communibus, titulo de officijs Ministrorum, capite de Ministris Verbi, & capite de Magistratibus Seniorum officium confutat, vt & Gualterus Tigurinus in cap. 5. 1. Cor. &c. Item quod Bernæ, Institutiones Caluini anno 1555. 2. Aprilis, Senatus cõsulto deflagrauerint, vtpote impiæ, & blasphemæ; ipsorum, vt aiunt, fratrũ calculis.

4 Quantum autem ad Cõfessionem Gallicam attinet, Florimundus de Remundo luculenter, & prolixè, protheam & cothurnalem eius prodit vicissitudinem, ac mutabilitatem. Eam quoque vicini Bernenses, cum vniuersis Caluini operibus, Senatus consulto palam, vt dixi, combusserunt, vt maximè blasphemam, & hæreticam. Nec in aliud magis excubant, omnesq; vires mentis intendunt Angli, quàm vt Geneuensi Disciplinæ (quam manibus, pedibusq; Puritani inferre nituntur) obnixè repugnent. Quam verò illi prudenter faciant, ex Vaticinio Caluini, indubitatò præsumatur. Ait enim, *Videre mihi videor extremam barbariem impendere orbi, atque vtinam non paulò post sentiant filij nostri fuisse hoc verum potius vaticinium, quàm coniecturam.* Facilè autem vaticinium fuit de barbarie sequutura ex Caluinismo, *cùm nusquam venerit* (ait Solida Refutatio compilationis Zuinglianæ & Caluinianæ) *vbi non turbas dederit. Quã enim malè institutum, & sæuiens vulgus sit Caluinianorum, aliquot regna, propemodum cũ extrema pernicie, experta sunt.* Illam tamen barbariem Academici Anglicani ad libellum supplicem Puritanorum, pondere authoritatis, & verborum, præ cęteris apertius prænũtiãt. *Respicite* (inquiunt) *faciem cunctarum in orbe Reformatarum Ecclesiarum, & accuratius considerate vbi horum impletur desiderium, primò quam eorum propositum Monarchiæ congruat, deinde quàm paupertas ab vna parte, & doctrinæ defectus ab altera parte in vniuersum clerum eorundem dominiorum grassetur.* Monarchiæ autem adeò repugnant, vt dicat Serenissimus Angliæ Rex, *sæpe sæpius ab illis dici, Reges & Principes naturaliter aduersari Ecclesiæ libertati.* Et alibi: *consistorialem disciplinam cum Monarchia non melius componi, quàm dæmonem cum Deo.* Id enim præcipuum est eorum propositum.

Anno 1555.

Caluin. in præf. Catechismi Geneuensis ad fratres in Frisia Oriẽtali.

Impressa Tubingæ anno 1584. pag. 47.

Ibid p. 679.

Respõsio ad libellũ supplicem p. 28.

Basilicõ Doron, p. 38. 39.

Colloq. Hãpton. pag. 78. 79. 4. 20.

propositum in Synodo Cabillonensi proditum; *Exterminãdas esse à Republica Christiana tres illas orbis terrarum pestes, & quisquilias, Pontificiam Ecclesiam, Nobilitatem, Iurisprudentiam. Tota illa* (inquit Beza) *priore hominum, & principum generatione sublata.* Hanc enim à Caluino præuisam, speratamq; barbariem sequitur, & vbi irrepit consequitur Caluinismus, vt proprij in productis monumentis profitentur fratres, & quotidiana comprobat experientia. *Prateol. in Alphab. li. 2. cap. 22. Beza in ep. Theol 37. 40.*

5 Confessio denique Belgica, quàm minimè vel Belgis, vel exteris satisfaciat, nemo ignorat: cùm in nulla prouincia, ciuitate, domo, non sint inuicem discordes Anabaptistę, Arminiani à Iacobo Arminio, Gomorani à Francisco Gomaro, Lutherani, Vorstiani, Scalligerani, & ex omni hæreticorum colluuie quam plurimi, dictis, factisq; absque omni fœdere, ac inducijs, hostiliter in mutua capita debacchantes. *Vide declarationẽ Sereniss. Regis M. Brit. con. Conradum Vorstium.*

6 De Confessione autem Scotica (quam sine dubio sub Britanica complexus est Sibrandus) hoc tantum dicam; Serenissimo Regi Iacobo ab infantia fuisse in sua doctrina repugnantem, ne dicam rebellem. Id enim Rex his verbis declarat. *Ego à Puritanis non solum à natiuitate continuò vexatus fui; verumetiam in ipso matris vtero propemodum extinctus.* Et rursum: *Mihi præcipuus labor fuit, deiectos Episcopos restituere, & Puritanorum Anarchiam expugnare.* Nec tamen totius voti compos Rex hactenus euasit: quandoquidem in Scotiam destrictè scribẽs ne Synodum ipso inscio Ministri indicerent, non tantum minimè obtemperarint, sed *Regium Commissarium occlusis foribus contemptissimè & iniuriosissimè excluserint, asserentes Synodum generalem, tantummodo, in rebus spiritualibus esse competentem iudicem.* Cui synodali assertioni subscripserunt, *M. Ioannes Furbes, M. Ioannes VValsche, M. Ioannes Monro, M. Andreas Duncanus, M. Alexander Stranchone, M. Iac. Greig, M. Gul. Furbes, M. Rob. Tongston, M. Nathan Inglis, M. Carolus Ferme, M. Iac. Irning, M. Ioan. Scharp, M. Rob. Durie, Ioannes Rosse.* De hac autẽ seditione ità scribit Ioannes Stouueus in Compendio Chronico Anglorum pag. 448. editionis Londinẽsis anni 1611. *Secundo Iulij Ministri Scoti septemdecim, spreta Regis ex-* *Rex magna Brit. in Monitoria præfatione ad Impera. &c. Ex Hamptonia 26. Sept. 1605. Relatio impressa Edinburgi 24. Octob. 1605.*

 pressa

pressa prohibitione, conuenticulum Abredoniæ habuerunt. Qui coram Senatu Regio in Scotia acciti, deq; facto suo interrogati, disertè asseruerunt nullã ijs aut Regi autoritatẽ esse in rebus istis Ecclesiasticis: seq; nec debere nec velle agnoscere vllam Regi, eiúsve Senatoribus ciuilibus subiectionẽ in hac parte; cùm lis omnis spiritualis in Ecclesia, vt à solo cõpetente Iudice, dirimenda sit. Subdit: *Prò quo tumultu, & quia in causis Ecclesiasticis Regis Primatum negarunt, sex ex præcipuis decimo Ianuarij sequẽtis, crimine lesæ maiestatis condẽnati Blacknesiæ fuerũt.* Sequitur ergò, ex publicis ijsdéq; recẽtissimis Regni Annalibus, Puritanos tam parum esse concordes cum cæteris Ministris Regis primatũ Ecclesiasticũ credentibus, quàm parũ Regis authoritati ipsis repugnanti libenter obtemperant. His iam Confessionibus omissis, Anglicanas (non enim vna, sed plures sunt) perlustremus, enucleaturi quam consentientem exhibeant doctrinam.

Digges in motiuis supplicibus an. 1601. Formalistæ vocantur in pictura seu effigie Puritani, M.4. in Examine libri Publicarũ precũ pag. 9. edit. 1610. &c.

7 Quæ magis publica Confessio est Anglicana, & à Parlementarijs Protestantibus seu Statistis (vt Thomas Digges vocat) seu Caluino papistis vt exteri plerique nuncupant, seu Formalistis, vt hodie frequentius nominantur, defenditur: vltimam formam accepisse videtur articulis triginta nouem, in Synodo Londinensi, anno 1603. Qui autem potissimè huic Confessioni refragantur, Puritani, (à studio erga purum putum Caluinismum, tam quoad doctrinam, quàm quoad consistorialem stabiliendam in Britannia disciplinam, exploso omni Canonico ac Imperatorio præter eam solam Disciplinã iure) aliquando etiam Præcisiani appellantur. Brounistæ ac Familistæ, qui ex Puritanis succreuerunt, licet oppidò multi, Formalistis tamen doctrina, & celebritate suppares & prè illis contemnendi habeantur; cùm Formalistæ (sic deinceps nominabo) officiorum ac beneficiorum potiãtur, & foro gaudeant: Brounistę verò cum Familistis, in situ, & squalore delitèscant, capita educere in Anglia non audentes. Puritani autem speciatim dicti, non nisi millenarium Ministrorum numerum, & quidem per auxesim iactitant, nec hactenus vltrà solos sexcentos & duos de viginti recensère potuerunt: ni-

mirum

mirum *in Comitatu Oxoniæ 9, Staffordiæ 14, Dorset 17, Harfordiæ 17, Suthamptoniæ 20, Surriæ 21, Norfolciæ 28, VVilsiæ 31, Buckingami 33, Sussexiæ 47, Leceestriæ 57, Essexiæ 57, Cestriæ 12, Bedfordiæ 16, Somerseti 17, Darbiæ 20, Lancastriæ 21, Cantiæ 23, Londini 30, Lincolniæ 33, VVaruici 44, Cornualliæ & Deuoniæ 51, Northamptoni 57, Suffolciæ 187*. Ex quo tamen numero, cùm ad rem ventum esset, primo Nouembris anno 1605. examini oblatis 277. soli centum & tredecim concionandi potestate priuati, nonaginta quatuor admonitioni seruati, & septuaginta beneficio spoliati reperiũtur. Reliqui omnes, authoritate qua pollent intrinseca, per tertiam in priuilegijs Caluini facultatem, palinodiam peierando cecinerunt; secretum interim prodere, seu à disciplinæ studio recedere nolentes. Hanc expertus prę multis eorũ Proteam inconstantiam, inquit magnæ Britanniæ Rex: *Præclara sanè laus, præclarum encomium quo Puritanos ornaui, cùm me plus fidei vel in illis efferis, cùm Montanis, tum limitaneis latronibus, quàm in hoc genere hominum inuenisse professus sum. Coram enim magno Deo protestor, non tot apud istos mendacia, & execranda periuria, quot in his freneticis hominibus deprehendes.* Nulla enim est Papalis ad Puritanam dispẽsandi potestatem, cùm perinde ad nefas, quàm fas, vbi opus videtur, (quod inferius luculẽter euincam) sese protendat. Eo enim respiciunt ista Bezæ: *piè & constanter amplectendas affirmo, omnes occasiones diuinitus oblatas* (intellige susque deque omnia diuina ac humana iura versando ac violando) *veri cultus diuini restituendi*. Quod non minus voluisse ipsum rerum nouarum studio facere, quàm docuisse, Colloquium Montpilgartense fusè ostendit,

8 Confessio autem ista Anglicana quã Formalistæ obnixè propugnant, Puritani verò indefessi impugnãt, magnas sæpius passa est vicissitudines, nõ in cæremonijs tãtùm, sed in totius doctrinæ fundamento; semperq́; sub diuerso Principe in diuersam à sese, transmutata apparuit. Id seorsim nunc ostẽdam, collatione facta in quibusdam prẹcipuis contradictionibus quę omninò, vt in scholis dicimus, disparatæ sunt, & incompatibiles, nullumq́; ad fœdus reducibiles. Priùs tamen quàm ad ca-

Burges in ep. ad Regem Iacob. apud Thomã Rogerũ in Cathol. Doctr. Ecclesiæ Anglic. art. 34. pag. 187.

Examen lib. Publ. precũ, pag. 161.

Calu. Instit. l. 3, c. 19. n. 7.

In monitoria præf. Basilicon Doron, p. 41. 42 edit. Falcis Longstõ.

Vide Picturã Puritani per Oliuerũ Ormerod. E. 3. seu pag. 21. Vide etiam 7 priuil. Cal. in Becano.

Bezæ 68. ep. Theol. p. 318.

pag. 150, 268. 388. Vide Feuardent. en ses entremangeries, pag. 327.

ad capitales antilogias accedamus, non erit superuacaneum, hoc recẽter acceptum à Puritanis schema saltem de quatuor non minimis contradictionibus, præludendo subijcere.

SCHEMA CONTRADICTIONUM QUAtuor ex plurimis, inter libros Publicarũ precum sub Eduardo, Elizabetha, & Jacobo: quas cõtradictiones nobis Puritani, in suo eorundẽ librorũ examine, an. 1610 patefecerũt.

I. CONTRADICTIO.

Puritani in suo Examine libri Publicarũ precum, pag. 30.

Sub Eduardo & Elizabetha, *(dicẽtibus se solũ purũ verbũ Dei legendũ proponere)* in lib. Publicarũ precũ legebatur Tobiæ caput quintũ, sextũ, octauũ; Danielis caput decimũ quartũ; cũ nõnullis ex capite decimo tertio; vt & quædam ex capite quadragesimo sexto Ecclesiastici.

Hæc autem, Regis liber (sic eum, quem potẽtissimus Iacobus emitti fecit, passim vocitant, per contemptum an secus ignoro) seu apocrypha expunxit.

SECUNDA.

Iidem ibidem, pag. 45. 46. 47. 48.

Sub Eduardo, & Elizabetha, exordium Dominicæ orationis, ac Symboli, cum quibusdam alijs, voce elata canebatur, choro (vt fit) residuũ suscipiente.

In Regis libro hoc prorsus prohibetur. Item delentur in illo libro ex veteri testamento lectiones triginta duæ, & adijciuntur in hoc ex Apocryphis (aiunt Puritani) viginti sex, necnõ 47. nouæ lectiones pro festis.

TERTIA.

TERTIA.

Ibidem pagina 50.

Sub Eduardo, & Elizabetha, in Litanijs dicebatur; *A tyranide cunctisq; detestādis enormitatibus Romani Pontificis, Libera nos Domine.*

In Regis autem libro, *hæc valde bona clausula* (sunt verba Puritanorum) tanquam impia omittitur.

QVARTA.

Ibidem pag. 178. 179.

In libro priore Publicarū precum sub Eduardo, & in primis annis Elizabethę, debuit

1. Vinū in vsū cœnæ aqua dillui.
2. Panis vinūq; in altare proponi.
3. Cœna ore nō manibus suscipi.
4. Cœnæ distribuēdę hæc forma fuisse: *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat corpus & animā tuam in vitam æternam.*

In libro autē posteriore, postremoque,

1. De aqua miscenda nullum est verbum.
2. Mensa pro altari substituitur.
3. Cœna manibus communicātium traditur.
4. Pristina forma distributionis abrogata, hæc noua forma pręcipitur: *Accipe & manduca Hoc, in Christi prò te mortui commemorationē, & ex eo te refice.*

Hæc Puritani: quorum irrequietus spiritus à nulla messe falcem abstinet. Miri Ardeliones, qui instar vesparum seu crabronum sola vlcera sordesq; suorum fratrum calumniādi causa consectātur. Nullam eorum turpitudinem patiuntur esse tectam, nullā æstimationis partem illæsam. Quorum perfidas proditiones, parcendo labori nostro nostroq; compendio vt-

amemus,

amemus, certè ipsos suorum parentum ac fratrum proditores diligere non valemus. Verùm hanc tabulā, seu schema, obiter excutiamus, cùm aliqua occurant nostro examine nō indigna.

AD HAS CONTRADICTIONES, ELENCHVS.

1. IN hac noua forma distribuendæ cœnæ, *Accipe & manduca Hoc*, &c. eximendus nobis est scrupulus (si ęquum videatur Dominis Ministris) circà significationem pronominis Hoc. Si enim rectè intelligimus verba Eliensis Pseudo Episcopi à Casaubono relata: idem omnino Ministri nobiscum significare tandem eodem pronomine volunt; dicentes: *Dixit Christus hoc est corpus meum; non hoc modo, Hoc est corpus meum. Nobis autem vobiscum de obiecto conuenit, de modo lis omnis est*, &c. *Præsentiam credimus non minus quàm vos veram*, &c. Et tantò maior est de significatione abstrusa istius pronominis, horumq; verborum, deq; mutata persuasione Reformatorum, noster scrupulus, quāto nō solius Eliēsis sed aliorū omniū ea dicitur, quā hic retulimus esse sententia. Ait enim Casaubonus; *Hæc fides Regis, hæc fides Ecclesiæ Anglicanæ*. Quod semel si verū esse cōpertum fuerit: nullā profectò à cępta Reformatione cum pristina sua doctrina Anglicana (cuius vigesimus octauus Articulus est; *Corpus Christi datur, sumitur, & manducatur, solo spirituali modo per fidem*) maiorem contradictionem concipere valeamus.

Casaubon. in epist. ad Card. Perō.

Doctr. Angl. Art. 28.

Col. Hāpton pag. 6. 12. 87. &c.

2. In colloquio Hamptonensi præcipua cautio fuit, vt libri *Publicarum precum correctio foret imperceptibilis*. Sed quorsum? cùm nec veritas quęrat angulos, nec patiatur sagacissima ad remordendum indoles Puritana, quicquam clam ipsis transigi.

3. Barlous *annulatus ex nouissimo loco ascendens superius Minister*, (satis sit hoc inter nos intelligi) homo qui ore eodem Essexiū Comitem in rebus secundis panegyricè dilaudauit, rebusque aduersis ex confessione prodidit, & proditum cunctis viribus vituperauit, (non enim, vt ait, *vno obulo ditior, gradúve celsior per ipsum euasit*) negat Formalistis cum Puritanis vllam intercedere

Barl. in præfat. Conc. Dom. 1 Quadrages. an. 1603.

dere controuersiam. Ait enim: *Auent mundo imponere nos cum Puritanis de Religione contendere, cùm tamen lis licet improba & degener, non istius sit generis, sed de cæremonijs externis, non autem de vllo articulo Religionis.* Verùm, ne reipsa per insignem mentiendi licẽtiam, mundo imponatur: hũc Lincolniæ Impostorem, tam Formalistarum, quàm Puritanorum calculis, falsi testimonij, & cauterizatæ conscientiæ reum, peragam. In primis igitur, nomine omnium Formalistarum, ait Couellus: *Ne aliquis existimet contentiones nostras esse de rebus minoribus, & discrimen esse modicum: vtrique vtrosque damnauimus hæreseos (si non infidelitatis) & de ijs quæ funditus euertunt fundamenta Christianæ fidei.* Persuasionem verò omnium Puritanorum, declarant hæc eorum verba apud Rogerium: *Controuersia inter ipsos & nos, non est (vt Episcopi eorumq́; fautores mundo imponunt) de pileo, flammeolo, aut superpelliceo, sed de rebus grauioribus, vt de vero Ministerio, de regimine Ecclesiæ &c.* Et alibi: *Adeò semper à nobis est in hac causa Formalistis repugnandum, vt tot vitas quot capillos si haberemus, profundere prius vniuersas oporteret, quã vt sit desistendũ à proposito.* Tu Barloe, hæc tibi dicta cognosce, & nisi fronte sis perfricta, erubesce.

Barl. in Rel de libert. Cõscientia.

Couel. in iusta & temperata Defens. pag. 67. artic. 11.

Roger. in præf. Doctr. Angl. nu. 31.

Ibid. nu. 13.

4. In prẹfatione libri Publicarum precum, dicuntur in eo libro *omnia falsa, incerta, vana, superstitiosa excludi, & solum purum verbum Dei legendum proponi.* Nunc ergò scire desideramus, an commemorata capita illa tria ex Tobia purum verbum Dei fuerint, & amplius non sint: An contrà? Idem quærimus, de viginti sex capitibus in Regio libro recenter adiectis Si autem verbum Dei purum non sint, fuerintue: quomodo non admodum falsa illa protestatio in proximè allegata præfatione? Si autem sint purum Dei verbum: quomodo non falsus sextus Doctrinæ Anglicanæ articulus, in quo conceptis verbis id negatur? Gratissimum erit, vt nos ex his scrupis, seipsos verò ex immensis scopulis, Ministri tandem liberent.

CAPVT QVARTVM.

Confeſſio Anglicana tam Formaliſtarum, quàm Puritanorum, ſub diuerſo Principe diuerſa ſemper prodijt. Et primò de Confeſſione Formaliſtarum.

Tertul. de praſcrip. & in Apolog. S. Iren. l. 4. c. 14 ſub finē. &c.

IN toto hoc opuſculo ſolis ſectarijs in ſectarios teſtibus vtar, quòd ità tum antiqui Patres, tum experientia, maximè teneri, ac ſtringi aduerſarios, mihi perſuadeant. Ait igitur Doctor Douæus: *Cum Miſſa iam eſſet ſuppreſſa, ſuam Rex Henricus habuit liturgiam, vt credebatur omnibus numeris abſolutam. Eduardo tamen ſuccedente, illa ſtatim reiecta fuit, eiuſq; loco diuerſa à Petro Martyre & Bucero ex verbo Dei excogitata.* Porrò, hæc forma, titulum præferebat: Sinceriſſima, & puriſſima Chriſtiana Religio, in Scripturis propoſita, & (quæ verba obiter notanda) in vſu olim in primitiua Eccleſia. *Cùm autem Elizabetha regnare inciperet, liturgia iſta Eduardi erroribus plena viſa eſt, conſenſuq; Cleri nouam placuit concinnare. Sed & hanc faſtidiuimus ſub medium eius regimen, obnixeq; laboratum eſt, vt recognita emitteretur emendatior. Id licet non ſuccederet, ſaltem cum diuerſo omni Principe liturgiam diuerſam affectamus, adeò leues, vt quid nobis velimus, ignoremus.* Hæc autem vltima verba, *adeò leues, &c.* veluti (perplexos animos) in errorum viſco ac labyrintho, ex quo tamen extricari nolunt, oſtendunt. Quæ eadem erodens cura depaſcenſq; angor, vt Miniſtrorū præcipuos omnes morſicatim erodit, ita Cantuarienſem pſeudo-antiſtitem repentina morte anno 1604. extinxit; id ſolum vociferantem: *Bone Deus! Quando ſciemus quid credere debeamus?*

D. Douæus pag. 31. ſuæ perſuaſionis ad Recuſantes Anglos. edit. an. 1603

An. 1. Edu. 6 cap. 1.

Examen libri Precum publ. p. 160.

Examen libri Com. precū, & Compendiū Miniſtrorum Lincolniæ, edit an. 1606 Item edit. an. 1610.

2. Non prius in lucem emerſit ſæpiſſimè recocta, recognitaque Confeſſio Anglicana, quam veluti manu facta in illam Puritani incurſarent, aſſeuerantes, in ea contineri *quædam captu impoſſibilia; 2. quædam ſibi inter ſe apertè repugnantia; 3. quædam maniſeſtè falſa; 4. quædam prorſus incerta; 5. Scripturas paſſim à ſuo ſenſu diſtortas;*

distortas; 6. errores crassissimos prò puro puto verbo diuino; 7. illicitas cæremonias; 8. preces malè cohærentes; 9. habere in euangelijs, epistolis, precibus, stabilitam superstitionem; 10. Scripturas mala fide in vernaculam linguam traductas, &c.

Vide VVhetenhallum in tract. de abusibus, edit. an. 1606

3 Contrà hos prò Confessionis istius defensione, stylũ strinxerunt, *Hokerus, Bancroft, Bilsonus, Sutcliffus, Barlous, Couellus, King, Bell, Huttonus, Iacob, Rogers, VVilkes, Ormerod, Pouellus, Some, Gifford, Bridges, &c.* suffulti Regiæ authoritatis fulgore, & synodalibus censuris, quibus Confessionis Anglicanæ authoritati, quãtum liceat, studiosè opitulantur.

4 At verò Puritani, alieno à suis rationibus tempori se accommodantes, fastum tantisper deponere, & quærimonijs columbinis (cùm miluos agere nequeant) causam sustinere nitentes, emiserunt in lucem *Innocentis Quæstum*, vulgò *The Innocents plea*, aliosq; libros, quibus suam animi demissionẽ & purũ putum zelum fidei immaculatæ, egregiè simulant. Sunt enim (si ipsis credendum) *Christi, & Prophetæ Domini; omnis cum Antichristo communionis osores; vigiles Israel; præcipui papistarum antagonistæ, concionatores Domini fideles, pij, reuerendi, & laboriosi, famuli Dei scrupulosi quidem, sed synceri, &c.* Sic in dicto eorum examine (certè cum magna veritatis iniuria) sibi videntur. § 4. Nimirũ hi sunt qui non ità pridem vana spe inflati dixerunt *centum millena brachia ab ipsis stare, quorum percussionem prævidentes, etiam prudentia humana oblatas preces non deberent respuere.* Et rursum: *Denuntiamus vestræ Majestati, nolle nos vlterius Episcoporum authoritati vsurpatæ subijci: non ergò id sperent. Iterum: Qui prò Disciplina consistoria stant, cedere nolunt: Si ergò prævaleant, ratione qua corda omnium ingemiscent, id sibi ipsis imputent quorum intererit*, &c. Prò lapide autem angulari tanti sui dissidij, & defectionis, ponũt, *se nisi à Formalistis dissentiant, non posse videre quomodo excusari queãt Reformatæ omnes Ecclesiæ à crimine schismatis, deficiendo à Romana Catholica Ecclesia.* Hæc autem ratio in eo fundatur, quod quantum Formalistæ se contra Puritanos solas Scripturas iactitantes defendant; traditionibus, concilijs, Ecclesia visibili, & totius antiquitatis veneranda canicie: tantum, & amplius, tueãtur

Bancroftius in assertionibus periculosis, pag. 137. 140.

Christiana & modesta disputationis oblatio Archiepiscopis, Episcopis & adhærentibus omnibus anno 1606 p. 11. 16

tur se ijsdem armis Catholici contrà omnes Reformatos; quãdoquidem ab ipsis solis euidenter stent eadem vniuersa veritatis explorandæ præsidia. Concludunt igitur: *Pontificem & Romanam Ecclesiam summa iniuria affici, & per summum scelus abiurari stante hoc argumentandi genere; omnesq́ Ecclesias Reformatas schismatis postulari cum illis non conspirando.* Hæc illi: quibus hactenus, nunquam appositè responderunt, nec respondere valuerunt Formalistæ. Quod exprobrantes Puritani, inquiunt, *Clinca* (hæc Londinensium carcerum sunt nomina) *Ædicula portæ, Albus leo, Fleetũ, sunt sola argumenta quibus multis iã annis causam propugnatis.* Sed ad alteram Confessionem transeamus.

Ibid pag. 16.

Ecclesia Anglica [illegible] *pag. 38.*

SECVNDA PARS.

De Confessione Puritanorum in genere, & quanta ei constantia adhærescendum sibi credant, cùm tamen nondum consummata sit?

SI Puritanis vlla fides adhibenda, eorum Confessio ac Disciplina, *magna est pars Euangelij: est fidei materia: est ecclesiæ essentialis nota: est Christi regnum super terram: est sine qua Ecclesia eit sicut hortus sine sepimento,* &c.

In hac verò Confessione consignanda, magno labore desudatum fuit anno 1572. 1587. 1588. 1599. &c, nec tamen fœtum hunc informem lambendo & relambendo suis membris distinctum, in medium producere hactenus potuerunt. Præcipua autem eius quæ extat pars versatur in Formalistarum Confessionis antilogia, seu contradictione. Quod porrò varijs temporibus Puritani prodiderunt, ante omnia requirit, *vt Episcopis profligatis, instituatur syncerum Ministerium, quo omnes Ministri pares habeantur: deinde vt Reges ac Principes Disciplinæ obediãt, sceptraq́ submittant ac diademata, lingantq́ pulueres pedum Ecclesiæ. Non enim officium habeat magistratus in Ecclesia, sed soli Doctores, Pastores, Gubernatores, Diaconi, & viduæ. E quibus, Doctor, Pastorq́, sunt bini Ecclesiæ oculi; seniores, vicem habent pedum; Diaconi, manuum. Alicui autem parochiali congregationi, cui volet, subesse Principem oportet; nec minus exteris excommunicationi, & censuris eiusdem presbyterij subiacere.*

1. & 3 præf. prima replica Item prima & 2 replica. Vide Sutclif. in Exam. ep. Carturigh. Vide Ormerod. in Puritani effigie, c. 3.

Fides, Doctrina, Religio Anglicana, *per Thom. Rogerũ in præf. edit. an. 1607 per 10. legat.*

Festa

Festa omnia deleri volunt, & vnicum Sabbathum, idq; plus quàm Iudaica superstitione sanctificari: ità vt ciuile quodcunque negotium in eo pertractare, globisue ludere, homicidio & adulterio par sit: illoq; die, nuptiale festum celebrare, peccatum non minus enorme, quàm si pater cultro gnatum iugularet. Hinc, Housono teste, *cùm vnius eorum parenti costa lapsu contrita esset, noluit ille die Sabbathi ad chirurgum accersendum, equitare, ne festum violaret.* Hæc ex eorum libris Thomas Rogerus: qui gloriatur insuper à se detectam, & condemnationi publicæ propositam hanc ipsorum fanaticam de Sabbatho doctrinam. Condemnata autem fuit à Whitgifto pseudo Præsule Cantuarensi, anno 1599. & à Ioanne Pophamo supremo Angliæ Iudice, anno 1600. Porrò, ad suæ cõfessionis priores laudes addũt maiores, minarũq; nõ inanes. *Hæc (*inquiunt*) est magna causa, sancta causa, Dei sanctum iugũ, sceptrum Dei, Regnum & Thronus Christi. Satagimus Ierusalẽ readificare, in cuius medio sit thronus Iesu Christi. Controuertimus cum Formalistis, vtrum regnare debeat Iesus Christus. In hoc obnixè incumbemus, licet centena comitia repugnent: nec prius satagere cessabimus, quam vel transigatur, quod proponimus, vel Deus ad vindictam de statu obsistente, totaq; hac terra in ira, & sanguine sumendam, exurgat.* Quibus minis consonat Martini Puritani solemne proloquium: *Reformatio nequit esse sine sanguine.* vt & Zuinglij apud Erasmum celeberrima sententia, & genuinum Ministrorum apophthegma: *Euangelium vult sanguinem.* Reliqua autem circa Puritanorum confessionem, vel ex dogmatibus Puritanis inferius cognoscentur, vel tantisper lateant oportet, donec ab ipsis solicitè deliberantibus, manifestabuntur. Nondum enim apud se constituisse iurati fassi sunt quid in multis teneant.

Vide Doct. Housonum de festiuitat. Doctri. Sabbathi edit. an. 1595. pro I. Porter, & T. Man.

In Th. Rogero, suprà.

Assertiones periculosa per Bancroftum pag. 140

Erasm. ad fratres infer. Germ.

Cùm enim in stellata Camera à Regio Senatu districtius essent, interposito iuramento, examinati: dixerunt, *non obstante adhibita ab ijs omni cura, vt elaborata prodiret formula Disciplinæ, sibi tamen hactenus non constare de diuersis articulis.* An ergò negent, alijs se prædicasse quæ sibi nondum satis constarent? Refert Io. Mathesius in 12. concione de vita Lutheri; *M. Antonium Musam prædicantem de se Lutherum admonuisse quod ipsemet non crederet,*

Sutcliff. in Exam. Apol. Carturiti, pag. 11. 6. interrogatione

deret, quod alijs prædicabat: dixisse verò Lutherum, Benedictus ergò sit Deus, cùm idem alijs quod mihi vsu venit. Hactenus enim id mihi soli vsu venire credidi. Idonei scilicet Reformatores orbis nobis oborti sunt, qui nec apud se constituant quid sibi, nedum nobis, credẽdum sit. Adeoq; inter innumera pessima, non malè hoc Lutherus interrogando, admonuit: *neque vides durissimam plagam Dei, qua nos punit per innumeros falsos fratres, & sectas, quas nobis vndequaque immittit? qui tam securè prædicant, perinde ac si Spiritum sanctum penitus deuorauerint. Et quos velut omnium optimos existimauimus, illi nunc homines vsque adeò dubios reddunt, vt penè ignorent omninò quid vel facere vel omittere debeant.* Rectè mones, Luthere, sed parum appositè in alios, qui tuo solius exemplo, pari iure insaniunt. Tu enim scripsisti tractatum aduersus falsò dictum statum Ecclesiasticum, vbi te *Euangelistam, à Christo doctũ, tuamq; doctrinam purum putum verbum Dei esse*, iactitas. Hoc autem in alijs reprehendere non debuisti, cùm culpa redarguat teipsum. Interim in Luthero Puritanorum, in Puritanis Lutheri indolem, deprehendimus. In quorum insania, non vltimum locum tenet, quod prò Ecclesia in Scripturis, Consistorium vertant. Proindeq; verba illa, *Dic Ecclesiæ*, dicunt, *Dic Consistorio.* Quod cùm Ioannes Morellus aliter exponeret, hominem excommunicarunt, eiusq; librum combusserunt. Verum sui immemores, inscribunt suam Confessionem; *Disciplinam* (non Consistorij, sed) *Ecclesiæ sacram, ex verbo Dei discriptam.* Ex ea autem aliud diuinum vt vocant Officium, hactenus ediscere non potui, quàm his verbis expositum. *Concionaturus Minister, psalmum cantandum designabit. Breuis deindè admonitio fiet cœtui, de modo ritè orandi. Oratio subsequetur cum peccatorum generali confessione, quam oratio Dominica excipiet. posteà fiet concio. Qua finita, instituetur alia oratio, vt ex concione omnes proficiant, vtq; Ecclesia, & omnes ordines priuatim gratia donentur. Hic denuo Pater noster. Denique aliqua publica benedictio ex Scripturis deprompta.* Hoc autem, in spatio vnius horæ, totum absoluitur. Itaq; constat Officium Puritanicum, duobus Pater noster; duabus orationibus ad libitum; duobus psalmis; vna concione; & vna benedictione.

Luth. in ser. de Hierusalem.

Matt. 18. Couellus in modesto & rationabili examine, c. 1. pag. 5. edit. an. 1604.

Hæc

Hæc ex Bancrofto de periculosis Positionibus, pag.103.

CAPVT QVINTVM.

Nec Formalistas posse satisfacere Puritanis, nec Puritanos Formalistis. Hic etiam priuati spiritus authoritas reijcitur, vt & imaginaria discordia inter Scripturas & Patres.

PRIMVM fundamentum Puritanorum est crepare solas Scripturas, spreta authoritate Patrum, Conciliorum, Ecclesiæ: idq; ità, vt liceat somniorum suorũ nullum nequidem specie tenus vestigium in Scripturis animaduertant, aliorum tamen omnem disciplinam, doctrinam, confessionem, liturgiam, pastorale, cum ritibus ac circumstantijs, respuunt, quoties exemplum & authoritatem in Scripturis ad confirmationem non producunt. Quo artificio, imperitę plebeculæ illudentes ab ea (quod vnicè affectant) veluti Scripturarum, & sincerioris Religionis vindices, subindè habentur.

Vbi autem manifestè à Formalistis, si non semper Scripturarum, saltem Cõciliorum, Patrum, historiarum suffragio, defectionis, erroris, insaniæ redarguuntur: prodi clamant hoc genere testimoniorum Scripturas, simulq; Catholicis præberi ansam, quâ omnes sectarios Reformatos, hæreseos, ac schismatis, condemnent, ac planè reos peragant. Citrà enim omnẽ est controuersiam, Conciliorum, Patrum, historiarum, ac Ecclesiæ vspiam cõspicuæ voces, suffragia, authoritateq;, Catholicorum solam doctrinam spirare, & Catholicis vnicè fauere, astipulariq;: vt id importunè negare; sit quidem cuiusdam artis ad simulandum idoneæ, sed cum impudentia proiectissima coniunctę. Horum verò testimoniorum subsidio spoliati Formalistę, nequeunt subsistere. Quia, quæ (saltẽ post Apostolorũ tempora) in Dei Ecclesia saluberrimè instituta sunt de quibus cum Puritanis controuertunt: in Scripturis non habentur.

Puritani

Puritani autem nolunt Concilijs, Patribus, veterum monumentis vllam omninò fidem adhiberi, quia Catholicis, vt aiũt, apertè suffragantur. Deinde si fidem illis attribui Formalistæ velint: nequeũt Puritanis edicere, cur id in quibusdam potius, quàm in omnibus: aut si in omnibus, cur omnes in Romanæ Ecclesię (quę sola in istis commendatur; damnata pro hæresi quacunque diuersa doctrina) Religionem protinus non iurẽt.

2 Hoc verò fundamentum, licet in Formalistas firmum, in se tamen est valde inane, & putridum. Primò quia, fatentur Caluinus, Beza, VVhitgistus, &c. *ignorantiam esse, impudentiam, & impietatem,* inter Scripturas & Patres repugnantiam arguere. *Qui, quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt.* Iudicent ergò omnes, quàm insulsa impiaq; fuerit illa Lutheri vox: *Nec alia doctrina in Ecclesia tradi & audiri debet, quàm purum putum verbum Dei; hoc est sancta Scriptura: Doctores vel authores alij, cum sua doctrina, anathema sunto.* Item, & illa irrisio Zuinglij: *Patres, imò verò Patres id professi sunt. At ego tibi non Patres, nec matres, sed verbum Dei profero.* Denique & ista insania, Musculi: *Planè stolidissimus est, vel studiosè malignus in Ecclesiam Dei, quisquis Patrum calculis conscientias fidelium obstringendas censet.* Hi enim omnes, & qui cum illis puritanizant reliqui, maximè desipiunt, autumantes Scripturis se fulciri in quo vnanimiter reclamant Patres, & Patribus se posse aduersari, ita tamen vt non deserantur à Scripturis.

Cal. in tract. Theol. p. 471
Beza ep. 81. pag. 384.
VVhitg.
S. Aug. cont. Pelag. l. 2. c. 10.
Luth. in cap. 1. ad Galat.
Zuingl. to. 1. in expos. art. 64. fol. 107.
Muscul. in loc. com. de Scrip. sacra, pag 164. 165.

3 Secundò, deficit hoc fundamentum, cùm vnumquemque priuatum debere esse Scripturarum iudicem requirat. Sublatis enim reliquorum hominum, Doctorum, Conciliorum, tẽporũ, è medio interpretationibus, decretis, & testimonijs: quid tandem superest, nisi vt quisque sibi Scripturarum sit vnicus infallibilis interpres? Et hoc est, quod Lutherus paulò ante conquestus est, ab vno quoque Spiritum sanctum (si credere fas est) deuorari, ad quicquid delirat, ad quicquid blasphemat. Nec nos impẽsius quàm vniuersi Sectarij, in pullullantes ex se Sectarios, internum hoc critirium, & spiritus prætextum, detestamur. Idq; verba S. Petri Apostoli fieri à nobis imperant:

hæc

hæc primum intelligentes quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Et S. Paulus interrogat, tanquam dictu absurdum: *nunquid omnes interpretantur?* Clarius autem in Ezechiele: *Væ Prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum*. Nimirum qui enthusiasmum suum pro Dei voluntate obtrudunt, dum Dei placito gnauiter refragantur. Non ergò omnium est, suprà suâ certâ scientiâ, priuata interpretatione, enthusiasmis, proprio iudicio, *fidei fundamenta collocare*. Nec id Lutherus Carolstadio, Zuinglio, Anabaptistis; nec Caluinus, Libertinis, Serueto, Piscatori, Socino, Arminio; nec Angli Formalistæ Brounistis, Familistis, Puritanis volunt permittere. Cùm enim tantam ianuam schismati patefieri cernerent, & tot quotidie Sectas à proprio spiritu, (vt aiebant) sancto, impulsas, veluti zizanias & lolium pullulare: tandem Ecclesię potestati licet inuiti subscripserunt. *Si diutius* (inquit Lutherus) *steterit mũdus, iterum erit necessarium propter diuersas scripturæ interpretationes quæ nũc sunt, ad conseruandam fidei vnitatem, vt Conciliorum decreta recipiamus, atque ad ea confugiamus*. Nemo tamen Luthero cõfidentius (quod capite præcedente dictum est, & subinde repetendum vtpotè apprimè scitu opportunum) per sensum proprij cerebri, spiritusq; sui instinctu maiorẽ vim ipsis sacris libris intulit. Etenim, de epistola S. Iacobi dixit; sibi persuaderi non posse, sicut nec de Apocalypsi, Spiritum sanctum haberi debere earum authorem. *Quisque* (inquit) *credat de his vt volet: meus saltem spiritus nequit se illis accommodare*. Sed cur similiter id dicere non liceat Anabaptistis, Zuinglianis, vel cęteris similibus? *meus verbi gratia spiritus nequit se accommodare dictis alienis, siue ex Scriptura depromptis, siue Ecclesiæ declaratione manifestis. Neque id mirum. non enim alij aliud sentientes illam fortè plenitudinem Spiritus sancti quam ego sortiti sunt, vt intelligant se rectè negare quod ego rectius affirmo, vel rectè affirmare quod ego meritò inficior.*

1. Pet. 2. 15.
1. Cor. 12. 29.
Ezech. 13. 3.

Luth. contr. Zuinglium & Oecolampadium.

Luth. in præf. nou. Test. Germ. edit. 1. & in præf. in Iacob editione Ienensi. Idẽ in capti. Babil. c. de extr. Vnctione

Hęc omnium & potest esse & est quotidiana vox, & centies reiecta cantilena: adeò inter illos qui velit alterius ingenio cedere, rarus est. Quàm autem inclementer Sectarij in suis fratribus insectentur interpretationes spiritus ac iudicij priuati,

 apparet,

apparet, vt dixi, in Caluino contrà Libertinos, in Formaliſtis contrà Puritanos, in Gomoranis contrà Arminios, & in cæteris ſimul omnibus contrà Anabaptiſtas. Quo interim ſpiritu priuato exempli cauſa perſuaſus in Anglia Georgius Rumrodus, non Chriſtum, ſed ſeipſum, iudicaturum viuos & mortuos, blaſphemauit. Copingerus quoque & Arthingtonus, Gulielmo Hacketo (cuius ipſi futuri erant angeli) id muneris iudicandi, eodem ſpiritu monēte detulerunt. Mattheus item Hamant nouum, eiuſdem ſpiritus ſuggeſtione Teſtamentum ſpreuit; Chriſtumq; eſſe virum impium, & abominabile idolum, dicere non horruit. Barrous, eodem impulſore, ſymbolū Apoſtolorum vocauit mendax, & commentitium rapſodium. Chriſtophorus Vitels, in familia Amoris, aſſeruit non paucos hodie ſuperſtites eſſē Chriſto in bonitate, & pietate, omninò pares. Boltonus prætereà (Brouniſtarū Patriarcha) contendit Deū nec velle nec poſſe remittere grauiora peccata recidiua. Familiſtæ negant vllū dari infernū: nullos tamen præter homines ſuæ ſectæ, idq; non in cœlis, ſed in terris, ſaluandos, autumant. Brouniſtæ Sacramenta omnia contemnunt. Hoc denique ſpiritu Barrous cuicumque idiotæ interpretationem, iudiciumq; Scripturarum, indulſit. Hæc omnia & longè plura Thomas Rogerus in Doctrina Eccleſiæ Anglicanæ, de ſuis fratribus, prodidit. Nemo vtique horum minus ſibi quiduis licere quàm Lutherus ſibi, ſuoq; ſpiritui, ad Scripturas intelligendas ac interpretandas, præſumpſit. Eius has voces quiſque pari iure vſurpare ſe poſſe non dubitat. *Certus enim ſum dogmata mea habere me de cælo. Non ſinam vel vos, vel ipſos Angelos de cælo de mea doctrina iudicare. Cùm enim certus de ea ſim, per eam quoque & veſter, & Angelorum Iudex eſſe volo*, &c. A primo ergò ad vltimum (cùm vt rectiſſimè ait S. Auguſtinus non aliundè natæ ſint hæreſes, niſi dum Scripturæ bonę intelliguntur non benè, & quod in ijs non benè intelligitur, etiam temerè & audacter aſſeritur) mendacem oportet eſſe Caluinum dicentem, *Non enim obſcuriorem veritatis ſuæ ſenſum vltrò Scriptura præ ſe fert, quàm coloris ſui res albæ & nigræ: ſaporis, ſuaues, & amaræ.* Nam alioqui, non

Cal. in præf. de pſychopannychia, In tract. Theol. pag. 539. Hoker. in politicia Eccl. l. 1. sect. 14 p. 86. lib. 2. sec. 4. pag. 102. 103. Lubertus in principijs Christ. dogmat. li. 1. c. 4. pag. 18 Beza ep. 81. Cudsemius in desperata Caluini causa, &c. Rogerus in Cath. doctr. Eccl. Angl. pag. 21. Ibid. pag. 32 ex Holinsh. fol. 1299. Ibid. pag. 40. 63. 64 69. 74. 78. 88. 94. 133. &c.

Luth. cont. falſo nominatum Eccl. ſtatum. Et con. Regem Angliæ, to. 2. Wit. fol. 333. &c.

S. Aug. tr. 18 in Ioan.

Calu. l. 1. Inſti. c. 7. n. 2.

non minus à Libertinis quàm Caluinianis, (quod ipse pernegat)ab Anabaptistis quàm Lutheranis (quod isti horrent) per spiritum cuiusque priuatum intelligerentur. Nos certè, perperam ab omnibus Sectarijs intelligi, nihil dubitamus.

5. Tertiò labascit hoc Puritanorum fundamentum, quod contenti illi videantur, veluti aërem verberantes, inflatis buccis personare *Scripturas, Verbum Dei, Sacra Biblia*, nihil interim in rem suam, ex ijsdem ne quidem specie tenus vt prædixi, aut volentes, aut valentes, producere; vel si fortè producăt, saltem nequeunt cum minima probabilitate ad quod producunt stabiliendum, contorquere. Hoc paucis ostendam. Vt probent interrogatoria in baptismo infantum irrisionem esse Dei, ludibriumq́; ; proferunt tantum illa verba: *nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.* Vt ostendant susceptores in baptismo nō posse præstare quod promittunt; allegant: *quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio*. Vt improbent genu-flexionem in Sacramenti sumptione, citant: *non adorabis ea, neque coles*. Vt Ministri ad certam orandi formam ab homine inuentam non teneri videantur; adducunt: *Timotheo dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, & pax à Deo Patre & Christo Iesu Domino nostro*. Vt ostendant Archiepiscopos ex Papali officina, prodijsse; subijciunt: *Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia accepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris*. Vt paritatem Ministrorum comprobent; inserunt: *Quæ secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut ipse Christi est, ita & nos.* Vt Ministri non ferant pileos, togásue Ecclesiasticas; adferunt: *Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum*. Vt liqueat non debere secundum verbum Dei, ciuilem Magistratum immiscere se Ecclesiasticis muneribus; notant: *Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primum renunciare his quæ domi sunt.* Vt Episcoporum deleatur hierarchia; notant illa verba:

Ex Ormerodo in pictura Puritani. — *G.4.6. Galat.6.7.* — *Admonit 1. pag 192. sec.2* — *Rom.7 15. Ibid.* — *Exo 20.5.* — *Ibid pag.182 sect. 1.* — *1.Tim.1.2.* — *Ibid.pag.77 sect. 3.* — *Luc.16.25.* — *Ibid pag.109* — *2.Cor.10.7.* — *Ibid p.124. sect. 1.* — *Matt.26.48.* — *Ibid.pag.53. sect. vlt.* — *Luc.9 60.61.* — *Ibid pag 216*

Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes: demitte eam, quia clamat post nos. Iterum: *Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra.* Vt cuique congregationi suos fuisse diaconos, ostendant; hæc verba allegant: *& post buccellam, introiuit in eum Satanas. Et dixit ei Iesus: quod facis fac citius.* Vt nulla sit cæremonia, ordo, disciplina, aut subordinatio in Ecclesia, cuius nō sit in Scripturis expressa mentio; allegant: *Siue ergò manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis. omnia in gloriam Dei facite.* Hactenus ex Ormerodo. Bācroftus verò subijcit id generis nonnulla. Vt enim ostendant Consistorialis disciplinæ tum antiquitatem, tum dignitatem; fundant se (inquit) super illa verba: *Dic Ecclesiæ.* Vt probent nullos debere esse reges, principes, magistratum ciuilem, sed Seniorum duntaxat Synedrium; adducunt: *Congrega mihi septuaginta viros.* Hanc autem interpretationem Caluinus vult à Iudęis excogitatam fuisse post captiuitatem, Beza verò longissimè ante captiuitatem, inquiens, de verbis istis Leuitici [*Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, &c.*] *hic Synedrij Ecclesiastici iurisdictio manifestissimis verbis à ciuili distinguitur.* Sed de Aarone & filijs eius, non de Senioribus (inquit Bancroftus) hæc verba accipienda sunt, & euertunt originem à Caluino propositam. Nec minus originem Synedrij à Beza excogitatam Carturightus labefactat; dicens: *Verbis istis in quarto capite* [*Veneruntq́ simul, & congregauerunt cunctos Seniores filiorum Israel, &c.*] *Ecclesiasticos indices manifestari.* Ad quæ prorsus vesana (sine cuiusuis probabilitatis specie) hominum desipientium ac discrepantium deliramenta, exclamat Bancroftus: *Admiranda canunt, sed non credenda, poetæ.* Denique omnem Consistorialis Synedrij institutionem, Puritani solertia sibi propria eruūt (testimonio Bancrofti, & Sutcliffi) *ex Exodi* 4. *29. & 17. 5. Deutr. 1. 15. 17. & 12. 2. Chronic. lib. 2. 29. 8. Ierem. 19. 1. Ezech. 8. 1. Mat. 18. 17. Rom. 12. 8. 9. 1. Cor. 12. 8. 9.* 10. *Eph. 4. 11. 2. Tim. 5. 3. 20.* In quibus locis (consulat qui volet) tam nihil est in rem Puritanorum, verba profectò dantium, cùm tamen verbum Dei, verbum Dei, insulsissimè

Ibid in præf. Mat. 15. 23. Luc. 16. 15. Admonit. pag. 114. n. 2. Cartwright imp 14 n 3. 1. Cor. 10. 13. Bancroft. in exam. prætē Discip. p. 80. & seq. Matt. 18. 17. Num 11. 16. Calu com in c. 18. Mat. Beza cont. Erast lib de presbyt. p. 103 Leu. 10 v. 10 Beza tom. 4. de presbyt. Bancrof. loc. cit. pa. 84 86. Carthwright lib. 3. pag 40. Ibid. pag. 83 401. & seq Bancrof. loc. cit. p. 83. 404. Sutcliff. resp. ad Art. factiom. Cōsist. p. 28. & seq. & pag 141.

fulſiſſimè perſtrepant, quàm multum eſt concordiæ Reformatis, vel viſus in cæco, vel pietatis in inferno.

Triplex igitur Puritanorum fundamentum, (quod eſt 1. Scripturas ad omnia fide credenda ſufficientes eſſe contendere: ità vt, nihil in ijs totidem verbis non expreſſum à nobis credendum ſit. Secundò, eaſdem antiquis Patribus ac Doctoribus veluti diſcrepantes opponere. Tertiò, priuato cuiuſque ſenſui, earum, modis ineptiſſimis deprauatarum interpretationem, qua ex quolibet quidlibet (quo nomine meritò Puritani in Pruritano vapulant) cōcluditur, ſubijcere) hoc inquam triplex fundamentum, non minus Reformatorum, quàm Catholicorum machinis, quàm etiam ſuapte futilitate, funditus ſeu Ierichuntis nunquam reſtauranda mœnia, proſternitur, *Iosua c.6.26.* diruiturq; & palam euertitur. Quod & per Prophetam ſuum *3.Reg 16.34.* videatur Deus prædixiſſe; inquiens: *Et deſtruam parietem quem liniſtis abſque temperamento: & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius.* *Ezec.c.13.14* Nunc autem progrediamur.

CAPVT SEXTVM.

Formaliſtas ſimiliter carere omni infallibilitate, & ſoli incerto vel potius nulli fundamento inniti. Denique vtroſque Formaliſtas, ac Puritanos, ad interitum mutuis confeſſionibus properare.

HOc in terminis (quod aiunt) ingenui qui ſunt inter illos, agnoſcunt. Eduuinus Sandes, Eques, Eboracēſis pſeudo-Antiſtitis filius, ſingillatim refert Religionis in occiduis mūdi partibus ſtatum, in quo Lu- *Edit. 1605.* theranorum ac Caluiniſtarum diſſidium in vtriuſque partis ruinam, ac calamitatem erumpens, luget, eiuſq; aſperitatem, & mutuos conflictus latè proſequutus, tandem infit. *Romani pro communi parente, Admonitore, & Duce, habent Pontificem ad lites dirimendas, ad controuerſias ſopiendas, ad religionem ſuam, Conſiliorum conſenſu vniformiter temperandam, &c. E contra verò, Proteſtantes ſunt veluti factiones diſperſæ, & palantes greges, trahentes ſinguli ani-* *Ed. Sandes in Relatione ſtatus Relig. § 45.82. edi. 1605.*

 mos

mos diuersos, sine omni ad iurgia componenda, ad repugnãtias tollendas, ad animos conciliandos, præsidio. Nullus est Princeps suprà reliquos iurisdictionis prærogatiua, praeminens. Nullus Patriarcha, ne vnus quidẽ, cum Superioris potestate, aut cura, ad Ecclesiarum disiunctarum consensionem conciliandam. Nulla ad synodos indicendas, quæ vnica spes concordiæ ineundæ, & quas optimi quique obnixè suspirant, ratio superest. Omnis inter illos Ecclesia diuersa forma & norma agendi, diuersa liturgia, denique diuersa opinionum sententia vtitur, &c.

Abbot. in resp. ad D. Hills pa 371. edit. Oxon. an. 1604. ratione 10.

2. Mirum valdè, si hæc in compertissima veritate enuntianda libertas (inter eos maximè, apud quos veritas inuisa odium parit) in neruũ non erumpat. Quid tamen minus affirmat Doct. Abbot, cùm ex ijs se esse glorietur, qui dẽpto solo Spiritu sancto, velint, *Nullius addicti iurare in verba magistri.* Spiritus autem sanctus cuiq; erit (teste Luthero) quem sibi ipsi examine vtcũque doloso priuati capitis, fingit. *Tot* (inquit) *inter nos Religiones sunt, quot homines. Nec asinorum quisquam est tam hebes, & vecors, qui insomnia proprij capitis, & propriam opinionem pro instinctu Spiritus sancti, & seipsum prophetam haberi nolit.* Quæ verba notatu dignissima, per totum hunc tractatum antè oculos sunt perpetuò habenda: alioqui sanè, vt alia maioris momenti, quæ crebrius inculcantur, identidem (non enim pigebit eadem quæ magno vsui resumantur intimare) in plerisque capitibus repetenda. Ex ijs enim quicquid hactenus cõmemorauimus facilè eruitur. Hic igitur nequeo non dicere, cum S. Augustino: *Videtis ergò id vos agere, vt omnis de medio Scripturarũ auferatur authoritas, & cuiq; animus author sit, quid in vnaquaque Scriptura probet, quid improbet: id est, vt non authoritati Scripturarum subijciatur ad fidem, sed sibi Scripturas ipse subijciat: non vt ideo illi placeat aliquid, quia hoc in sublimi authoritate scriptum legitur; sed ideo rectè scriptum videatur, quià hoc illi placuit. Quò te committis anima misera! &c.* Et alibi: *Tu es ergo regula veritatis: quicquid contrà te fuerit non est verum?*

Luth. ep. ad Antuerp. to. 2. Germ. Ien. fol. 101.

S. Aug. to. 6. cont. Faust. l. 32. c. 19.

Ibid. lib. 11. c 2.

3. Scripturas olim, (& etiamnum, vbi in illos non exprommũtur) ad omnes dirimendas difficultates, vtpote in seipsis clarissimas, & ad omnia credenda, sufficientissimas, vniuersi sectarij inclamarunt. Hinc, Willetus: *Scriptura non cũ alijs medijs fidem efficit,*

VVilletus in sinopsi p 38.

efficit, sed vnica, integra, solitaria est causa fidei. Hinc, Synodus Londinensis: *Scriptura sacra, omnia ad salutem necessaria, continet: ità vt quicquid in ea non legitur, vel per illam non probatur, à nemine de fide tenendum est, neque vt necessarium ad salutem, reputandum*. Idem denique quotquot sunt antiqui, moderniq; hæretici, deblaterāt. An fortè sibi consonant? Nequaquam. Gladio enim suo iugulant seipsos, simulq; ab alijs iugulantur. Seipsos enim iugulant proximis his verbis, eiusdem synodalis articuli: *Per Scripturas intelligimus canonicos libros veteris nouiq; testamenti, de cuius authoritate nunquam fuit dubitatum in Ecclesia*. Ratio ergo credendi Scripturas esse canonicas, nō ex ipsis Scripturis petēda est, sed ex eo quod de illis in Ecclesia non aliquando fuerit dubitatū. Ac proindè, prima credendi ratio Ecclesię certitudini necessariò attribuenda erit. Id agnoscit Hokerus, inquiens: *Non est verbum Dei quod efficit, aut vnquam efficere poteśt, vt securissimus illud Dei esse verbum, sed sola Ecclesiæ authoritas id præstat*. Agnoscit Kēnitius, inquiens: *Nulli est dubium, primitiuam Ecclesiam accepisse ab Apostolis, & viris Apostolicis, non tantum textum Scripturæ, verum etiam legitimam & natiuam eius interpretationem*. Agnoscit Sarauia: *Spiritus sanctus qui in Ecclesia præsidet, verus est Scripturarum interpres. Ab eo igitur eśt petenda vera interpretatio: & cùm is sibi non possit esse cōtrarius, qui primitiuæ Ecclesiæ præsedit, & per Episcopos eā gubernauit, ipsos iam abijcere consentaneum veritati non est*. Agnoscit D. Couellus, inquiens: *Ferenda proculdubio est opinio Romanæ Ecclesiæ (si porrò non transgrediatur, vt aliqui in ea non faciunt) Scripturas in se esse quidem sanctas, & diuinas, sed à nobis tales haberi propter Ecclesiæ authoritatem*. Inferius: *Per hanc recipimus Marci qui non fuit Apostolus, reijcimus Thomæ qui Apostolus fuit, euangelium; Lucæ qui Christum non vidit euangelium admittimus, Nicodemi qui vidit, respuimus*. Agnoscit D. Fieldæus, inquiens: *Exquirenda est illa fidei familia, sponsa Christi, & Ecclesia viuentis Dei, quæ est columna & firmamentū veritatis, vt omnes eius amplectantur cōmunionē, præceptis obsequantur, & eius iudicio acquiescant*. Denique agnoscit Bancroftus passim, dicendo, *non Scripturam, sed eius sensum esse respiciendum; nec literam iuuare Puritanos, quos significatio destituit.*

Syno. Lond. an. 1562. 1604. in a. 6

Hokerus in Eccl Polit. pag 102. 116. 146.

Chemnit. in exam. Conc. Trid par 1. pag 74.

Sarauia in defens. tract. de Ministrorum gradibus pag. 8.

D Couel. in Defens. 5. librorum Hokeri a. 4. p. 31.

D. Fieldaus de Ecclesia in ep. Dedic.

D. Bancroftus in Exa. Pratensa Disciplina sancta cap. 31 pag. 414. 415. &c.

4. Et

4. Et hæc est potissima ars, & arx sectariorum omnium qui rerum potiuntur: Ecclesiam eamq; visibilem (quam maximè impugnant) suæ factioni, vano nomine vindicare; eiusq; potestati, & decisioni, modò ipsi præsideant, cuncta subijcere: rebellantesq; in eam, licet ab omni Scripturarum copia instructos, veluti solo cortice sine medulla, & folijs sine fructibus, & litera sine spiritu gestientes, in malam crucem auerruncare. Sed hanc laruam verbis Socini in Volanum, detrahunt identidem Puritani, vociferantes. Ad quid respondebimus his argumentis ex Concilijs, Patribus, Ecclesia, quæ à Papistis mutuantur, &c, maximè quibus perpetuum Ecclesiæ consensum, ingeminatis: Egregiè certè Hosius in vos hæc eadem arma distrinxit, eisque vos lethaliter vulnerauit, quia in eis pondus inesse conceditis. Nec poterunt stare, quin simul patebit, per summum nefas Reformatos omnes à Romana Ecclesia, & Pōtifice, (& simul à Deo ipso & Christo Iesu) quibus solis militāt ætatum & hominum priscorum omnium voces, & suffragia, desciscere. Vt igitur ambidextri Formalistæ in pace agant, ad Concilia, Ecclesiāq; & non ad Scripturas, à Puritanis; ad Scripturas verò propriasq; interpretationes, & non ad Concilia, à Catholicis, perfugiunt. Ità eos (vt quocunque fuco, ac præstigijs, tutam sibi fugam parent) docuit Lutherus, dicens: *Postquam istæc mendacissima diabolorum capita ludunt in permittendo Concilium liberum: sic volo & ego cum eis ludere, voloq; ab eorū somnijs appellare ad illud ipsum Concilium, quod tamen nunquam futurum est, vt ego intereà in pace agam.* Quasi diceret: ludendum est, & illudendum, vt pace tantilla potiamur; nec Scripturarum aut Cōciliorum ratio aliter habenda, quàm cauillandi ergò, & imponendi. Finita autem hac momentanea pace, vobis amicè (ità tamen vt inter priuatos parietes) quid nos Reformatores maneat, candidè Indicabo. Verba dilucida erunt ac apposita, & auditu dignissima. *Hoc corde* (inquit Lutherus) *quo hactenus fui, & modò sum, non fiet, vxorem vt ducam: non quod carnem meam aut sexum non sentiam, cùm neque lignum, nec lapis sim; sed animus alienus à coniugio est: cùm expectem quotidiè mortem, & meritum hæretici supplicium.*

Socin. in lib. de Christi natura cont. Volan. p. 2. 222. Vide Christianam & modestā oblatā disputatione Puritanorum. pag. 11. 16. edit. 1606.

Luth. ep. 5. ad Melanct. 20. Iulij 1530 Ienen. Germ.

Luth epist. ad Spalatinum, in 10. 2. Lat. epist.

supplicium. Pacē ergo perennē dicant Reformati, expectare, nostrū non est, sed eā solū cuius extrema luctus ęternus occupet, & *meritū hæreticorū suppliciū.* Eius tamē gratia in via quā cępimus peruicaciter insistendū, & alacriter comedendum, bibendūq; hodie, cras enim moriemur. *Lude, bibas, comedas, post mortem nulla voluptas.* 5. At mihi hic dicet aliquis: an simile vero videatur, Lutherū seipsum habuisse hęreticū, & meritū hæretici supplicium ex conscientiæ verme præcordia interiora depascēte, vt verba eius ferunt, expectasse? Respondebit disertis de se verbis ipsemet, cùm habeat ætatem; simulq; quali, quantoq; verbere surdo, perpetim apud animum suum cruciabatur, declarabit. Verba in primis illa sancti Pauli 1. Cor. 15. *Quotidie morior*, sic interpretari passim consueuit, vt idem significent ac remorsu conscientiæ velut quadam laniena crucior, seu mille testibus & internis accusatoribus animus mihi dilaceratur.

Martial. l. 1. ad Iulium, cap. 4.

Luth. in colloq. Isleb. de Spiritu S. fol. 125. 288. &c.

Vide S. Chrys. ho. 8. ad pop. Antioch & S. Aug. præf. in ps. 31 & 34.

Qualiter in Scythica relegatus rupe Prometheus
Assiduam nimio gutture pauit auem.

Martial.

Ait itaque (his præmissis) Lutherus: *Quotidie, sine intermissione à propria nostra conscientia & à Diabolo pati cogimur, vt verè gloriari possimus sicut Paulus 1. Cor. 15. Quotidie morior.* Iterum: *Istas cogitationes* (loquitur de anxijs animi ex suscepta defectione curis) *nunquam ex animo demitto, qui n optem hanc me causam nunquam suscepisse.* Iterum: *Propemodum nescio quo loco sim, & vtrū veritatem doceam nec ne.* Iterū: *Meipsum sæpissimè tā vehementer aggreditur Satan, tantaq; cum vi opprimit, vt Christi penitus obliuiscar, aut certè longe alium quàm est esse putem.* Rursum verò dicet cordatorum hæc legentium quispiam, (per candorem & simplicitatem, hæresis natura minimè perspecta, admirabundus) quomodo infœlix Apostata, qui renitente consciētia progrediendo tam multos in exitium æuiternum pertraxit, comperto suo ipsius errore, palinodiā nō cecinit? Quomodo rebus adhuc integris, pedē mortaliū miserrimus repētè non retulit? Respondebit instar omnium ipse de se. *Casu* (inquit) *non voluntate in istas turbas incidi, Deum ipsum testor.* Rursum: *A sæculo non est auditum vllum falsum doctrinæ inuentorem fuisse conuersum. Nēpe nimis grande est istiusmodi*

Luth. tom. 1. Germ VVit. fol. 109. & tom. 2. Ien. fol. 500.

Idem in colloq. Isleb fol. 10. 125. 158. 160. 161. 258 &c.

Ibid. pag 96. §. 3.

Ibid pag. 260 261.

Luth. apud Sleidan. l. 13. fol 177.

Luth. tomo 3 Germ. Ien. fol 338. §. 4.

modi peccatum, & in Spiritum sanctum. Itaque Deus illos indurari permittit. Rursum: *In hoc vno hæreticis sunt omnia; cùm quis Tragœdiã capit, vt in ea pertendat nauiter, ac dicat: vos cæteri simul omnes erratis, & iniquitatem tuemini. Sed mea solius doctrina vera est, & Dei explorata veritas. In ea permaneo, etiamsi vniuersus mundus contradicat. Deus enim profectò mentiri nequit. At enim verbum eius à me facit, vt omninò decipi non possum.* Et alibi: *Illuc omnem operam conferunt, vt omnia argumenta contrà ipsos allata eludant, & Scripturarum loca cõmẽtitijs suis expositionibus adulterẽt.* Quibus verbis hęc profitetur; non voluntate sed casu se cępisse: in cępto autem, vt hæreticũ (talem enim paulò superius sese agnoscit) peccato in sanctum Spiritum induratum esse: ita vt in tragœdia pro muneris quo fungitur conditione, pertendere debeat: & omni industria reliquos mortales erroris insimulare, sibi spiritum Dei arrogare, argumẽta cum fastu eludere, & Scripturæ loca cõmentitijs expositionibus adulterare. Proinde eiusmodi homines (vt inquit sanctus Bernardus) *nec rationibus conuincuntur, quia non intelligũt, nec authoritatibus corriguntur, quia non recipiunt, nec suasionibus flectuntur, quia subuersi sunt. Probatum est, mori magis eligunt quàm conuerti.* Quia nimirum (teste S. Augustino) *ea putatur gloria vanitatis, nullis cedere viribus veritatis.* Nunc tandem, an propter hanc forte turpitudinem, Lutheri, suaptè sponte patefactam, indignentur Puritani; *Lutheranismum per Angliam hodiè in Aula, ciuicisq́; suggestis impunè euulgari?* Quasi verò Formalistis dedecus id sit, qui *Lutherum libenter vt Patrem venerantur, & Lutheranos vt fratres in Christo charissimos amplectuntur?* Molesti certè hominibus estis Puritani, Deoq́; necessariò inuisi. Eos enim qui inter fratres seminant discordias, odit Dominus. Vos autem non inter fratres solum, sed inter *venerandum* (vt Witakeri fert iudicium) *parentem*, suosq́; gnatos, discordiarum sementẽ facitis. Nefas enim esse vultis Lutheri in Anglia Doctrinæ, aures accommodari. Sed in causa iniustissima, luctum iustissimum Puritanis condonemus. Nisi enim Casaubonus more inueterato mentiatur, tota Anglia nuperrimè vel Luthero, vel Catholicis, in doctrina de cœna Domini (vt superius demon-

straui

Luth. in Colloq. Isleb. fol. 11. §. 2. de Verbo Dei.

Luth. to 1. Ger. Vvit. f. 114. com. ad c. 3. Gal.

S. Bern. ser. 66. in Cãtic.

S. Aug. l. 16. de Ciuit. Vide eũdem epist. 48. & de Bapt. con. Donat. l. 3. c. 12.

Exam. lib. Publ. Precũ pagina 61.

Vide superius huius Britãnom. c. primum. pag. 22.

Prou. 6. 14.

ſtraui, capite tertio, pagina trigeſima ſecunda) conſentire ſtatuit. Id autem Puritanis feruentioris ingenij, & leuiſſimè concitari conſuetis hominibus, ſtomachum facit, bilemq; adeò commouet, vt irâ non tantum excandeſcant, ſed ſæuis flãmis prorſus ſuccendantur; Caluinum idolum ſuum poſtponi Luthero, cuius aſſeclas, etiam poſt Reformationem, neci dare Anglia nihil dubitauit; & quem alibi faſtidire mortales plerique incipiunt. *Eius namq; doctrina* (inquit Ioannes Aurifaber ſuauiſſimus Lutheri contubernalis) *vſque eò nunc contemnitur, tantum etiam eius tædium, odium & ſatietas homines in Germania cæpit, vt vix equis auribus vel nominis eius mentionem admittant, neque etiam teſtimonia ex libris & tomis ipſius ad probandos & confirmandos fidei articulos petita magnoperè curent. Quin etiam adeò (proh dolor) res redijt, vt valde pellucidis conſpicilijs opus habeat, & contentiſſima oculorum acie circumſpicere debeat, ſi quis D. Martini Lutheri doctrinam & Auguſtanam confeſſionem cum Apologia & Smalcaldicis articulis quouis Germaniæ loco puram & incorruptam, neque adulteratam inuenire debeat.* Verùm ad hæc, Formaliſtæ Luthero ſtudentes (vel illi de quibus Caſaubonus loquitur) regerere poſſunt iteratam Puritanorum confeſſionem, in ſuo Examine; *etiam à Caluiniſmo tempora hæc in Papiſmum prorſus deficere.* Imò verò, in eoſdẽ acriter Formaliſtæ animaduertere ſummo iure poſſunt, ad maximam Reformatæ in Anglia Eccleſiæ infamiã (vt ipſi interpretãtur) dicentes; *Vulgus omne, rudioremq; in Anglia plebem, tam hodiè paratam eſſe vt confluat ad Miſſam, quam fuit in diebus Reginæ Mariæ, ſi vllius authoritate interpoſita vrgeatur.* Veruntamen, non deerunt ſibi Puritani, quin in Kingum Londinenſem, ac in Bunnium, ſimileſq; Formaliſtas, inuidiam huius accuſationis ſaltem pro æqua parte transferant: veluti non aliunde quàm ex Kingo acceperint, *hæc tempora ad Papiſmum relabi, & generali apoſtaſia omnia transuerſo curſu eòdem retrocedere:* Ex Bunnio verò (vt poſtmodum cognoſcetur) *hodiè eſſe manifeſtum, non ex conſcientia aut fide ſed ex commoditatum ſæculi amore, homines Reformationi prætenſæ adhærere.* Ità vt Puritanis ſolis, vel etiam Formaliſtis ſolis imputari nequeat, ſecretum huius relapſus prodidiſſe, quod etiã

Ioannes Aurifaber in præf. Colloquiorum Lutheri.

Exam lib. Publ. Precũ pag. 52. 105.

Ibid. pag. 201

Kingus, apud Leachũ pag. 60.

Bunnius in ſua Pacificatione, ſub finem.

in apricum esse expositum ab Anglis, post verba allegata Aurifabri, cur culpæ vertatur, nequeo profectò concipere. Ex quo autem semel illud nobis est expositum, non finit esse obscurum Reformationis consilium; aut opus quod ità dissoluitur, non Deo sed hominibus vel dæmonibus esse tribuendum. Verùm tantisper Missis Puritanis, & ipsius fabricæ ruina in suum locum delata, hic in cœpto progrediendum est.

Act. 5. 38.

6 Et quidem, Formalistis Anglis (vt iam abundè liquet) nulla est stabilitas, ne dum infallibilitas: qui teste Douæo, superius, cum nouo principe nouam semper doctrinam, suscipiunt: qui nullo certo fundamento, teste Eduino Sandes ac cæteris hic productis, fulciuntur: qui nullis Scripturis, aut concilijs, vel Ecclesię firmitate teneri volunt, nisi ex condicto, vt stet pro ratione voluntas, & sit cuiusque eorum priuatus spiritus irrefragabilis sacrosanctus & infallibilis altercationum omnium & litium Iudex. Ita certè decet Reformatores, quibus dux simul Doctorque Lutherus, inquiens: *Iudex esse volo, non modò hominũ, verum etiam cunctorum Angelorum.* Vel Caluinus, dicens: *Nomina nulla impediant, aut Conciliorum, Pastorum, Episcoporum authoritas, quin examinemus omnes vniuersorum spiritus ad regulam diuini Verbi,* prout scilicet ab vnoquoque nostrum ex captu cuiusque intelligitur. Hęc denique omnium est satis iam superque decantata cantilena, & vniuscuiusque exploratum propositum. Attamen seu rebellionis, & nequitiæ omnis ansæ, ac prætextui occursurus, & id quod factitarent prohibiturus magnæ Britanniæ Rex, suis olim in Scotia Ministris refractarijs (licet frustrà) *ne sancti Spiritus inspirationem temerè iactitarent, sed noxas agnoscerēt vt homines, & pœnas deprecarētur vt subditi* præcepit. At illum Spiritum Principibus obstrepere magis delectat.

In principio huius cap.

Luth in lib. con. statum Eccles.

Calu. Instit. l. 4. c. 9. n. 8. 11

In lib. Positionum seu Assertionũ periculosarũ pag. 28. 29. edit an. 1593 Lond.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

Formalistas Anglos non tantum dissidere à Puritanis, sed inter se.

INGENITVM dissidiũ à Formalistis, nõ diffitentur Puritani: vt superius ostensum est, & deinceps passim constabit. Britannomachiam enim cùm exhibeam, pugnantes eorum sentẽtias, & antilogias, priùs in communi, deinde in particulari, opusculo hoc toto patefacere mihi decretum est. Quærũtur autem Puritani Formalistas non minus cõtrà Scripturas, quã contrà se, quædam dogmata defendere. *A doctrina* (inquiunt) *Scripturarum sinceriori, absumus nos? Quin immò, plurimi potius eorum* (intelligit Formalistas) *ab ea recedunt: quoad generalem gratiam, & mortem Christi vniuersaliter pro omnibus: quoad imagines in templo deuotionis causa: quoad modum præsentiæ Christi in Eucharistia: quoad Pontificis ab Antichristo discrimen: quoad baptismi necessitatem: quoad secretam confessionem,* &c. Circà hæc, à Puritanis Formalistæ, nec ob hęc solum, vt posteà videbimus, nec solum à Puritanis, sed à suis symmistis magnorum nominum, redarguuntur. Doctor VVilletus non Puritanus, Hokerum, & Couellum non Puritanos, sed Puritano-mastiges, tanquam nouitati studentes, & à vertigine opinionum inauditarum infames, his verbis suggillat.

Cap. 3. & 4. pag. 33. & seq.

Modesta defensio Ministrorũ anonimorũ pro libello Supplici.

Vide Ponellum in replica ad modestã defensionem, vbi de adiaphoris pag. 118. edi. an. 1607.

Aiunt (inquit D. VVilletus) *inter alia, Christum originaliter non esse Deum: Scripturas non esse media quoad Deum, omnium quæ vtiliter creduntur: Scripturas solas non sufficere ad æternam fælicitatem: verbo Dei, non constare quod sit Dei verbum: voluntatem naturaliter quodcunque sibi obiectum sine superna gratia appetere, vel respuere posse; & consequenter sine gratia opera moraliter bona naturaliter edere, quæ Deo sint grata: quædam esse supererogationis opera: hominem nunc agere, & Deum approbare, plura quàm præcepta sunt: non esse impossibile ab omni in*

D. VVilletus in Meditat. super psal. 122 pag. 51.

ni in hac vita peccato eximi: Ecclesiam Romanam prout nunc est, esse de Christi familia: Idololatras (Catholicos intelligit) *& impios hæreticos, de membris esse Ecclesiæ visibilis: in ordinibus sacris dari indelebilem characterem: quosdam habere potestatem conficiendi Christi corpus: Sacramenta conferre gratiam, & esse iustificationis instrumenta: eadem non minus necessaria esse, & subinde non minus iuuare, ipsa fide: animas infantium absque baptismo damnari: &c. Hæc quidam docere & scribere ausi sunt: qui, vt quidam schismatici* (Puritanos denotat) *hinc Ecclesiam in rebus externis prætextu disciplinæ interturbarunt, ita isti nouis dogmatibus doctrinam eiusdem solidam temerè labefactarunt, &c.*

Vide Triplicat. Stapletoni, pag. 233

Hanc D. VVilleti accusationem eò spectare per se perspicuum est, vt in minimò Caluinus (cuius ille doctrinam totam mordicus defendit) in Anglia non exauthoretur. At quotidie doctiores omnes, modestioresq; ei, nec immeritò, vt impostori exploratissimo renuntiant: vt hic per singula capita discurrẽdo, patebit. Et prostant etiamnum libri contrà Geneuationẽ (vt loquuntur) Ecclesiæ Anglicanæ; in quibus vbique speciatim Caluinus seditiosę doctrinę candente stigmate, insignitur. De Beza verò ait Sutcliffus, in persona Anglicanæ Ecclesiæ, pag. 47. examinis Apologię Carturighti: *quantum ad M. Bezam attinet, cui libuit obiurgare me, & asperitate verborum increpare, ignoscat illi Deus. Ego certè, iniuriæ immemor, illi condono. Interim ad rem nihil respondet. Imò talis est eius discursus, vt magis misereat ætatis & infirmitatis ipsius, quàm vt dicta æstimemus*, &c. Nunc saltem nemini obscurum esse potest, non ita in Anglia consentire vel Puritanos cum Formalistis, vel Formalistas inter se, quin ab inuicem sententiarum repugnantia remotissimè distrahantur. In toto huius lucubrationis, vt dixi, progressu, id fratrum ipsorum monumentis latius euincetur.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

Puritanos quoque non tantum à Formalistis, sed inter se dissentire.

BROVNISTAS, vipeream sibi prolem, propagarunt Puritani. Qui autem ex illis infamem sobolem abiurare voluerunt, ab Oliuero Ormerodo (vt olim Agar ab Angelo) iubētur surgere, & tollere puerum suum. Idem passim innuit liber de coniuratione pro prætensa Reformatione, aliijq; id generis, vt profitetur Thomas Cartovvrightus in sua Apologia, & confirmat Sutcliffus in eiusdē Apologiæ examine. Argumenta quoq; illis non desunt. Eandē enim (aiunt isti) Disciplinam perstrepūt Puritani ac Brounistæ, pariterque sublatis Episcopis suspirant vnicum consistorium, Doctorum, Pastorum, Seniorum, & viduarum. Scripturas pari iure solas, spretis Patribus, vsurpant. Episcopos & hierarchiam Ecclesiasticam cum officio Ecclesiastico explodunt. Magistratum ciuilem perditum pariter eunt, &c. Hi tamen, parentes suos Puritanos his emblematibus depingunt, his inquam sarcasmis proscindunt: *Vos estis fucati hypocritæ, pharisaici ieiunij præcones; pseudoprophetæ; pestiferi seductores; iurati, conducti, ac cauterizati discipuli Antichristi; perditi illusores; Apostati reformatores; rigidi dissimulatores; in res omnes publicas & priuatas tumultuarij inspectores; Stoici ardeliones; Cynici censores, &c.* Certè, Puritanos (si rectè eos animo meo formaui) natiuis coloribus nobis exprimunt, nec in multis suę doctrinæ partibus minus quā in his meritissimis parentum elogijs, mentiri illos arbitror. Quę fortè est causa, cur nec aspersas sibi maculas Puritani abstergant, nec in filios maledicos maledicta similia regerant. Forsan etiam sibi tēperant, ne reuelata filiorum turpitudine, magis ipsi commaculentur. Ait enim sapiens: *Ex iniquis omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua.* Interim, quâ mensura mensi sunt Formalistis, eâdē ipsis, iusto Dei iudicio, à Brounistis reponitur.

Ormerod. in pictura Puritani O. 2. b M. 2. a.

Barrow in detectione. Grenuodus con. Gifford. Vide Stapleton. in Triplic. cont. VVhit. p. 139

Sap. 4. 6.

2 Deinde

Ormerod. lib. 3. b.

2 Deinde, ità digladiantur Puritani inter se, vt à proprio Ministro cœnam quam nolebat sedentibus exhibere, noluerint acceptare, veluti omnis cum prævaricatore cōsistorialis Disciplinæ in leuissima sui parte, impia esset confœderatio. *Quin-immò* (inquit VVitgiftus Cantuariensis) *obuij concionatoribus amicis suis pristinis, non solum non salutarunt, sed in eorum facies excrearunt, imprecantes vt desuper à lue corriperentur, cùm damnati essent, & esset à Deo ipsis sublatus spiritus, idq; non ob aliud, quàm quia pileo clericali quadrato vterentur.*

VVhitg. in Defen. Resp. ad Admonitionem. Apud Ormerod in Pictura Puritani l. 4. a. Alizō apud Ioan. Dodridiū de actis in comitijs Parlam. an. 1593 pag. 10. b. num. 10.

3 Nec Brounistis sanctior est concordiæ conseruatio. *Quippe qui, singulis è plebe censurarum potestatem indulgentes visi sunt alteri alteros in eodem carcere* (ait Alisonus) *non sine incarceratorum inibi Catholicorum cachinnis, excommunicasse.* De eisdem Amsterdami commorantibus scribit Thomas Vitus, (eiusdem olim sectæ alumnus:) *quamuis* (inquit) *peregrè degant, supra tamen cæteros abundare in omni discordiarum genere, nequitia, adulterijs, fraudibus, &c. Et quam Ionsonus veram doctrinam, Barlous blasphemam vocat.* Denique Gulielmus Clerkus in præsentia multorum de tota caterua, ait: *Hos omnes pro sanctis habebam, nunc autem vniuersos esse dæmones animaduerto.* Puritanos ergò sermone, moribusque, tam primos quàm postremos, tam cum cæteris fratribus, quàm inter se, dissonos esse, & dissectos, nemo vt opinor denegabit. Siquidem, teste Sutcliffo, (in Puritanos plerumque credibili) neque *in consistorij sui institutione, eiúsve partibus, authoritate, aut officio, saltem bini eorum consentiunt, neque aliquando consensuros probabile est; cùm ità contendant vt nesciant quid velint, aut quorsum.* Quod cum citrà omnem, vt dixi, controuersiam, ità sit dilucidum, vt nec ab ipsa impudentia controuertatur, nedum negetur: in vestra (proh dolor) discrepantia quin senescatis Reformati, nemo nostrum impediat. Etenim:

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Tho. Vitus in libello de detectione Brounismi pag. 1. 7. 8. 15. 21. 23. 25. De Iohnsono vide Resp. Sutcliff. ad libel. calum. pag. 161. Positiones pericul. pag. 77. 83. 88. 43. 113. 116. 121. 123. &c. Exam. prat. Discip. pag 417. 419 Sutcliff. in resp. ad calū. petitiones, pag. 29. 21.

CAPVT

CAPVT NONVM.

Quomodo Puritani sententijs Scripturæ contra rebellionem allatis respondent?

MIHI *præcipuus labor fuit* (inquit Rex magnæ Britanniæ) *deiectos Episcopos restituere, & Puritanorum anarchiam expugnare.* Et alibi, cùm de eisdē sermonem haberet, inquit: *Eorum presbyterium tantum cum Monarchia congruit, quantum Deo diabolus. Per illud enim Ioannes & Thomas, Gulielmus & Richardus conuenientes, mei, & meorum consiliariorum, omniumq́; actionum nostrarum, erunt seueri censores. Hoc Gulielmus probans, ità vult fieri: Richardus verò, aliter.* Paulo inferius: *Erigatur semel eorum regimen, certè mihi erit anhelandum, & omnibus nobis ambabus manibus nostrarum rerum satagendum.* Experto credendum. Acephali enim Puritani, contradicendi, & rebellandi libidine, Regis auiam Mariam Guisanam imperij insignijs typisq; cudendæ pecuniæ spoliarunt: de loco in locum insectati sunt omnes ei adhærentes factiosorū, ac perduellium infamia, inusserunt. Denique à regni administratione per proprium fæcialem abire, imperarunt. Mariam huius filiam, ipsam Regis matrem, tumultibus & rebellione perpetuò exercuerunt, obsidione cinxerunt Borthuici, captamq; meretricis ac parricidæ contumelia infamarunt. Ei quoquo se verteret, duo identidem milites, occisi mariti in vexillo depictam effigiem, veluti à Deo vindictam de coniuge sua seu necis autore deposcentē, ob oculos repræsentarūt. Grauidam filio qui modò regnat, sclopeto extinguere tentarunt. Denique tandem è captiuitate liberatam, denuoq; acie debellatam, è regno ad capitis in Anglia supplicium, eiecerūt. Sed de ipso Rege dicendum, ex publicis regni actis, & regijs monumentis.

In Monitoria præfat.

In colloq. Hamptoniæ in 1. die, p. 79 edit. Lond. an. 1604.

Knox. in hist. Eccl. Scot. à pag. 256. deinceps. Buchanan. rerum Scot. lib 16. per totum.

Acta Parla. an. 1584. Declaratio. 1581. 1585. Thinnes Addition. à pag. 446.

2. Iacobus magnæ Britanniæ hodie Rex, de se ait: *Ego à Puri-*

In monitoria præf.

tanis nō solum à natiuitate vexatus fui, verum etiam in ipso matris vtero, propemodum extinctus. Inter alia, multis iniurijs palam eum pro concione onerarunt. Eius potestati in Ecclesiasticis rebus renuntiarunt. Eum anno 1582. mense Augusti, inopinata obsidione conclusum, ad iniquissima pacta coëgerunt. Quod cùm ab ijs liberatus crimen læsæ maiestatis pronuntiaret, anno proximo in Aprile, illum è medio tantum non sustulerunt. Anno deinde sequente, in Nouembri, Regem, ex improuiso, exercitu decem millium adorti, priùs Sterlinum, deinde in arcem ibidem, capta ciuitate, aufugere compulerunt. Nec obsidione premere cessarunt, donec ad eos supplex oratores mitteret, qui tria duntaxat demissè exorarent. Primum erat, vt ipsimet vita, honor, potestas intemerata foret. Secundum, vt amicis ibidem præsentibus, violentas manus non adferrent. Tertium, vt pacificè omnia transigerentur. Ipsi quoque vicissim tria postulata pro se proposuerunt. Primùm, vt Rex in eorum edicta iuraret; locaq́; totius regni munita eorum custodiæ traderet. Secundum, vt pacis perturbatores ipsorum voluntati ac quæstionibus subijci cōcederet. Tertiū, vt satellitio vetere ablegato, satellites quos ipsi vellent deinceps Regem stiparent. Hęc volens nolens Rex debuit è vestigio adimplere: non tamē impetrare potuit secundū articulū quē ab eis requisiuit. Denique quàmdiu inter illos egit, *se sine statu, sine dignitate, sine subordinatione Regem fuisse, profitetur; cui etiam imberbes pueri in faciem resisterent.*

Colloq. Hāton. pa 4. 20.

3. His alijsq́; tum plurimis, tum maximis vitæ periculis, Rex perfunctus, liberationem tandem suam annua festiuitate gratitudinis ergò celebrandam censuit. Præ cæteris, præsentissimum salutis discrimen ab insidijs Comitis Gouriani, singulis annis 5. Augusti recolendum, imperatiuis ferijs mandauit. Nemo subditorum, Puritanis demptis, indictas ferias non celebrauit; illis interim, ieiunio, & mœrore (vel ex spiritu contradictionis, vel ex frustratis tot insidijs) sese macerantibus.

Vide superius pag. 27.

Hæc omnia ex actis Parlamentaribus, publicis decretis, & Puritanorum declarationibus trāsumpsi. Quibus exactè congruunt

Responsio Oxon libello supplici.
Kingus super Ionam lect. 36.

gruunt responsiones eorundem ad testimonia ista ex sacris plerumque Scripturis contrà rebellionem, deprompta.

OBIECTIO I.

Consuetudo vetat Regibus repugnare. ergò. Responsio: nihil periculosius quàm publica via incedere, seu consuetudinis rationem habere. *Buchan. de iure Regni pag. 49.*

OBIECTIO II.

Obediendum est Regibus tam bonis, quàm discolis: ergò. Respondet Knoxius, eam vocem esse blasphemam. *Knox. apel. fol. 26.*

OBIECTIO III.

Ieremias præcepit obedientiam Nabuchodonozori: ergò. Resp. exemplum hoc esse tantum singulare, & in alios non habere locum. *Buchan. loc. cit. pag. 59. Idem in Goodman p. 125. 126.*

OBIECTIO IV.

Deus aliquando tyrannos ad punitionem populi, permittit: ergò. Resp. Deus quoque priuatos occidere eosdem, non impedit: immò, vt id faciant, stimulat. *Ibid. pag. 57. Goodman pag. 200. 201*

OBIECTIO V.

Ostendi nequit in Scripturis exemplum rebellionis in Regem: ergò. Respons. Hoc argumentum non valet. Possum enim apud multas nationes, plurimas & saluberrimas recensere leges, quarum in sacris literis nullum est exemplum. *Ibid. pag. 57. in Buchan.*

OBIECTIO VI.

Sanctus Paulus vult nos orare pro principibus, 1. Tim. 2. & ipsis subiacere ac obedire, Tit. 3. ergò. Resp. orandum quoque pro latronibus quos licet punire. & obedientiam istam S. Paulus pro infantia tantum Ecclesiæ, donec Christiani ditiores essent, & resistere valentiores, concupiuit. *Ibid. pag. 50. 55. 56. 57.*

OBIECTIO VII.

Potestas ordinatur à Deo. ergò. Resp. Legitimam solam potestatem intelligi. Discolis autem superioribus obedire, mancipiorum est, non subditorum. *Goodman pag. 47. 106. 111. 119. 120. 125. 126.*

OBIECTIO VIII.

Dauid noluit tangere vnctum Domini. ergò. Resp. ideò noluisse, quia vindicasset propriam causam. In causa autem publica, aliter agendum. *Ibid. pag. 138. 139.*

OBIECTIO IX.

Demonstratio Disciplin. parlamento oblata. p.75.

Donatiſmum ſapit imminuere Principum authoritatem. Ergò. Reſp. redolet quoque paraſitiſmum, illis abblandiri, vel illicita imperantibus obſequi.

OBIECTIO X.

Buch. de iure Regni p. 13.25. 40. 61. 372. Idem habet Goodman pag. 49 144. 145. Coll. 3. Hāton. pag. 47. ed. Lon. 1604 Lib. de obedientia pag. 110. Vide Positiones pericul. pag. 36. 37. Goodmā pag. 180. 184 185. 199. 200. 201. Vide posit. pericul p. 37. Euseb. Philadelp. dial. 2 pag. 57. Dud. Fener S Theol l. 5. c. 13.

Per me, inquit Deus, reges regnant. Ergò, non licet illos deponere, vel occidere. Reſpondet Buchananus, populo ius eſſe, vt imperium cui velit, deferat. 2. proponenda eſſe tyrannorũ interfectoribus, iuſta præmia, ſicut ijs qui lupos aut vrſos occiderunt, aut catulos eorum deprehenderunt. 3. Reſpondent annotationes Geneuenſes ſuper Exodi 1. 19. licitum eſſe repugnare Principibus, & ſuper 2. Chron. cap. 15. 16. Aſam perperam feciſſe, deponendo tantũ matrem, quam debuit occidere. 4. Reſpondet liber Anglicus de obedientia, & Goodmanus: magiſtratu ſuum officium nolente exequi, ius totũ deuolui in ipſum populum, vt pro arbitrio agat: populo quoque ſegniter agente, Miniſtri eſſe excommunicare Principẽ quantumuis potentem. Nec deerit (inquiunt) aliquis Moſes, Othoniel, vel Ionathan, qui præſit populo. Miniſtro verò deficiente, quiuis priuatus (cui ſpiritus internus animum addit) faciat quod Moſes Ægyptio, Phinees luxurioſo, Ahud regi Eglon. His ſuffragatur, vt ſcilicet Princeps auferatur quomodolibet è medio, Philadelphus in Francia, inquiẽs: *Nam qui reſiſtit Principi ſeditioſo, ſeditioſus non eſt, ſed ſeditionem tollit*. Et vt tollatur à multitudine, Fenner Puritanus in Anglia, dicẽs: *hunc tollant vel pacificè, vel cum bello, qui ea poteſtate donati ſunt, vt regni Ephori, vel omniũ conuentus publicus*. Axioma cęleſtis Canaan Carturighto hæc Fenneri doctrina habetur, ſceleſtis potius Canaanitę eſt execrabile placitum.

Vide reſpon. Oxon. ad libellum Purit pa. 28. 29. Conſule Apol. Preteſt. in præf.

4 Arbitror ab his vnginibus cognoſci poſſe hos leones. Potui autẽ plura in immenſũ congerere, ex Staniſlao Reſcio, Florimundo, & ex apotheca repletiſſima ſeditioſæ doctrinæ, libris nimirũ Sectariorũ: ſed Britannomachię ſufficiet domeſticum horreum Sectariorum Britannorum contrà Britannos Sectarios, in quo iſta, & multo plura, affatim reperiuntur.

Plura

In secundo libro capite septimo, vbi de priuato spiritu, plura fortè adijcientur. *Pericul. Positiones Bâcrofti.passim. Exam. prat. sancta Disc. passim, &c.*

5. Concludo igitur in verbis Tertulliani, vix (certè nõ in sensu) mutatis: *Circa maiestatem Principum infamamur: tamen nunquam Albiniani, nec Nigriani, nec Cassiniani*, (nec Caluiniani) *inueniri potuerunt Christiani*, nedum Iesuitæ. *Tertul. ad Scap. cap. 2. in Apol. c. 31.*

CAPVT DECIMVM.

Ab omni fundamento seu Regula fidei non solos Formalistas aut Puritanos, sed omnes omninò Reformatos, tum excidisse, tum contrarios esse cunctis fidei regulis, in particulari luce clariùs demonstratur.

IN consolationis partem sibi consulant Formalistæ & Puritani, si alibi infortunij eiusdem consortes quamplurimos habeant, omnis fundamenti, omnisq; columinis in Reformatione sua pariter expertes. Vt ergo respirandi tempus aliquod concedatur, & à dira strage humana in hoc Circo vicissitudo aliqua detur: consonum rationi iudicaui; paulisper Reformatores omnes promiscuè citrà lanienam, non tamen citrà certamen, in iaciendo suæ Reformationis inani fundamento, desudantes, spectantium obtutibus repræsentare.

Regula fidei certe seorsim aut simul debet esse, vel
- Scriptura.
- Traditio.
- Ecclesia.
- Concilia ac Patres.
- Pontifex.
- Priuata inspiratio.

Omnem autem hanc fidei regulam funditus euertunt cuiusuis generis Reformati. De Scriptura id in primis in proximo libro citrà (vt confido) omnem controuersiam, abundè per singulas partes manifestabo. Si enim (vt apparebit) quic-

quam de Scriptura credendum sibi subinde putent, non ideo id credunt quia Scripturæ suggerunt, sed quia proposito & instituto vitæ ac voluntatis ipsorum non aduersatur. Alioqui, omne Scripturarum speciosum nomen fastidiunt, conspuunt, conculcant, Apostolorum quoque & Euangelistarum ab erroribus immunitatem eleuant, ipsius denique Christi, Spiritusq; sancti diuinā maiestatem vel insectantur exagitantq;, vel certè inter sui cerebri cancellos circumscribunt. Sed vt dicam bono iure cum Oratore, *me non quærere rationes eas quæ ex coniectura pendent, quæq; disputationibus huc & illuc trahuntur:* visum est mihi vno simul in loco testimonia potiora Reformatorum recensere, quibus pro virili labefactare omnem & vnamquamq; particularem fidei regulam conuincantur. Id in hoc capite, Deo auspice, per singulas partes manifestare elaborabo, tam ex testimonijs aliquoties (deformitatis Reformatę quoad liceat detegendæ causa) sine fastidio vt spero repetitis, quàm ex alijs pro occasione eôdem spectantibus quæ inter scribēdum memoriæ occurrent. Nam vt virtus vnita fortior est seipsa dispersa: ita hęc testimonia simul collata, energiam quandam obtinebunt quam dispersa adipisci nequeant.

Cic. in Lucul.

PRIMA PARS.

Reformatos omnibus Scripturis fidem derogare, & ab ijs ad dubias consequentias, & Apostolorum catechismos, transfugere.

PRIMVM testimonium quo hoc ostenditur, tres simul Euangelistas è numero hominum fide dignorum tollit; estque primi Coryphæi Reformatorum. *Abolenda* (inquit Lutherus) *est falsa illa opinio, quod sint quatuor euangelia. Nam euangelium Ioannis est vnicum, pulcrum, verum ac principale euangelium, alijs tribus longè anteponendum.* Ibidem concludit: *Summa, sancti Ioannis euangelium, & prima Epistolarum, Epistola sancti Pauli in primisq; Romanis, Galatis & Ephesijs scriptæ, tum prior sancti Petri Epistola, eiusmodi sunt libri qui tibi Christum intento velut digito demonstrent, omniaq;*

Luth. in 2. præf. Noui Test. Et to. 1. Nouorū operū edit. Lips. an. 1603. fol. 168 in serm. de Pharisæo & Publ. Ibidem.

niaq; te doceant quæ scitu sunt necessaria. Ecce hic ex sacrosancto testamento Filij Dei, tres simul incorruptissimos euangelistas dispūctos ab eo qui euangelij vindex haberi cupit; simulq; mediam partem reliqui totius noui testamēti (de vetere enim reiecto, fidem facient tam in genere quàm in particulari, quæ in proximo libro subijciemus) detruncatam. Cur verò reliquis Apostolis maiorem fidem habeat, & ijs plus deferat, non aliam agnoscit occasionem, quam quia (vt non erubuit confiteri) *in his non multum audis de Christi operibus*. Iterum: *quoniam Ioannes parum de Christi operibus scribit*, &c. Nec id potestatis Luthero concessum alia de causa, quàm quia *meus quidem spiritus* (inquit) *in eo acquiescere non potest. Quisque verò reliquorum Scripturas has tanti faciat, quantum cuiq; spiritus suus dictabit.* Quod si fortè Catholicorum aliquis ex his ipsis quas admittit Scripturis plurima & certissima (verbi gratia prò bonis operibus vel prò iudicio supremo) conferat testimonia: procliuem hanc egregiam beneq; reformatam seu euasionem, seu responsionem, Lutherns qua se captum redimat habebit. *Hæc tibi norma* (inquit) *& regula esto, quàm in Scripturis sacris intelligendis sequaris: Vbicunque Scriptura iubet bona opera facere, tu id sic intelligas quod Scriptura prohibeat bona opera facere*. Vel aliter in hunc modum: *Ego nihil curo omnia dicta Scripturæ, si etiam ijs adhuc plura afferrentur. Tu quidem Papista valde quidem fastidis, & ferocem te facis cum Scriptura, quæ tamen Christo vt Domino subest, Itaq; nihil ea re moueor. Age sanè famulo nitere quantum voles*. Hic reijcitur Scriptura seu Christo repugnās: in proximo autē testimonio, Christus ipse Reformationi repugnans postponitur diabolo. Ait enim Lutherus to. 1. Ger. VVit. fol. 273. *§. 3. Cùm tibi venit in mentē Christi velut Iudicis qui te villicationis siue actæ vitæ rationes reddere iussurus sit: tum prò certo & explorato habeas eum non Christum, sed ipsissimū esse diabolum.* His autem effugijs admissis, nullus erit deinceps Scripturarum vsus, nullum pondus, sed ingens potius in ijs citandis conciliandæ fidei detrimentum; quandoquidem contrà ac sonant intelligi debeat; nimirum prohibere præcipiendo, & pręcipere prohibēdo, diabolumq; pro Christo, & Christum

Ibidem. Luth. in Apocalip editionib. prioribus Bibliorum.

Luth tom. 3. Lat. Wit. f. 171. b nu. 5. com in ps. 5. Idem tom. 1. Wit. Lat. f. 147. 155. com. in c. 3. ad Galat.

ſtum pro diabolo ſubintelligenda.

Secundũ Teſtimonium eſt cæterorum omnium ſimul, quoties à proprijs ſuis fratribus Scripturarum luculentiſſimis premuntur locis, toties hoc vel illo prætextu Scripturas denegantium. Hi enim confugiunt à Scripturis ad incertas *conſequentias* ex ijs depromendas: vt nuper Cadomi & Diepæ, anno 1609. Moulineus à Patre Gontherio eximio fidei propugnatore in turpiſſimam fugã auerſus. Per quam eius ergà Scripturas perfidiã, eamq; ex cauſæ diffidentia fugã, Heroina *Mazencourt*, cum alia illuſtri Domina, & Dominus *de la Rue doree* cũ coniuge, Reformatorum caſtra mollia, & transfuga, ſalutari conſilio deſeruerunt. Alij verò ad *Catechiſmum Apoſtolorum* inauditum, ab ijſdem ſcripturis (vt per aliquam inopinatam rimulam elabantur) prouocant: vt Miniſtropiſcopi in Colloquio Hamptonenſi, qui à Puritanis de varijs in nulla Scriptura comprehenſis, & ſpeciatim de Confirmatione paruulorũ nuſquã in ſcripturis expreſſa accerſiti, huius ſuæ Confirmationis (quam noſtra imitatione etiamnum retinent) originem ſi non Scripturis ſaltem Catechiſmo Apoſtolorum acceptam deberi contenderunt. Cuius quidem Catechiſmi cũ nulla indagine noticiam in reliquis ſcriptoribus diu inueſtigando expiſcari potuiſſem: fortè fortuna tandem incidens in Annotationes doctiſſimas Anglorum Rhemenſium, ſuper caput ſextum Hebræorum ad verſum primum, & ſecũdum, hæc verba reperi: ex quibus certò certius aſylum ſibi, à Puritanis, Pſeudo Epiſcopi conquiſiuerunt. *Fundamentum hic expreſſum* (aiunt Annotationes) *denotat catechiſticam doctrinam non ſcripto, ſed traditione comprehenſam: de Symbolo Apoſtolorum; pænitentia ante baptiſmum; modo ac neceſſitate baptiſmi; Confirmatione, Reſurrectione, Iudicio, & ſimilibus in quotidiano vſu, quæ nemo debuit ignorare: ex quibus videmus quæ prima fuit Chriſtianorum inſtitutio ſeu Catechiſmus.* Alij à literali ſono ſenſuq; Scripturarum ad Apoſtolicorum virorum ſeu priſcorum Patrum interpretationes, neceſſitate præmente reſiliunt. Sic Formaliſtæ Puritanos ſola Scripturarum iactantia inflatos, ſoliſq; inanibus ſententijs inſolentes

Declaration de l'erreur de noſtre tẽps, &c. à Rouẽ, chez Romain de Beauuais.

Colloq. Hãpton. p. 11. 32.

Teſtament. Ang. Rhem. ad c 6. Heb. Vide Epiſt. 93. S. Leonis ad Auguſtã.

solentes veluti verbosos nugiuendas explodere solent: *quia non sufficit* (inquiunt) *Scripturas adducere, nõ simul adducta* (ex Patribus primitiuis) *earum vera sententia*. Sic Lutherani Anabaptistas Scripturarum verba omni momento crepantes, iure optimo spernunt, repelluntq; : *quia nullum est* (vt aiunt) *dubium, ab Apostolis, & viris Apostolicis, primitiuam Ecclesiam accepisse non tantum textum Scripturæ, verùm etiam legitimam eius interpretationem*. Quibus in hoc consonat Caluinus, haud sæpius Lutheranis consentire solitus. Sic denique Reformati Reformatos omnes temerè & futiliter solas Scripturas (in quibus magna eorũ pars quę ab omnibus credenda sunt, non cernitur) furiosis vociferationibus intonantes, à ceruicibus auertunt: *quia dicendo* (inquit vnus horum cuipiam Puritanorum) *debere nos fundare fidem nostram suprà verbum fidei solas Scripturas: magnam cogitandi ansam prabes destitui te à patribus antiquis, eorumq; filijs in hoc articulo, quod cuiusdam paradoxi portentum defendere te arguit*. An tandem similibus pronuntiatis nostrorum ij, qui hęc dicunt, cedere consentient? An tam orthodoxis sententijs astipulantes à sua Reformatione (quæ in auras protinus elabetur, si effata ista vim vllam obtineant) fælici regressu prodigi filij ad parentis caulas se recipiẽt? Faxit Deus. Satis enim superq; blasphemiarum (in Scripturas, Apostolos, Euangelistas, Christum Dominum, sanctumq; Spiritum) audiuimus, & has summoperè execrandas similesq; non fidelium, sed fanaticorum voces de reliquo relegari in infernum exoptamus. 1. *Si quicquid* (ait Bucerus) *Euangelistæ tradiderunt verum habeatur, Christus verè ac realiter est in Sacramento. Sed vtrum teneamur absolutè credere quicquid ab ipsis est traditum, verum sit an secus, nolo esse Iudex*. 2. *Esto sanè* (ait Lutherus) *Ecclesia, Augustinus, & alij Doctores, item Petrus, Apollo, imò Angelus è cælo diuersum doceat: tamen mea doctrina est eiusmodi, quæ solius Dei gloriam illustrat. Petrus Apostolorum summus viuebat, & docebat extrà verbum*. Iterum; in Colloquijs Islebensibus, de Tentationibus fol. 286. *Apostoli etiam ipsi peccatores fuere, & insignes magniq; nebulones, nempe Paulus. Petrus quoque Christum negauit, quod erat facinus hominis improbi*, &c. 3. *Hoc certò scio* (ait Zuinglius) *quod*

Kemnit. in exam. Conc. Trid par. 1. pag. 74. Cal. Inst. l. 4 c. 1. num. 5.

Resp. contrà descensum Christi ad inferos p. 1. impr. per Ioseph. Barnes

Bucer. apud Sanderũ, de schis. Angl. l. 2. p. 272. Person exa. Calend. Fe. xij par. 3. pag. 332. Luth. tom. 6 Germ. Ien. fol. 86. & to. 7. Ger. Wit. fol. 483.

Zuingl. to. 2. f. 609. Luth. tom. 5. Wit. f. 190. Calu. de lib. arbit. l. 1. pag. 192.

humana non suadeo sed diuina. Contrà Lutherus; *certò noui doctrinam meam non esse aliud quam sacrosanctum verumq; Euangelium.* Contrà Caluinus; *Res ipsa clamat non nos hodie loqui, sed Deum ex cælo virtutem suam exerere.* Et sic reliquorum quisque Reformatorum pari ausu Scripturis fidem abrogat, sibi verò ipsi sine riuali abblādiens, dictatoriam & verò diuinam authoritatem vindicat. Interim tamen, ait de S. Paulo Zuinglius: *quasi verò Paulus epistolis suis tantum tribuerit, vt quicquid in eis contineretur sacrosanctum esset: quod esset Apostolis imputare immoderatam arrogantiam.* Nimirum turpe fuisset Paulo sibi à Deo acceptum Euangelij prædicandi munus assumere, & incorrupti testis vindicare priuilegium: quod fas est Zuinglio, Luthero, Cāluino gratis ac inuito Deo sibi vsurpare. Has inquam detestādas Christianis auribus impotentis arrogātiæ voces, & ijs peiores (quas in libris meis vernaculis, certè reluctāte animo, produxi, quasque huc transcribere, præ horrore, quē timenda mentis syncopa excipiat, nequeo) eiurātes: diuinis oraculis suam æstimationem, paginisque sacris suam postliminio captiuati intellectus submissionem, resipiscentia quadam Reformatores (nō in reprobum sensum datos) instaurare, sponteque restituere par est. At verò ne ab ijs mihi dicantur verba S. Hieronymi: *quid tacendo amplius criminaris? verecundiam simulas vt Lector putet te parcere,* &c. oportere iudicaui, vt saltem vnam (quæ omnium instar sit) blasphemiam atrociorem in Christum succinctè exhibeam. Ait ergò Lutherus in colloquijs Islebensibus, titulo de lege & Euangelio fol. 154. 162. *Non est homo in toto orbe, qui rectè sciat Euangelium à lege discernere. Nos quidem Euangelici videmur nobis scire, sed adhuc ab eo longè absumus. Solus Spiritus sanctus hanc artem nouit. Quin ipse Christus in monte Olиueti id nesciuit, tametsi Angelus in specie columbæ corporaliter super caput ipsius resedisset: itaq; necesse habuit vt Angelus de cælo Euangelium ipsum doceret.* O blasphemiam verè infernalem! per quam Christus dicitur doctus ab Angelis, à quibus Lutherus doceri noluit. O scelus! ô portentum! Sed quid sentiant de Traditionibus, considerandum.

Zuingl. in Elencho con. Anabap. to. 2 fol. 10.

Confutatio Rideri pag. 141. De Sacrif. Missæ l. 2. par. 3. pag 279. 280 286.

S. Hieron. Apol 3. in Ruff. c. 6.

SECVNDA

SECVNDA PARS.

Reformatos Traditiones, & speciatim Symbolum Apostolorum aspernari.

PVRITANI in Colloquio Hamptonensi, anno (vt ipsi computant) *1603*, causa cadentes, resumptis animis, anno *1606*. Formalistas vltrò (vt sæpius præmonui) ad disputationem prouocarunt. In qua ipsorum (vt titulus præfert) *Christiana & modesta prouocatione*, hæc arrectis auribus attendenda protulerunt verba: *Protestamur toti mundo, si à Prælatis* (qui hodie dominantur inter nos) *stet veritas, summa iniuria Pontificem & Ecclesiam Romanam affici, simulq; in ijs Deum Iesumq; ipsum indignè reijci, omnesq; Ecclesias Reformatas esse schismaticas discessione ab ijs facta.* Quam protestationem ideò declarant se facere, quia demptis Scripturis, vniuersa quibus Ministro-Episcopi innituntur & se tuentur subsidia (*Traditionum, Conciliorum, Patrum, Ecclesiarum, Antiquitatis, Vnitatis, & sic de cæteris*) Catholicis Romanis illibatè fauent & suffragantur. Proindeque nullas nostris aduersarijs non aduersari traditiones, tacitè quidem, tamē perspicuè declarant. Quod etiam ipsimet Reformati passim patefaciunt, accurata cautione velut scopulum vitantes ipsum Traditionum nomen: cùm tamen aliter παραδόσεις (2. Thess. 2.15) ne à Bareto quidem vertatur quam Traditio: prò qua ipsi maluerunt dicere, *instructionem, constitutionem, ordinationem*; veluti præscij ea sibi voce detrimentum aliquod creari. Si tamen in peiorem partem sumenda vox ea sit (vt Mat. 15. v. 2. 3. 6.) benè cauent ne aliter, quàm *traditio* vertatur. Agnosco tamen subinde in Traditionum commendationem nonnullis eorum *Kemnitio, Fulco, VVitakero, alijsq;* quadam veluti necessitate expressas excidere voces: quibus tamen produnt se veluti lupum auribus tenere, quem nec firmiter apprehendant, nec sine discrimine absoluant. Non igitur eas voces attinet hic recensere. Inter reliquas verò Apostolicas traditiones, Symbolum Apostolorum

Vide superius pag. 35. 36. 48.

Baret. in Dictionario lit. D, n. 312.
Kemnit. in Exam. Cōc. Trid. par. 1. p. 87. 89. 90.
Fulc. cont. Purg p. 362. 397. & con. Mart. pag. 170. 178.
Whit de sacram. pag. 678. 681. 683 685. 690 695 696. 670.

rum primum locum iure optimo sibi postulat. De quo ex infinitis Patrum antiquorum sententijs, in rem prę manibus sufficiant ista certiora ac luculentiora testimonia. Primum, sancti Clementis Romani; *Apostoli adhuc in vno positi Symbolum quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusquisque quod sentit dicendo, condiderunt.* Secundum, sancti Ambrosij: *Duodecim Apostolorum Symbolo, fides sancta concepta est, qui veluti periti artifices in vnum conuenientes, clauem suo consilio conflauerunt.* Tertium, sancti Augustini: *Sancti Apostoli certam Regulam fidei tradiderunt, quam secundum numerũ Apostolorum duodecim sententijs comprehensam, Symbolum vocauerunt.* Quartum, sancti Leonis Magni: *Ipsius Catholici Symboli breuis & aperta confessio, duodecim Apostolorum totidem est signata sententijs.*

S. Cle. Rom. epist. 1. ad Fratrem Domini.
S. Amb. ser. 38. & ep. 81.
S. Aug. de temp. serm. 115. 118.
S. Leo ep. 13. ad Pulcher.

De hoc Symbolo Erasmus solus post pauperes Lugdunẽses scepticus seu dubius videtur, an verè illud ab Apostolis consignatum fuerit: cui tamen in peiorem partem prono, ne Lutherus quidem ab alijs credendum putauit: licèt vulgò dicatur; *Erasmus innuit, Lutherus irruit, Erasmus dubitat, Lutherus pernegat, Erasmus parit oua, Lutherus excludit pullos.* Doctrina etiã Anglorum, in textu (non item in commẽtario) Articuli octaui, non Apostolorum Symbolum, sed *ità communiter nuncupatũ*, maluit vocare. Barrous verò Puritanus *rapsodium supposititium* illud esse blasphemauit. Reliquorum autem Puritanorum de eo dogmata suo loco commemorabo. Barlous (de quo alibi) agnoscit esse quidem *collectionem Apostolicam, non tamen ab ipsis Apostolis compositam; esse item canonicalem, non canonicam; esse denique fidei epitomen, non regulam.* Cuius impij sui erroris cum nullum authorem, nullumq; secum conducat aut habeat fautorem præter cognonimũ sibi (si literulã mutes) Barroum, paulò ante nominatum; sitq; repugnãs patrum plurimorum (quos ipsemet strictim recenset) consultis, & ipsorum propè omnium Reformatorũ decretis: nõ est cur eius nos rationẽ vllã habeamus. Maioris interest nouũ symbolũ Geneuẽse abiuratorium, huic Apostolorũ Symbolo conferendũ, hic obiter subijcere.

Erasm praf. paraphr. in Matth.
Barrous in Disc. p. 76.
Barlous in defensione artic fidei Protest. p. 99 & seq. 171.

SYMBOLVM GENEVENSIS FIDEI.

Abominor superstitionem accedendi ad sanctos quasi patronos pro nobis apud

bis apud Deũ futuros. Repudio omnes cæremonias Papiſticas. Deteſtor tyrãnicũ illud iugũ quo ſunt oppreſſæ miſeræ conſcientiæ; velut legem de confeſſione auriculari, de cælibatu, & alia huiuſmodi. Papiſticam hierarchiã execror, idcirco ſtabilitã, vt Deus ipſe irrideatur. Quinque Sacramenta à Papiſtis excogitata repudio. Deteſtor vt intolerandũ ſacrilegiũ illã abominationem Miſſæ, &c. Simile cuiuſdã Craigi in Scotia execrabile ſymbolum, Regia Maieſtas in colloquio Hamptonenſi perſtrinxit pagina 39. Dixitq; nouorum catechiſmorum ſibi inter ſe diſſonantium conficiendorum, nullum in Scotia haberi modum, nullumq; fieri finem. Abiurato nimirum Apoſtolorũ ſymbolo (quod clauem regulamq; fidei ſancti Patres nuncupant) per deuia, & præcipitia, palantes in arido errorum deſerto abripi Sectarios, vt neſciant quam ſibi rationem euadendi, credendi, agendi, comminiſcantur, ſublata regula qua rectè id faciant, nemo miretur. Ex quibus omnibus meridiana luce clarius cernimus, Reformatos tam à Scripturis quàm à Traditionibus Apoſtolorum, eſſe deſertos, & eas viciſſim gratis eoſdem deſerere. Quod quàm indignè ab ipſis fiat, & quãtum toti doctrinę Chriſtianæ adferat præiudicium: Tabula hæc Apoſtolicarum Traditionum (quas non eſſe fide credendas dicere tenentur: vel certè non omnia fide tenenda in Scripturis contineri) perſpicuè declarat.

Traditiones Apoſtolicæ citrà Scripturas ab omnibus Chriſtianis (demptis Reformatis) creditæ.

1 Conſubſtantialitas Sanctiſſimæ Trinitatis.
2 Proceſſus Spiritus ſancti à Patre Filioque.
3 Scripturarum in authenticas, & apocryphas, diſtributio.
4 Suſceptio ſanctiſſimæ Euchariſtię ante omnem cibum.
5 Fæminarum ad ſacram ſynaxim admiſſio.
6 Baptiſmus paruulorum.
7 Perpetua Deiparæ Virginitas.
8 Symbolum Apoſtolorum.

 9 San-

9 Sanctificatio diei Dominicæ, non Sabbati.
10 Sanctificatio Paschatis Christiani, non Iudaici.
11 Quadragesima, ciborumque delectus.
12 Sanguinis comestio.
13 Fratris, ne frater ducat coniugem, prohibitio.
14 Crucis frequens vsus.
15 Hierarchia, seu subordinatio Ecclesiastica, &c.

De his, vt dixi, inter omnes Christianos, exceptis solis Reformatis, nullum est dubium, quin à Christo per sanctos Apostolos ad nos veluti per manus transmissa fuerint, quandoquidē nusquā disertè scripta sint, & tamen ab vniuersa Ecclesia firmissimè teneantur. Est enim regula S. Augustini (ad cuius nomen ipsi Reformati assurgere se dicunt) per quam vniuersæ Traditiones Apostolicæ, tam illę quas iam recensui, quā reliquæ omnes, nullo negotio dignoscantur: *Illa enim* (inquit) *quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem per totum orbem obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel à plenarijs Concilijs, quorum est saluberrima authoritas, commendata & statuta retineri.*

S. Aug epist. 118. ad Ian. cap. 1. & 2. Itē de Bap. con. Donat. l. 2. c. 7. l. 4. c. 24. &c.

Hac autē Regula semel probata, dicant nobis tandem Puritani, Complicesq;, an Apostolis fas fuisse credāt aliquam doctrinam non scriptam necessariò credendam Ecclesiæ commendare, & proponere? Excreēt semel, clareque rem pronuntient, nec ancipiti mussent formidine. Frustrà moneo. Ait enim Caluinus, *non debuisse Apostolos quicquid collibitum fuit garrire, sed mandata eius, à quo missi fuerant, bona fide proferre.* Quibus nō admodum obscurè indicat, Apostolos garrulos subinde fuisse, & mala fide mandata Christi protulisse; adeoque nullam doctrinam necessariò credendam proponere potuisse. Ait tamē idem, *Non credibile esse nisi Christi mandato manuum impositione vsos fuisse Apostolos. Huic alterum quoque annexum est, inane symbolum non fuisse. Pro Sacramento igitur habendum esse conficitur.* Hæc autem ratio ad reliquas omnes traditiones, prò varia cuiusque conditione, transferri potest; in hunc modum: Sanctificatio *Do-*

Calu. Instit. l. 4. c. 8. n. 4.

Calu in c. 2. Act. Apost.

& ple-

minicæ diei fatentibus *a* Whitgifto, *b* Fulco, *c* VVilleto, *d* Fieldo, & plerisque Reformatorum (ex quibus ingenuè ait *e* Vrsinus, *hanc esse Apostolicam traditionem credimus*) ab Apostolis instituta fuit. Ipsos autem, *sine Christi mandato id fecisse, non est credibile*: Sicut ergò Caluinus per hanc persuasionem, Sacramẽtum credidit, quod in Scripturis diserte non reperitur: sic ipsi cæterisque eius asseclis certam omnem Traditionem Apostolicam esse credendam pari ratione innuitur, cùm *credibile sit sine Christi mandato* illos nihil præcepisse. Proindeque Scripturas authenticas & non authenticas, quas sola traditione dignoscendas esse superius capite sexto ipsi Reformati cõfirmarunt, nisi ab ipso Christo mediantibus Apostolis fuisse declaratas, planè conficitur. Idem dico *de crucis vsu, de Quadragesima, de Ecclesiasticorum hominum diuersis gradibus, de paruulorum baptismo*, cæterisq; omnibus *quæ non scripta sed tradita in Dei Ecclesia custodiuntur*: nempe à Christo per Apostolos, ab Apostolis per suos successores perpetuata traditione (vnde & nomen traditionum habent) ad nos peruenisse. Quibus traditionibus obstrepentes, non minus Apostolis quàm nobis, nec minus Christo quã Apostolis esse iniurios, eâdẽ operâ demõstratur. Hoc verò malum suo sibi iumento (vt aiunt) accersiuerunt Puritani, vt Traditiones Apostolicas non respuant, quin cum Caluino garrulitatis & malæ fidei Apostolos accusent, plurimaq; fidei mysteria in dubiũ vocẽt, ipsas denique Scripturas quas canonicas esse traditione sola, ac Conciliorum *saluberrima authoritate*, non verò ex ipsis Scripturis constat, incertas suspectasq; reddant. Si verò illas admittant: prædicta eorum solemnior Protestatio, fundata in particulari expressaque pro omnibus fide tenendis contrà ac ostendimus Scriptura, nec non peruicacia omnium qui in eam sententiam hactenus iurarunt, erroris saltem ac dementiæ insignioris, ab omnibus iure optimo condemnabitur. Et id lucrati sunt Puritani, maiore veritate quã prudentia totum agmen taxantes Reformatorum, quod *Deum Iesumq; indignè reijciant, Pontificemq; & Romanam Ecclesiam summa iniuria afficiant*, si quicquam citrà Scripturas expressas, fidei ambitu

a In def. 29 539. b cont. Test. Rhem. fol. 463. c in Synopsi pag. 431. d de Eccles. lib. 4. p. 239 241. e De Doctr. Christ. p. 36. Vide Hoker. in Eccl. Poli. pag. 1. 8. 119. Couel. in Resp. ad Io. Burg p. 130. & ad Quastio. Innoc. p. 104.

S. Aug. loc. citato.

bitu

bitu complectantur. Siquidem intra Scripturarum cõcepta verba benè magna pars mysteriorum fidei, vt iam liquet, minimè contrahatur: nec solis Scripturis fides (vt Puritani volunt) alligetur, quin Christus cum Apostolis, Pontifice ac Romana Ecclesia, certius quàm ex aduersa sententia (quam veram sanamq; esse nemo neget) impiè perfideque profligetur. Tot ab vno (de solis Scripturis credendis) concesso absurdo, sequuntur absurda. Proximum est, ab Ecclesia sponsaq; Christi quomodo Reformati vel fulciantur, vel proscribantur, vt disquiramus.

TERTIA PARS.

Reformatos esse Christi Ecclesiæ perduelles.

QVam ego possum Matricem Ecclesiam Christi, seu eam per quã reliquæ omnes propagatę sunt, demõstrare, eandem esse infallibilem, ac intemeratam, seu nunquam errasse, nunquam errare posse, facilè hoc ipso commonstrauero. Id enim conceptis Scripturę sacræ verbis procliue est cuiq; plebeiorũ, nihil obstãtibus inferorum nedum hominũ præstigijs, vt hic apparebit, euincere. Ait siquidẽ in primis Christus Do-
Mat. 16. 18. minus: *Portæ Inferi non præualebunt aduersus eã.* Quibus ipsius Veritatis verbis, tam ab errore, quàm à tyrannide, omnique alia impressione aduersa inexpugnabilem esse Christi Ecclesiam, nemo spõtè non cæcutiens, qui Christo credat, non percipit. In quę verba, mirum est quã orthodoxè senserit alioqui pseudodoxorum perditissimus Lutherus; cùm tandem dicat: *Itaq;*
Luth. tom. 7 Germ. Wit. fol. 561. tit. de Veteri Ecclesia. *Ecclesia mendacium falsamq; doctrinam ferre nec vult, nec potest.* Sed hic remotis arbitris textũ Scripturę expẽdere decreui; subiecturus paulò inferius ex Luthero & alijs Reformatis euidentia ad fidem dictis conciliandam pronuntiata. 2. Expressius
Luca 22. 32. ait idem Dominus ac Saluator noster: *Ego rogaui prò te Petre, vt non deficiat fides tua.* Hic etenim neque in magno neque in paruo fidem Petri, quã postea Ecclesię Matricis esse fidẽ liquebit, deficere

deficere posse, perspicuè cõprobatur. 3. *Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Id est (non coacto & longè petito, sed genuino verborum sensu) tam Scripturarum quàm Sacramentorum, quàm denique omnium ac singulorum dogmatum, docebit vos sanctus Spiritus qui manebit vobiscum in æternum, omnimodam de singulis æternamq; veritatem. 4. *Ecclesia Dei est columna & firmamentum veritatis.* Sicut ergò veritas manet in æternum illibata, & præualet: sic eius columnã & firmamentum sine quo veritas non subsistit, vel à cunctis inferorum viribus deijci in qualemcunque etiam minimum errorem, prosterniue, impossibile est.

Ioan.16.13.

Ioan.14.16.17.
Psal.90.4.
1:6. 2.
3.Esdr.3.13.
4.41.

2 Eam autem Ecclesiam cùm Apostolus dicat esse virginem castam, & soli Apostatæ eam esse à capite & coniuge sua adulteram; ille eam esse sine ruga & macula gloriosam, illi eam esse errorum ac superstitionum sordibus contaminatam, ac coopertã: credant his qui volent, ego certè fundamento Apostolorum & Prophetarum, ipsi summo angulari lapidi Christo Iesu innixus, inclinatusq; recumbam. Nec ipsos Reformatos quantum cerno latet huius Ecclesię certitudo, cùm passim dicant (horis matutinis lucidisq; interuallis) non aliam esse matricem Ecclesiam, non aliam Ecclesiarum primam, aut dominam, ex cuius plenitudine reliquæ omnes participant, iuxta illud: *confirma fratres.* Ait enim primò Bucerus: *Planè profitemur, inter priscos Ecclesiæ patres conuenire, primatum habuisse Romanam Ecclesiam super reliquas Ecclesias.* 2. Ait pro Anglia Iacob; *nullum esse in toto mundo locum tam probabiliter ac Romam totius regiminis Catholicæ Ecclesiæ fontem ac originem.* 3. Ait prò Germania Lutherus: *Nos fatemur sub Papatu multa esse bona Christiana, imò omne bonum Christianum, atque inde etiam ad nos peruenisse.* Post pauca: *imò dico in Papatu veram esse Christianitatem, imò verum nucleum Christianitatis.* Et alibi: *In Papatu scilicet esse Dei verbum, Apostolatum, nosq; sacram Scripturam, Baptismum, Sacramenta, & prædicandi officium ab ipsis sumpsisse. Alioqui quid de istis omnibus nos sciremus?* Qua interrogatione non obscurum facit ex animo se loqui, cùm reuera primi de Deo Euangelioq; nihil scirent Reformati,

2.Cor.11.2.
Ephes.5.27.
Ephes.2.
Luca 22.32.
1. Bucer. in prepar. ad Concilium.
2. Iacob. in Ration. desumptis ex Verbo Dei. pag. 24.
Luth. tom. 4 Germ. Wit. fol. 227. b. & tom. 7. Germ. Ien. fol. 169. b. Item to. 2. Germ. Wit. fol. 279. b. & tom. 4. Ger. Ien. fol. 320.

formati, nisi à Romanis Catholicis edocti fuissent. Quis enim à nostris diuersus quemquam eorum baptizasset, in Christiani hominis officio instituisset, ordinibus sacris initiasset, quando ex tenebris prodire cœperunt? At his verbis Lutheri in rem præsentem manifestissimis omnium aures pateant. *Ecclesia* (inquit) *non debet nec potest mentiri, nec falsum docere, ne in vnico quidem capite.* Subdit: *Cùm Dei os sit os Ecclesiæ, Deus certè mentiri non potest, ergò nec Ecclesia,* nimirum matrix illa quam ipsi fatentur esse Romanam.

Luth tom. 7 Ger. Wit. fol. 561.

3 Meritò igitur, ait Doctor Couellus; *dolemus offendi ab infirmitate Puritanos, ex eo quod nos ducimus esse gloriæ & præstantiæ nobis in Ecclesia nostra; nempe nos modicè egréque ab Ecclesia Romana discrepare.* Sed cùm omnium sit reus, Couelle, qui offendit in minimo: perinde est vt eandem quis cum Ethnicis & Publicanis sortem nanciscatur, in aliquo ac in toto à nobis distare. Verùm cùm multa in hanc rẽ iam à me in vernaculis libris dicta sint, & in hac Britannomachia sparsim dicantur: ne videar effluere vbi opus non requirit, ad gloriam potentissimi nostri Regis Iacobi quædam eius verba meliorem mentem in educatione ac generatione praua, iudicio meo, redolentia, missis aliorum proloquijs, strictim commemorabo. Ait enim in primis; *Ego Romanam Ecclesiam profiteor esse nostram matricem Ecclesiam.* 2. *Hæc mea est constans ac fixa persuasio, nullam debere Ecclesiam remotius à Romana Ecclesia secedere quàm ipsa à se ipsa florente, digressa sit.* 3. *Propter abusus obrepentes non esse religionem abiurandam.* 4. *Scripturis canonicis, tribus fidei symbolis, primisq́; quatuor generalibus Concilijs se adhærere.* Ex quibus dictis, consequutione necessaria, ac manifesta, consequimur, Regem Serenissimum à Sectarijs stare sola persuasione inanis nescio cuius apostasiæ in Ecclesia Romana. Verùm, si vlla Christi verbis, si vlla Concilijs, Patribusq́; fides, illa *Petra* intemerata est, illa *Columna* inconcussa est, illa *Sponsa* rugæ & maculæ expers est, illud *Firmamentum* inuiolabile est. Non enim (vt inquit sanctus Lucius) *Ecclesia Romana Apostolica, mater omnium Ecclesiarũ, à tramite Apostolicæ traditionis vnquã aberrauit: ad quam,* ait S. Cyprianus, *perfidiam habere non posse accessum.*

Couel. in Exa pa. 185.

Lib. 2. de Missa pag. 288. & in consol. Ep. ad Affli. Cath. pag. 117. 118.

1. Verba Regis in domo Parlaméta-ri, præcisè in medio, lit. D. in fine.

2. Rex in Colloq. Hampt. pag. 75.

3. Rex ibidem pag. 73.

4. Idẽ in mon. præfat.

S. Lucius ep. 1. ad Episc. Hisp. & Gal.

S. Cypr. l. 1. ep. 3.

4. Facilè

4 Facilè igitur hunc sibi scrupulum (ah! id indulge, eamq; mentem inspira, benignissime Deus, per Filij tui nomē ac sanguinem) deinceps eximere queat Eximius Rex, cùm hic timor vacet omni occasione, repugnetq; decretę pronuntiatæque Christi Saluatoris liquidæ sententiæ. *Nam* (vt inquit Origenes) *si preualerent portæ inferorum aduersus petram in qua Ecclesia fundata est* (loquitur de Petri Sede Romana) *contra Ecclesiam* [*vniuersam*] *etiam preualerent.* Nulla vtique foret Ecclesia, nulla fides promissione Christi firma, si inuiolabilis quam stabiliuit petra machinis vllis concutiatur, subruatur, euertatur. Hæc mihi dicta, totidem propè demonstrationes, vt ita loquar, *à priori*, esse censentur. *Origen. in Mat. c. 16.*

5 Ad alteram partem, vtrùm abusus aliqui irrepserint in Ecclesiam Romanam, id est in eius doctrinam, (nam de hominum moribus non agimus) dispiciendum nobis est. Prius tamen de substantiæ, seu essentiæ fidei Romanæ integritate, hęc verba Lutheri (cuius sapienter dictis vti dum licet non grauabor, cùm pulcra dicantur esse quæ rara) prætermittenda non videntur. *Quod ad ipsam substantiam & essentiam attinet: Sacramenta, & Biblia, nequaquam abolet Papa. Veruntamen cogere nos vult vt ijs ex ipsius arbitrio & nutu vtamur. Nō negat opus ipsum, sed vsum. Itaq; omnes meæ disputationes, scriptiones, & actiones sunt contrà abusum Pontificis directæ.* Ne autem in symposio hanc Lutheri confessionem sapere poculum, vllus dicat: idem quod hic dicitur, etiam in Confessione Augustana (quàm sobrij Lutherani, si aliud quicquam, vt præsumendum est sobrij emiserunt) his verbis expressioribus resumitur. *Tota dissensio est de quibusdam abusibus qui sine authoritate in Ecclesias irrepserunt.* Et paulò post: *cùm Ecclesiæ apud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab Ecclesia Catholica, tantum paucos quosdam abusus omittant.* *Luth. in colloq. Conuiu. tit. de Sacr. fol. 111. edit. Isleb.* *Confess. August art. 21. pag. 2 a. libri Latini Concordia, impressi Lipsiæ anno 1580.*

6 Ecce, nostram Ecclesiam esse Catholicam. Ecce, abusus esse paucos. Ecce, eosdem futiliter prætendi non probari. Ecce, dissensionem esse de solis prætensis abusibus, nullo articulo fidei nostræ reprehenso. Quæ cùm maxima sint, omnemq; Sectariorum Reformationem esse plane impiam, ac detesta-

bilem rebellionem confirment: id tamen nō est minus; nempe omnes eos qui nos idololatras, superstitiosos, Antichristianos, & à Christiana fide Ecclesiaque Catholica alienos ac remotos, hactenus effecerunt: *iudicio omnium eruditiorum Reformatorum, ignaro Zelo peccasse.* In quos proinde verba Caluini ad hanc rem appositissima militāt: *cùm sub specie perfectionis imperfectionem nullam tolerare possumus, aut in corpore, aut in membris Ecclesia: tunc diabolum nos tumefacere superbia, & hypocrisi seducere moneamur.* Quæ verba Caluinus in se suosq; à nobis retorta, vt probe euitet, nemo temerè concipiat, nemo prudens expectet.

Doct. Some in Defen. cō. Penrie p. 176. Doct. Couel. in Def. Hokeri p. 68 73. Edm. Bunnius in sua pacificatio. Calu. art. 2. con. Anaba.

7 Ex quibus positionibus (mea certè quanta quāta est sententia) liquidissimis, fas mihi sit conclusionis loco, Doctoris Fildei, qui se putat aliquid esse cùm nihil sit (vtpote Christophorsoni mei inuicta dextera ad nihilum redactus) appositis ad hanc rem verbis omnes ac singulos ab optimo animo affari Reformatos. *Quid restat hominibus satisfactionis auidis in tanti momenti rebus? nisi diligente indagine inuestigare, quanam inter omnes hominum societates est illa sancta sodalitas Sanctorum, illa fidei familia, illa Christi sponsa, & Dei viuentis Ecclesia, quæ est columna & firmamētum veritatis, vt sic eius amplectantur consortium, sequantur præscripta, eiusq; arbitrio acquiescant.* Recte mones. Hoc fac & viues.

D. Fildeus in ep. Dedic. tr. de Eccles.

QVARTA PARS.

Reformatores repugnare Concilijs ac Patribus.

1. CVM duo hic Deo fauente prorsus cōstabūt, idq; ex proprijs Reformatorū scriptis; alterū, admodum esse stabile in fidei negotio, seu ad fidem probè erigendā, Conciliorum ac Patrum fundamentum: alterum tali tantoque præsidio, ex diametro, Reformatores obsistere: Tertium quoddam ab his distinctum, propter ea quæ hic dicentur, enata quadam necessitate subsequetur; nempe Reformatorum doctrinam haud stabili fundamento seu substructione esse suffultam, & vel nullis vel inanibus cassisque sublicis esse statuminatam, adeoque breui collapsuram.

2 Con-

2 Conciliorum ac Patrum stabile fidei gignendæ, tuendæque esse fundamentum, non secus ac nos (licet diuersa constantia) plerique Reformatorum profitentur. Obuia Lutheri, Bezæ, aliorumque exterorum pro hoc membro suffragia prætermittam, vt in Britannomachia Britanni primas obtineant. *Audi Campiane* (inquit VVitakerus) *quam ea die Iuellus vocem verissimam ac constantissimam emisit, quando ad sexcentorum annorum antiquitatem prouocauit, vobisq; obtulit, vt si vel vnicam ex aliquo Patre aut Concilio claram ac dilucidam sententiam afferetis, non recusaret quin vobis palmam concederet: Ea est nostra omnium professio, idem omnes pollicemur, fidem non fallemus.* 2. Ait VVhitgiftus: *Illud nobile & inclytum Concilium Nicenum ab omnibus sapientibus, doctisq; honoratur, commẽdatur, suscipiturq; proximè post Scripturas.* 3. Ait Fildæus: *Episcopi in generali Synodo congregati possunt Scripturas interpretari, & sua authoritati vniuersos refractarios subijcere, & vnumquemque tali concordi interpretationi obstrepentem excommunicare,* &c. Subiungit: *Penes ipsos solos est suprema obligans & imperans authoritas.* 4. Ait Bilsonus: *Synodi sunt securissima media ad controuersias dirimẽdas.* 5. Ait Mortonus: *Generale Concilium, est supremus Iudex controuersiarum.* 6. Ait Eduinus Sandes: *Generale Concilium est vnica spes recidua ad dirimendas contentiones.* Hæc pauca ex plurimis de priore huius partis membro.

1. Witak. in fine Resp. ad 5. Ration. Campiani pag. 90.
2. Whitg. in sua Defens. pag 330.
3. Fild. de Eccl. lib. 4 c. 6. pag. 228.
4. Bilson. in Regimine perpetuo pag. 374 & 370.
5. Morton. Apol. par. 2. l 4. c. 18 pag. 340.
6. Eduin. in sua Relatione. S. 2. b.

3 Huic tali tantoque fidei firmamento Reformatores (plerosque non omnes, nam ita saltem in aliquo conuenirent) repugnare, ista eorum effata vel maxime incredulis persuadebunt. Primùm, sit Lutheri: *Nullum Concilium vidi inter omnia in quo Spiritus sanctus reperiatur.* Rursum: *Incerta sunt* Concilia, *neque fidendum est illis. Nullum enim tam incontaminatum, quin fidei aliquid detraxerit aut addiderit. Ipsum Apostolorum Concilium, quamquam est omnium primum, & purissimum, tamen aliquid vnà miscetur.* Et alibi: *Inter maxima Christianitatis mala, numeranda est illa perniciosissima & abominabilis opinio, qua putantur Concilia Spiritum sanctum habere.* Secũdum sit multorum simul Reformatorum sacrosanctum Nicenum Concilium, contumeliosissimè, vt hæretica fert indoles, & petulantia, reprehendentium.

1. Luth. in Postilla Wit. conc. 1. post Dom. Trin fol. 1 4. Et art. 115. in 500. art. Idem tom 7. Germ. Wit. fol. 262 b.

1. Beza in præf. Noui Test.
2. Luth. de Concilijs.
3 Cal. opusc. de Vera Eccl. pag 480.
4. Musc. in loc.com. c. de Ministris pag. 193.
5. Blādrata apud Bezam ep. 81. pag. 334.
6. Calu Inst. l. 4. c. 9. n. 8.

Concilium Nicęnum:
1. in quo, *Satan iaciebat fundamenta primatus Romani Pontificis, inuocationis Diuorum, adorationis imaginum, liberi arbitrij, meriti, indulgentiarum & eiusmodi spurcitias.*
2. in quo, *aliud nihil præter fœnum, stramen, ligna, stipulas*
3. in quo, *Patres fuerunt phanatici.*
4. in quo, *Patres fuerunt à Satana instigati.*
5. in quo. *Patres fuerunt Sophistæ.*
6. in quo, *est quod iure desideretur.*

4 In quos omnes blasphemos Rapsaces, Reformatores inquam, vnum eorundem obiter, & quidem ipsum qui agmen ducit Bezam, acrioribus quidem, meritissimis tamen verbis inuectum, audire ne pigeat. *An non (*inquit*) dum ista nonnulli à vobis peterent in mentem vobis veniebat amplissimus ille Nicenæ, Ephesinæ, Chalcedonensis Synodi concessus, quo nihil vnquam sanctius, nihil augustius ab Apostolorum excessu Sol vnquam aspexit? Non adfuit vnus saltem ex multis qui tam indigno decreto intercedens, maximos illos & præstantissimos angelos Dei Sophistas fuisse negaret? Nam vt in ipsis næui aliqui fuerint, qui putat fundamentum omnis Religionis, id est veram veri Dei cognitionem illos non tenuisse, sanè indignus est qui in Ecclesia Dei censeatur. Hoccine est, quæso, grata saltem memoria prosequi tot Sanctissimorum & eruditissimorum virorum inexhaustos pro hac defendenda & ad nos transmittenda veritate labores, vigilias, lachrymas, gemitus, exilia, martyria? Non pendemus inquiunt nonnulli, à Patribus, sed à Dei verbo. Quosdam verò etiam non pudet ista, vt loquuntur, dialectica potius quàm Theologica aspernari. Atqui miror, An vnquam isti scripta illorum perlegerint quibus vt Sophistis conuitiantur. Nam si legerunt, Qua fronte illos audent opponere Dei verbo, quos constat vno Dei verbo nixos fuisse? Sin verò illa vel non legerunt prorsus, vel oscitanter legerūt: quis hic pudor est discipulos sedere suorum magistrorum, etiam non auditorum, Iudices? Ista verò putida obiectio, voces illas in Scripturis non inueniri: quoties obiecta, audita, repulsa, damnata est, omnium bonorum & doctorum iudicio?* &c. Inter plura à Beza his verbis beneficia

Beza ep. 81. pag. 334. 335

nobis

nobis oblata, delibare libet bina omni attentione dignissima documenta. Alterum est, *indignum esse qui in Ecclesia Dei censeatur* (sunt verba Bezæ, omnium quæ dixit certissima) *qui putat in istis Concilijs fundamentum omnis Religionis non perstitisse: quibus Concilijs solē nihil sanctius, nihil augustius, ab Apostolorū excessu vnquam aspexisse* certum esse profitetur. Alterum est (quod superius pagina 40 datâ operâ ostendimus) *vno Dei verbo nixos fuisse sanctos Ecclesiæ Patres, eosdemq́. non nisi perfricta ign... um fronte opponi sacris Scripturis, quas inexhaustis laboribus, vigilijs, lachrymis, gemitibus, exilijs, martyrio ijdem Patres defenderunt, & ad nos transmiserunt*. Ex his enim fundamentis primò applaudendum censeo potentissimo Regi nostro Iacobo dicenti, vt paulò superius indicaui, *Prima quatuor Generalia Concilia tamquam Catholica & orthodoxa se venerari, ac recipere*. Siquidem iudicio Bezæ, *indignus alioqui esset qui in Ecclesia Dei censeatur*. Dabit autem benignissimus Deus, quod spero, voueoque, vt in reliqua omnia Concilia omnemque eorum doctrinam tandem pari iuret promptitudine. Par enim est ad omnia reliqua atque ad ista diuinę promissionis certitudo. Par inquam pro millenis posterioribus annis, si sint futuri, atque centenis prioribus, ipsoq; Apostolorum tempore, diuini Spiritus inseparabilitas. Denique par intemerata in omni veritate semper inspiranda, tradenda, conseruāda optimi, ac vigilantissimi cælestis Institutoris, sedulitas. Quod & Lutherus voluit verbis paulò superius recitatis; inquiens: *Itaq́, Ecclesia mendacium falsamq́. doctrinam ferre nec vult, nec potest*. Secūdo, vnum tantum est quod per solemnem hanc suam protestationem à Rege Serenissimo demississimis precibus efflagitem; vt aures occludat ijs siue manifestis hæreticis, siue latentibus schismaticis, qui nonaginta quatuor doctoribus, viginti octo pontificibus, quatuordecim Concilijs approbatis non verentur adulationis causa, eo solo prętextu obstrepere, quod non ita conuincentibus testimoniorum momentis præmantur, nec rationum omnium tanta euidentia confutentur, quin probabili effugio relinquatur ipsis locus. Bone Deus! cui vnquam errori defuit, oblata opimiori esca, vel inuidiæ stimulis fodican-

Beza loc. cit.

Iacobus Rex in Monitoria præf. pag. 48. edit. Gen.

Luth tom. 7 Germ. Wit. fol. 561. tit. de Veteri Ecclesia.

Vide Schulkennium pag. 35. 47. 134. 632.

fodicantibus, infœlicior venalis ingenij patronus? Quasi verò probabile reputetur, quod tota Ecclesia legitimè congregata damnauit, cùm eius contradictorium omnibus fidelibus credendum proposuerit. *Ferendus quidem* (ait S. Augustinus) *est disputator errans in alijs quæstionibus non diligenter digestis, nondum plena Ecclesiæ authoritate firmatis. Ibi ferendus est error. Non tamen progredi debet, vt etiam fundamentum ipsum quatere moliatur.* Et alibi: *homines sumus. Vnde aliquid alter sapere quam se res habet, humana tentatio est. Nimis autem amando sententiam suam ad præcidendæ communionis, & condendi schismatis vel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est.* Quid autem potest esse magis digestum, quid magis Ecclesiæ authoritate firmatum, doctrina tot Concilijs, tot Pontificibus, tot Doctoribus stabilita? Quando item impensius amatur sententia propria, quando aliàs compendio procliuiori ad sacrilegium schismatis vel hæresis condendum peruenitur, quàm cùm ad dolosam captus humani trutinam exigunt proterui rationes quibus cedere vel nō cedere velint? Profectò opportunè se hic offerunt aurea illa S. Augustini verba, *Nobis tutum est in ea non progredi aliqua temeritate sententiæ quæ nullo in regionali concilio cæpta, nullo plenario concilio terminata fuit. Id autem sit cura secura vocis asserere, quod in gubernatione Domini Dei nostri vniuersalis Ecclesiæ consensione roboratum est.* Hoc tutum est, hoc modestia Christiana dignum, vt integrum relinquant omnes qui in numero Christianorum conscribuntur Concilijs Ecclesiæque capiti suum ius, quo dicant (sine probationum necessitate) *visum est Spiritui sancto & nobis.* Concilia enim capiti suo vnita, falli nequeunt: quibus proinde dicentibus non probantibus, captiuato intellectus iudicio est obtemperandum. Alioqui tantum probantibus credentes, non fidei sed sciētiæ, non authoritatis sed rationis, ductum sequuntur. Caueant autem ne volentes veritatem habere priuatam ea priuentur, & nolentes veritatis conciliorum esse discipuli, errorum & temeritatis fiant magistri. Non enim Catholicis sed Reformatis ijsque reliquorum impudētissimis congruit dicere, *quādiu consistimus in concilijs & Patribus, semper versabimur in ijsdem erroribus.*

S. Aug. de Verb. Apost. serm. 14.

Idem ep. 57. ad Dardanum.

S. August. de baptismo cō. Donatist. li. 2. c. 1. & lib. 7. c. 53.

Act. 15.

Vide S. August. confess. l. 12 c. 25. & S. Iren. l. 3. c. 3. Petrus Martyr de Votis p. 476.

5 Quod

5 Quod de concilijs, idem de Patribus Doctoribusq; ijdem Reformati decernunt. Nam vt olim dicebat ex fastu hæretico Nestorius, *Veterum interpretum scripta perdiscere se nolle, vnde & in hæresim lapsus est:* sic idem nõ horruit dicere Zuinglius. *Multum* (inquit) *laborando exempla Patrum & Doctorum recenses. Cogita quæso, quinam isti Doctores fuerint. Sacerdotes nimirum vel Papistæ. Doctores ego non multum moror, nec enim mihi otium est vt illos euoluam.* Contrà verò Doctores Patresque legit Lutherus quidem, sed tanta cum inuerecundia, & procacitate, vt non legisse longè præstaret. Ait enim: *Doctor Martinus Luther vult sic habere, & dicit Papistam & asinum esse rem vnam. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Dicitq; se Doctorem esse super omnes Doctores in toto Papatu.* Iterum: *Neque alia doctrina in Ecclesia tradi, & audiri debet, quã purum verbum Dei, hoc est, Sancta Scriptura. Doctores vel Rectores alij, cum sua doctrina, anathema sunto.* Et alibi: *Chrysostomum in nullo loco habeo, non enim est nisi loquaculus. Basilius nihil valet, totus est monachus: ne pilo quidem illum redimerem. Cyprianus infirmus est Theologus. Augustinus de fide nihil quod sit alicuius momenti tradit, nisi cùm illi negotium est cum Pelagianis. Apologia Philippi Melancthonis omnes Ecclesiæ doctores superat, etiam Augustinum. Hieronymus non est dignus qui inter Ecclesiæ Doctores nominetur. Fuit enim hæreticus. De fide & vera religione ne verbum quidem in ipsius scriptis extat. Nullum scio cui æquè infestus sim ac Hieronymo. Nam tantum scribit de ieiunio, ciborum delectu, virginitate, &c.* Hic obiter causas his verbis comprehensas, ob quas Lutherus Patribus succenset, ab omnibus considerari conducat. His similia alibi recensui in hac Britannomachia l. 1. c. 6. sed latius in Confutatione Rideri, pagina 25. 26. 27. 28. 31. 32. &c.

Socrat. hist. l. 7. c. 32. & Vincen. Lir. c. 41. Zuingl. to. 1. in Resp. ad Valentin. Luth. tom. 4 Germ. Wit. anni 1551. fol. 475. & tom. 5. Germ. Ien. fol. 24. Idem in ca. 1. ad Gal. to. 5. fol. 295. Idẽ in Colloq. Mens. tit. de Patribus Eccl. & Doctoribus Scholasticis.

6 An ex his tam apertis, tamque ad rem disertis præmissis contrà Concilia, Patres, ac Doctores, sua tandem spontè non subsequatur quam diximus conclusio; discrepantes nimirum ijsdem Concilijs, Patribusque esse Reformatores, & sibi ipsis inter se eosdem refractarios, discordes, ac antilogijs mutuis implacabiles, adeoque ruinæ proximos: vel ipsi nostri inimici sint iudices. At de Concilijs Doctoribusque hactenus, idque

pluribus quàm ſtatueram, non quidem prolixitatis amore; nō otij abundantia, non obtundendi Reformatorum aures voluptate, ſed argumenti magnitudine & exuberantia. Tali enim illecebra furtiuè & inaduertenter in fraudem non pœnitendam illectus, paucioribus perſtringere ea non potui, quæ na his quidem cancellis commodè licuit coanguſtare.

QVINTA PARS.

Reformatores ſponte atque iactanter abiurare Pontificis poteſtatem, eumq́; Antichriſtum indigitare.

1. VT intelligatur quanto columine, quantoq́; adminiculo priuentur qui Romani Pontificis poteſtati ſe ſubtraxerunt: à Concilijs, Patribuſq́; quis & qualis Romanus Pōtifex ſit, cum magna vtilitate ediſcere non grauemur.

Apud Bellarm. li.3. de Rom. Pontifice cap.5.

Conciliorum Patrumq́; ſuffragijs, Pontifex Romanus eſt

1. Papa.
2. Pater Patrum.
3. Chriſtianorum Pontifex.
4. Summus Sacerdos.
5. Princeps Sacerdotum.
6. Vicarius Chriſti.
7. Caput corporis Eccleſiæ.
8. Fundamētum ædificij Eccleſiæ.
9. Paſtor ouilis Domini.
10. Pater & doctor omniū fidelium.
11. Rector domus Dei.
12. Cuſtos vineæ Dei.
13. Sponſus Eccleſiæ.
14. Præſul Apoſtolicæ Sedis.
15. Epiſcopus vniuerſalis.

Reformati è contra, Conciliorum Patrumque ſuffragijs ſpretis, Romanum Pontificem benè contrarijs ornant emblematibus; *Draconis, Beſtiæ, Meretricis, Antichriſti, Hominis peccati, Filij perditionis &c.* Adeò vt vnus eorum Gabriel Pouellus, nihil veritus.

veritus asseueranter: *Deum sanctè testor, me tam certò scire Pontificem Romanum esse magnum illum Antichristum, quã Deum ipsum esse creatorem visibilium & inuisibilium, & Iesum Christum esse verum Messiam.* Sed & Glossa in Articulum 19. Doctrinæ Anglicanæ, ait *in Concilio Rhemensi Romanum Pontificem declaratum fuisse Antichristum.* De vtroque autem tam Pouello, quàm Rogero Glossatore, mihi in transcursu pauca occurrunt dicenda.

Pouellus in trac. de Antichristo p. 2. Roger. in gloss. art. 19. Doctr. Angl. prop. 7. ex Arnulpho de Conc. Rhem. inter opera Bernardi.

2 Nisi in primis in tanta asseueratione splẽdidè mentiatur Pouellus, aliã habet fidẽ à Rege suo, & Primarijs Reformatis adeò diuersam, vt quod illi vel incertum vel falsum reputant, hoc ipse habeat prò articulo priuatæ suæ fidei nescio quoto, cùm in numero articulorum fidei quos Apostoli tradiderunt, non satis (vt ostendam inferius) Reformati sibi constent. Rex enim noster Potentissimus, incertum se esse de hoc articulo his verbis profitetur: *Sanè quod ad definitionem Antichristi, nolo rem tam obscuram, & inuolutam, tanquam omnibus Christianis necessariam, vrgere.* Quin immò, magis falsum quàm incertum esse Regis iudicio articulum, hæc ibidem verba clarissimè ostendunt. *Si de Primatu* (inquit Serenissimus Rex) *quæstio adhuc verteretur, meo libens suffragio primum locum Episcopo Romano deferrem. Ego occidentalis Rex occidentali Patriarchæ adhærerem.* Audeatne nunc Pouellus Antichristum eum esse male fida fide iurare, quem Rex Patriarcham occidentis agnoscit, cuiq; se adhæsurum propalam profitetur? Verum quidem est, inter Caluinistas Gallos anno 1603. in Gapiensi cõuenticulo, articulum Pouellanum obtinuisse pseudosynodali scito locum, donec cum Henrico Magno infandum videri, denique displicuisse, intelligerent. Tunc enim pari leuitate ex suo cothurnali symbolo ad gratiã hominum versatili, articulum illum bona synodus detruncauit, qua in fide symbolum præposterà impietate eum inseruerat. Respexit nimirum ad illud Clearchi:

Rex in præf. monit.

Richemme in Idol. Haret. pag. 140. 141.

Vt semet populo quemcumque accesserit, aptet.

Vel ad illud Pindari apud Plutarchum:

Clearchus apud Athenæum. Plutarch.

Pròque loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.

3 Imitabitur hanc indubiè synodalem suorum inconstantiam

tiam Pouellus, cognita semel Regis in contrarium sententia: cùm ad Principum nutum totus passim Ministrorum componatur Orbis. Quod sine suo dedecore vt libentius Pouellus faciat: duces se sequuturum Reformatorum corypheos intelligat. Luthero enim (nisi cùm insaniret) tantum abest vt Papa esset Antichristus, vt potius ab ipso diceretur *Superior omnium cæterorum Pontifex, ac Monarcha*. Bucero quoque est *Primas cæterorum, & Petri successor*. Wiclefo denique est *Summus Christi Vicarius in terris*. Quibus primarijs Reformationis Antesignanis, nolim tam valdè sibi Pouellus placeat, vt ijs oculatiorem, vel magis illustratum esse se putet; quamuis vt talis sit, Strabo, ac Vespertilio, & tantum non talpa adhuc esse valeat.

Luth. in Resolut. Proorum Disp. ad Leon. X. Bucer. in præparatorijs ad Concilium. Wicl. epist. ad Vrbanũ.

4 Nunc quod attinet ad Glossatorem Rogerum: ab ipso ante omnia aueo scire an quid, & de quo scribat, probè intelligat. Primò enim, de Gereberto Arnulpho agit, qui non dixit Romanum Pontificem denunciatum fuisse in Synodo (quæ tamen pseudosynodus fuit) absolutè Antichristum, sed ex hypothesi; *Si charitate* (inquit) *destituatur, & sola scientia infletur ac extollatur*. Per Regulas autem Logicales minimè licet progredi à conditionato ad absolutum, cùm sit sophisma (vt loquũtur) dicti secundum quid ad dictum simpliciter: qua tamen fallacia opportunè voluit Rogerus fallacem ac falsam doctrinam suffulcire ac sustinere. Idem quoque Gerebertus qui dictę pseudosynodo præfuit, posteà Romanus Episcopus factus est sub Siluestri secundi appellatione. Quod ergò verbis imperitior dixisse dicitur, factis consultior improbasse ostenditur. Rogerum verò nobis risum meritò mouere nemo neget, cũ pinguioris Mineruæ sophismis suę doctrinæ fidem in hac scientiarum luce captet, & Romanum Pontificem, arbitrio Romani Pontificis esse Antichristum, contendat. Talem debuit talis doctrina habere Glossarium doctrinę expertem.

Vide Baron. tom. 10. ad an. Christi 992.

5 Cùm itaque per fas & nefas vulgus Reformatorum velit Romanum Pontificem esse Antichristum, nec vllis momentis vel monumentis quomodocunque repugnantibus ab illa sententia exire aut liberari: quanta id suorum teneat consensione, vel

ne, vel

ne, vel potius quàm dissona suorum id nesciat contentione, videtur nunc ex separatis singulorum opinionibus, sedulò attendendum. Maximi quoque interest, vt inter alia extrà modum absurda epiphonemata istius impij & impudentis paradoxi, hoc acriori mentis attentione percipiatur: quod vniuersos Principes Christianos tam Catholicos quàm Sectarios summa omnium quæ irrogari possunt iniuria afficiat. Catholicos quidem, qui per illud constituuntur Antichristi adoratores, adeóque Christi iurati hostes. Nemo enim eorum est, qui vel per se, vel oratores suos, Romano Pontifici filialem obseruantiam cultumque aliquo tempore, immò semper, non exhibet. Sectarios verò, qui cum adoratoribus Antichristi vetitam à Deo amicitiam & fœdera colunt. Prudens ergò fuit Henrici Magni intercessio prædicta, vt & Maximiliani Ducis Bauariæ in sessione 13. colloquij Ratisbonensis, ne id Hæretici, vel Status causa (cùm in omnes Christianos Principesq; sit apprimè iniuriosum, ac contumeliosum) asseuerare vlterius audeant. Cæterùm, eorum sententias auscultemus.

6 Prima igitur reformata opinio, somniat Antichristum saltem immediatè post mortem Apostolorum sedem Christi occupasse, ac deinceps perpetuò tenuisse. Dixi, *saltem immediatè*: quia non nemo Reformatorum innuit ipsum S. Petrum fuisse perditum istum Christi aduersarium. Ait enim Catalogus Testium veritatis: *Quare tam peruersa* PETRI *ambitio, & rerum diuinarum ignorantia. &c. haud dubiè significauit Romanum Pontificem quod primus, ac priuilegiorum Petri hæres esse volet, mox futurū rerum cælestium ignarum, ac contemptorem*. Accedit Lutherus, inquiens: *Petrus Apostolorum summus viuebat, & docebat, extrà verbū Dei*. Consentiunt Magdeburgenses Cēturiatores, quindecim vel sedecim enormia S. Petri crimina ad eius Primatus florem discerpendum supputantes. Pro priore verò huius dogmatis insani parte faciunt hæc verba diuersorum: [a] *Statim post Apostolos omnia inuersa sunt*. [b] *Post mortē S. Ioannis Apostoli statim cœperunt defectiones à fide*. [c] *Missa concepta, genita, edita fuit statim à tempore Apostolorum*. [d] *Euoluentes concilia, Patres, historias, ab Apostolis deinceps,*

Vide Bez. in Confess. Genen. c. 7. & 12. & ad Thess. c. 2. Iun. in Reuelat. c. 10. p. 237. & ad 4. Bellarm. Catalogus Testium edit. 1597 to. 1. pag. 27. Luth. tom. 6 Germ. Ien. fol. 86. to. 7. Germ. Wit. fol. 483. Cent. 1. l. 2. c. 10. col. 558. 559. 560 580 &c.

a Seb. Frāc. ep. de abrogand. statu Eccl.

b Hamilmā. lib. de trad. Apost. col. 460. lin. 18.

c Beaconus in Reliq. Rom. f. 344.

d Midleton. in Papistomast. p. 193.

impressa cernimus pedum Pontificis vestigia. [e] *Antichristus natus est tempore Apostolorum: cæpit regnare tempore Phocæ Imperatoris: reuelatus est tempore Lutheri: destruetur in fine mundi.* Alludere videtur author huius vltimi dicti ad æquè insulsum dictum Illyrici: *Antichristus conceptus est anno 400. formatus & nutritus in vtero materno circà annum 500. natus anno 600. circa tempora Phocæ.* Quibus dictis portentosis ne ipsa quidem Africa aliquid vidit vnquam monstrosius: cùm 400. annis natum dicatur id quod nōdum conceptum; & regnare cœpisse quod nondum natum aut reuelatum; & in vtero materno adhuc formari ac nutriri, quod aliquot sæculis esset iam genitum.

e Pouell. de Antichristo, l 1.c.1.§.8.

Illyric.cēt.6. c.1.in princ.

2. Trāsiluani De præmonitionibus Christi & Apost.

3 Naper in Apoc pag 66 68.

4. Phil. Melanct. in loc. com. vlt. edi.

5. Beza in Confess. Geneu. Gener. cap. 7. n. 12. Witak. con. Bellar. p. 57.

6. Luth in expl. ep. 1. S. Petri, & in supput. tēp. Iconius in suo 2. elencho.

7. Witak. cō. Bellar. cōtr. 2. q. 4 p. 144

8. Simon Voion in ep. ad cat. Doct. Fulc. in resp. ad Cath. personatum pag. 36. Douham. in tr. de Antichr. l. 1. p. 4. Wille. in synopsi p. 160.

SECVNDA SENTENTIA.

Sub annum ducentesimum innotuit Antichristus.

TERTIA SENTENTIA.

Anno 313. Siluester prodijt Antichristus.

QVARTA SENTENTIA.

Ab anno 420. Zozimus Antichristorum fuit dux; à quo reliqui nihil degenerarunt.

QVINTA SENTENTIA.

Anno 440. Leo architectus Antichristiani Regni, arrogantiam Antichristianæ sedis spirauit.

SEXTA SENTENTIA.

Gregorius Papa reuera sanctitatem polluit anno 600.

SEPTIMA SENTENTIA.

Dempto Gregorio, omnes sequentes Pontifices fuerunt Antichristi.

OCTAVA SENTENTIA.

Dempto Sabiniano, omnes reliqui Romani Pontifices ab anno 607. fuerunt Antichristi.

NONA

NONA SENTENTIA.

Solus Turca est ipsissimus Antichristus ab anno 900.

DECIMA SENTENTIA.

Gregorius septimus fuit primus manifestus Antichristus anno 1074.

VNDECIMA SENTENTIA.

Ab anno Christi 1200. vel potius 1260. vel certè 1300. prodijt Antichristus.

DVODECIMA SENTENTIA.

Incertum est vtrum Antichristus hactenus exortus sit. Immò potius certum est, non esse venturum ante extinctum Romanum Imperium.

9. Phil. Melanct loc com. de 4 præcept. Bucer. in ps. 22 fol. 146. 147. Fox. edit. an. 1569. p. 701. & edit. an. 1576. pag. 539. 10. Dounhã. loc. cit. p. 110. Iun. loc. cit. pag. 257. & ad c. 2. Bellarm. 11. VVolf. Muscul. in loc. tit. de Ecclesia c. 12. Fox. in Apo. pag. 98. 245. 346. 347. Naper. in Apoc. pag. 155. 161. 12. Bulling. præf. Conc. in Apoc. Schelteo de 2. Aduentu, edit. Angl pag. 21. Plessæus tr. de Eccl. c. 9. pag. 286. Lambert. lib. de Antichr. pag. 74. 75. 79. Douæus conc. de 2. Aduentu sub finem. Zanch. in ep. 2. Thess. c. 2. pag. 238. &c.

Elenchus in has sententias.

QVAM lynceos oculos Pouellum (si superius non mentiatur) habuisse oportet, tã exploratè intuentẽ Antichristũ, vt Deũ testetur se tã certò ipsum dignoscere, quã quod de Deo per fidẽ firmissimè tenet: de quo tamẽ cæteri Reformati oculatissimi vsq; adeò caligãt, vt prorsus adhuc nesciãt, an per nebulã, vel vmbrã, conspicati ipsum fuerint: demumq; dicant, ipsum sibi non modo nõ fuisse aliquãdo visum, verũ etiam non prius à se, vel alijs, olim videri posse, *quã sit diuisa ac deleta Imperatoris Romani monarchia.* Quapropter in arcto salebrisq; cõstituti, prorsusq; scitis suis adynatis de Antichristo veluti in cœno ineluctabili perplexi, has similesq; de fęlici infęlicis dogmatis exitu desperato, perturbatorum hominum pudendas dictu effutiunt voces, *Non est nostrum designare quo temporis momento cœperit Ecclesia deficere.* Iterum: *Neque dicere possumus per quem aut quando vestrã doctrinam superseminauerit inimicus,* &c. Nos autẽ Catholici dicimus, vel potius prò nobis Christus Dominus in penultima præcedẽte parte, Ecclesiam eiusdem Christi Saluatoris nostri

Bucanus in loc. com. pag. 466. Pouel. ad Supplic. Papist. p. 43. Whitak. cont. Duræum p. 277. 477. Fulc. cont. Stapl. & Martial. p. 25. Winckleman. in Apoc. pag. 263. &c.

inuicta dextra fundatam, & Spiritus sancti assistentia indiuidua gubernatam, defecisse nunquam, nec aliquando posse deficere: nullum inimicum in eo sato quod à vigilātissimo Agricola custoditur, superseminasse, aut potuisse seminare, aut aliquando seminaturum zizanium. Quod de insano Reformatorum paradoxo, de quo nesciunt duo eorum consentire, nec in concepta imaginatione vllus eorum, nequidem ipse Pouellus (vt in tractatu de Adiaphoris anno 1607. pagina 118. innuit) diu persistere, aut sibi constare valeat, dixisse sufficiat. Quomodo enim quiduis respondere talibus non sufficiat obiectis, quorum singula à singulis sponte sua falsitatis, & mendacij, redarguuntur? Et quomodo non molestissimè ferant cōsonis vocibus assuetæ Christianorum aures, horridulum discordantium choreuma, in quo discantor cum succentore, & intercentor cum occentore, modum ac modulationem nullam, sed potius insuauem intolerabilemq; diaphoniam, & solum porcinam melodiam obseruat? Alioqui profectò, in hac disceptatione minimè perfunctorius haberi conarer. Nunc autem de ea mutuis his impugnantium contradictionibus, & tanta ac tam iugi nostrorum prò Dei in terris Vicario scriptione securus, his potissimum sancti Irenei, sanctiq; Hieronymi testimonijs fretus [*Aduersus eos, victoria est sententiæ eorum manifestatio: sententias eorum prodidisse, superasse est;*] aliud nō adijciam.

S. Iren. l. 1. c. 35 S. Hieron. ep. ad Ctesiphontem.

SEXTA PARS.

Reformatores perperam priuato spiritui, insomnijsque, fidem habere.

SI rectè memini, hæc Lutheri verba cōsiderationi omnium enixè commendaui, in capite sexto primi libri Britannomachię, eiusq; numero secūdo: *Tot inter nos* (inquit Lutherus) *Religiones sunt, quot homines. Neque asinorum quisquam est tam hebes, & vecors, qui insomnia proprij capitis, & propriam opinionē prò instinctu Spiritus sancti, & seipsum prophetam haberi nolit.* Vix vspiam Reformati

Luth. tom. 2. Germ. Ien. fol. 101. epist. ad Antuerp.

Reformati degunt, vbi quod hic dicitur quotidie non euenit vſu: vt in citato loco, & cap. quarto, ac quinto ibidē prolixè demonſtraui; cōmemoratis in particulari diuerſis impietatis, ac blaſphemiarum capitibus, ex hoc fundamento emanantibus.

Anno 1605. primo Maij (inquiunt Chronica Anglicana) *Richardus Haidocus Medicus, veniam poſtulauit ab Archiepiſcopo Cantuarienſi, quia Regi alijsq́ illuſiſſet prætextu inſpirationum, & nocturnarum per inſomnia cōcionum: qua fraude ità vulgo impoſuit, vt vix aliud etiamnum inducatur credere nequidem patefacta ipſius confeſſione.* Proh Dei immortalis fidem, quid eſt calamitoſum ſi hoc non ſit? vbi Scripturis, Eccleſiæ, Concilijs, Patribus, permodica vel potius nulla, ne quidem humana fides tribuitur: ibi tamen his Agyrtis, Medicis, Circulatoribus, etiam ſomniantibus, adeò à multis firmiter ac promptè eam adhiberi, vt ne moniti quidē fraudis, errorem abijcere velint. Cæterùm interrogemus ipſos Reformatores, & ſingulos de ſingulis: non dubitabunt dicere ſolis illuſionibus & ſomnijs à fide Catholica vnumquemque fratrum in Reformationis barathrum leuiſſima & perfidiſſima defectione fuiſſe abreptum. De Luthero enim aiunt proprij diſcipuli; *Somniatorem fuiſſe qui nocturnas viſiones prò puro puto verbo Dei venditaret.* De Caluino quoque proprium os teſtatur; *magis à ſuo genio quàm ingenio ſubinde fuiſſe impulſum.* De eius verò diſcipulis ſcribunt Fratres; *chartis eos mandare quod noctu ſomniarunt, & prò oraculis haberi velle.* Sed quia contrà Riderum pag. 136. 137. & alibi, de his ſomniatoribus plura à me dicta ſunt, & paſſim de ſpiritu priuato agendum erit, plura hoc loco perſcribere ſuperſedebo.

Compend. Chron. Stoici pag. 445. 445. edit. Lond. an. 1611.

Vide Stapl. Reſp. cont. Schmidelin. pag. 404. Lind. dial. 3. c. 1. Dubitā. Spangeberg. in Veraci narrat. beneficiorum Ochin. dial. cont. ſectam terrenorum Deorum. Schluſſelb. in præf. de Theol Calu.

Ex his omnibus cùm videamus non in petra, ſed in ſterili arena hanc Reformationis fabricam ab inſipientibus eſſe extructam, & iam ventis contradictionum, inconſtantiæ pluuia, & nequitiæ inundatione ſenſim quidem ſenſibiliter tamen ruinæ eſſe proximam: ſupereſt vt nos ipſi male firmum hoc fundamentum Reformationis qualecumque demum illud ſit (ab ipſis nequicquam occultatum) omnino membratim ex tenebris in lucem eruamus.

Mat. 7. 16. 27.

M Funda-

Fundamentum igitur Reformationis vel eſt ſimul aut ſeorſim:

1. Priuatus, prauus & incertus ſpiritus.
2. Vel contradicendi libido.
3. Vel male viuendi libertas.
4. Vel mentiendi ſtudium.
5. Vel adulandi propoſitum.

Hæc inquam quinque vel ſeorſim, vel ſimul, inſanæ Reformationis eius quæ Scripturas, Traditiones, Eccleſiam, Concilia Patreſq; reſpuit fundamentum (cùm aliud fingi nequeat) conſtituere neceſſe eſt. De quibus ſingulis, pari breuitate qua vſi ſumus in capite proximo, quædam ſcitu non indigna annuente Deo literis proſequemur.

CAPVT VNDECIMVM.

Reformatos pro ſolo fundamento habere prauum ſpiritum, vel contradicendi libidinem, vel malè viuendi libertatem, vel mentiendi ſtudium, vel adulandi propoſitum.

OMISSO ſpiritu cuiuſq; priuato de quo ſparſim neceſſitate poſcente agitur, hic verbo vno de ſpiritu prauo (de quo etiam in conuerſione Francisci Walſingami, ac in concluſione quædam erunt dicenda) nonnulla effari inſtitui.

PRIMA PARS.

Spiritum prauum Sectarios ad Reformationem inducere.

ODIVM ſi aliquod ſubſit huius tituli, à me (prodeſſe non pungere cupiente) transferunt in ipſoſmet Reformatores Lutheri ſubſequentia hæc verba: quibus palam Scripturarum intelligentiam à ſolo dæmone, veluti ſuo Deo, Reformatis expectandam expetendamq; declarat. *Quod Sacramentarij* (inquit Lutherus) *ſacram Scripturam non intelligunt, hæc cauſa eſt, quia verum opponentem, nempe diabolum non habent, qui demum benè docere*

Luth. in colloquijs Iſleb. de Verbo Dei fol. 23. In colloq. Francofurt fol. 18.

nè docere eas solet. Subdit: *Quando diabolum eiusmodi collo non habemus affixum, nihil nisi speculatiui Theologi sumus*. Quem verò Caluinistis seu Sacramentarijs hic negat Præceptorem, alibi illis attribuit, nempe Oecolampadio & Corolstadio; cui & Schusselburgus disertis verbis consentit, inquiens: *Certum est Caluinistas somnijs à nigro dæmone instillatis testamentum filij Dei labefactare & euertere*. Denique de se ac tota Reformatorum propagine disertis verbis ait Lutherus: *Nos à diabolo captiuos teneri, veluti à principe ac Deo nostro, vt cogamur facere quicquid ipse vult, nobisq; inspirat*. Hæc autem verba luculenter, vt dixi, demonstrant quod in hac parte ostendere suscepimus: spiritum nimirũ prauum esse Deum quem Reformati prò principe, ac præceptore, conceptis verbis agnoscunt, & cui vt Pythoni studiosè auscultant. Cætera in hanc materiam, locis à me præscriptis tradita sunt, vel Deo annuente tradenda erunt.

Luth. tom. 7 pag. 228 per Thomam Kelug f. 228.

Schlussel-bur. in præf. li. de Theol. Caluin.

Luth. tom. 3. Germ. Ien. fol. 247. §. 2. & tom. 2. Wit. f. 266. b

SECVNDA PARS.

Reformatores contradicendi libidine, in cœpto promoueri, ac teneri.

I. QVI propter Deum (nempe omnipotentem, nam de Deo quem paulò ante sibi vouerunt, nihil dico) hanc nec incœperunt causam, neque finient; quique Scripturis, traditionibus, Ecclesiæ, Concilijs, Patribus nuntium (vt patet ex præcedente capite) remiserunt: eos in suum schisma, ac præcipitium, aliquam ob causam vel honestam, vel inhonestã, transferri, ac abripi, nemo (cùm omnia appetant finem consiliorum suorum) dubitare debet. Ea autem quæ, qualisque sit causa, ex his eorundem dictis nec temerè, nec semel, sed dedita deliberatione, ac aliquoties repetitis, nostrum est declarare. Primũ erit ipsius Lutheri, in Reformationis chorea Præcentoris. *Hoc sanè* (inquit) *confiteor, si quis ante quinquennium me docere potuisset, in Sacramento nihil nisi panem & vinum remanere, quod id in magni beneficij loco habiturus fuerim. Grauissima enim in eo sustinui, meq; ipsum torsi,*

Luth. in disp. Lipsica

Luth. tom. 2. Germ. Wit. in ep. ad Argentinenses fol. 110 § 4. & tom 3. Ien. fol. 104. §. 3.

torsi, & extremā mihi vim feci, vt eam sententiam euincere & obtinere possem, quoniam probè intelligebam eiusmodi ictum longè maximas ad Papatum prosternendum vires habere. Grauissima autem sustinere, seipsum torquere, extremam sibi vim facere, non veritatis explorandæ, sed papatus prosternēdi studio, insignis fuit vt opinor hominis mente corrupti, & peruersa spontè loquentis præuaricatio.

Luth. tom. 2. Germ. Ien. fol. 225 10. 7. Germ. Wit. fol 368. Idem tom. 4. Germ. Wit. fol. 382. & tom. 3. Ien. fol. 519. Vide Sciop. pij ecclesiast. cap. 8 v. pag. 265. & seq.

2 Secundum dictum idemque paulò expressius erit eiusdē Lutheri; dicentis: *Nos tantum ad Papistarum despectum, vtq; molesti eis simus, credemus verè panem & vinum manere vnà cum corpore & sanguine Christi.* Iterum: *Neque tonsuram clericalem, neque cappam, neque ieiunium, neque quicquam aliud ex nugis Papistarum obseruare aut tolerare volumus, sed neque rem vllam cum ijs communem habere, aut in quacunque re similes ipsis inueniri, sed alacerrimè & tantum in despectū eorum faciemus & omittemus, quicquid ipsos vrit, maleq; habet.* An hic non se prodat absque circumlocutionis periphrasi spiritus cōtradictionis, insanusq; contentionis ardor? vel ab ipsis Reformatissimis sui parentis Apologistis, auemus intelligere. Speramus autem neminem sibi frontem adeò meretriciam assumpturum, qui gratis de re vltrò absque tortoris eculeo expressa, inficias ibit. Verùm enim verò dicto hoc tertio tegumen omne, pigmentumq; omnis impudentiæ, ac improbitatis, in sui defensionem frustrare voluit ipse Lutherus; inquiens: *Si contingeret per decretum Concilij Ecclesiasticis nubendi potestatem dari, tum ego Ecclesiasticis omnibus loco Dei præciperem, vt nullus ipsorum, vi decreti illius, vxorem ducat sub æterna damnationis pœna: sed potius castè viuat, aut si hoc non queat, vnam duas aut tres concubinas habeat, & in hac infirmitate sua nequaquam de gratia Dei desperet.*

Luth. tom. 2. Germ. Ien. ad Equites Teuton. fol. 214. §. 3. & fol. 152. §. 4.

3 His verò Scitis egregijs ritè expensis: sapienter, simulq; facetè Puritanis pari prorsus dementia fascinatis, & plenam puramq; ab omnibus apud nos in vsu defectionem, ac discrimen affectantibus, votisq; omnibus id efflagitantibus; Serenissimus noster Iacobus his verbis respondisse videatur: *in Papatu caligati ac calceati incedunt, cur vos nudipedes & detecti non inceditis?* Quin & ipse Lutherus (Riualis inter vniuersos mortales impatien-

Colloq. Hāpton. pag. 73.

patientissimus) eundem contradictionis spiritum ergà nostrā Ecclesiam in alijs suorum fratrum impensius damnauit, inquiens: *Audio nonnullos ex hoc fundamento Anabaptismum instituere vt Papæ molesti sint, quippe qui nihil ab Antichristo habere velint, quemadmodum etiam Sacramentarij nudum panem & vinum in Eucharistia credunt, seq; hoc demum modo Papatum deiecturos existimant. Profectò hoc eorum fundamentum est prorsus nullius rei, neq; super illud quicquam boni ædificabūt. Nam si hoc iustum sit, oportebit nos etiam negare totam sacram Scripturam, & prædicandi officium (nam hoc totum sine dubio à Papa habemus) oportebit quoque nos nouam sacram Scripturam cudere, &c.* Quibus verbis ex ore infensissimi aduersarij prolatis, nihil amplius habeo quod dicam, nisi hoc solum; in ijs plus momenti ac ponderis si ritè considerentur bono Puritanorum ac Formalistarum videri mihi contineri, quàm in reliquis omnibus quæ à Luthero audire, vel in eius scriptis reperire ipsi possunt. Non enim eius voluendo ac reuoluendo opera, aliquid in istum finem notatu dignius, veritate certius, vtilitate fructuosius, vel ego aliquando comperi, vel alium vnquam animaduertisse existimem.

Luth. in ep. de Anabap. tom. 4. Ger. len fol. 320. § 1. & tom. 2. Wit fol. 279 § 4.

TERTIA PARS.

Reformatores passim sectari tam vitæ quàm fidei libertatem.

1. PRÆ omnibus alijs, indignis à Luthero modis vapulauit Sanctus Moyses ille idem à Deo constitutus Deus Pharaonis, & omnium in terra vir mitissimus. Ait enim: *Vide vt sis prudens, & Moysen cum sua lege quàm longissimè amoliri & in malam rem abire iubeas, neque quicquam illius terrore ac minis mouearis, sed suspectum eum habeto vt pessimum hæreticum, anathematizatum, & condemnatum hominem, multoq; deteriorem Papa, ipsoq; diabolo.* Sed quid fecit, quid commisit, quid commeruit sanctus Propheta, & populi Dei dux inclytus? Eum enim valde oporteat vlcus aliquod Reformationis læsisse, vt hos clamores tam blasphemos, tam execrabiles, prolicuerit. Ità omninò est: libertatem

Lut. tom. 1. Germ. Wit. com. ad c. 4. Galat. f. 215.

vtique Reformatam impositis Decalogi præceptis (quibus tamen se constringi nolunt viri, omni iugo emancipati) Moyses vehementer læsit. Hinc illæ lachrymæ, hinc illæ sine viribus iræ, vt subiecta Lutheri pronuntiata manifestant. *Nos prorsus* (inquit) *nec debemus, nec volumus pati, vel vnicam Moysis legem, aut vnicum præceptum ceruicibus nostris imponi.* Item: *ità omninò manifestum est, Iudæis tantum non nobis data esse decem præcepta.* Iterum: *tollantur de medio decem præcepta Dei, & cessabunt omnes hæreses. Nam decem præcepta sunt fons, ex quo velut ex scaturigine hæreses omnes emanant,* &c. Caluini verò & aliorum similia placita, ad Annotationes (quas Deo benè propitio in secundo Britannomachiæ libro dabo) in Puritanorum dogmata de Decalogi præceptis, reijcio.

Luth tom. 1. Germ. Wit. com in c. 5. ad Gal. fol. 275. & tom. 5. Ger. Wit. fol. 112. Luth in colloq Isleb. de fanaticis fol. 369.

2 Iugum autem diuinæ legis (vt hic liquet) Reformati sibi discusserunt: quid ergò, an saltem iuri canonico equiores erũt? illique velint subiacere? Respondent audacter, & confidenter, idque tam verbis quàm factis; neutiquam id quidem de se esse sperandum: cùm ab ipsis pridem Witembergæ cum festiua pompa ius canonicum concrematum, & alibi passim fuerit sitq; explosum, ità *vt vel ipsum eius nomen*, saltem in Anglia, *auribus reformatis etiamnum sit infensum.* Quo magis Masonum certè pudeat magni, & impudentis mendacij, (de quo inferius, vbi de sacris ordinibus) quo in Anglia antiquos canones, vt vbi maximè, vigere contendit: quandoquidem omnes Puritani obsignatis id refellant tabulis; dicatq; prò Formalistis Bancroftus, *nonnullas eius duntaxat partes iure regni ad meliorem Ecclesiæ gubernationem in Anglia retineri.* Verum sit ita, vt neque iuri diuino, neque canonico sibi existimẽt obtemperandum: an saltem ab aliqua lege Imperatoria, ciuilique velint contineri? Id siquidem fieri efflagitat naturæ ipsius lumen, seu rectæ rationis dictamen, & omnium Gentium consensus, cùm secundum leges viuere non tantum non sit seruitus, sed salus, & longè infœlicius liberè viuere vt quisque velit, quàm ex præscripto vt vnumquemque decet. Attamen ingenuè consona omnium voce respondent: *Deum omne ius omnemq; Magistratum, ac potestatem*

Bancroft. in Exam Disc. prat. pa. 324

Ibidem.

potestatem euangelio promulgato abrogasse. Iterum: *Inter Christianos nec debet, nec potest esse Magistratus, sed æquè alteri alteris subiecti sunt.* Vnde ægerrimè ferunt & indignantur (ait Iacobus Potentissimus noster Rex) *Reges omnes, ac Principes, innata quadam proteruia Ecclesiasticæ suæ obsistere libertati: quo etiam fit quod ipsi vicissim nō magis sponte sua Monarchiam patiantur, quam Deus sibi consortem sustineat habere dæmonem.*

Luth. tom. 2. Germ. Ien. fol. 201. 53. 61. in epist. ad Elect. Saxon. Calu. Instit. l. 3. c. 19. n. 14. Basilicō Doron pag. 39. Colloq. Hāpton. pag. 79

3 Cùm ergò nulli potestati, nulliq; vel Dei, vel Ecclesiæ, vel naturæ, vel Gentium iuri aut dispositioni subesse velint: superest non Dei, non Euangelij, non veritatis causa, sed effrenis libertatis ergò, vt ad monstrosæ huius Reformationis studium fuerint conuersi, ac concitati. Non enim alia causa fuit, teste Caluino, defectionis ab auita fide plurimorum, *quàm vt in omnē lasciuiam solutius diffluerent*. Non alia inquam fuit perduellionis huius causa, teste Luthero, quàm *sub vtraque specie communicare, imagines deijcere, carnes vorare, nihil ieiunare, nihil orare, bulimia quadam rapere & compilare adipem monasteriorum, omniaq; bona Ecclesiastica: denique viuere vt sues, credere vt sues, & vt sues mori*. Tempus ergò fuit in re tam comperta & explorata, vt aperiens sibi luscioſos oculos Minister, in hęc tandem verba prorumperet: *Nunc planè aduerto* (inquit de Anglia Edmundus Bunnius) *homines consentire nobis potius ratione status, & commoditatum sæculi, quàm ex conscientia & fide*. O Anglia mihi charissima, itane vt profanus Esau cum esca sordida hæreditatem tam opimam, tam æternam, tam diuite pretio, vtpote ipsius Christi sanctissimo cruore redemptam, commutare consensisti? proh dolor! proh pudor! consensisse liquet: vtinam pariter pœniteat. O confessionem veram quidem, sed pijs auribus luctuosam!

Caluin. de scandalis p. 118. 117. 118. 131. & in Dan. c. 11. v. 34. Luth. tom. 2 Germ. Ien. fol. 1 3. & tom. 6. Lat. Wit. edi an. 1580. 617. 631. item to. 1. fol. 161. 162 in c. 8. Matt. & 1. Cor. c. 15. Bunnius in tr. de pacificatione sub finem.

4 Cæterùm, discipulus in hâc sęculi concupiscenda commoditate, non est supra magistrum suum: nec Pręceptorum suorum in hâc viuēdi licentia Reformati amplius debent doctrinę, quàm suorum progenitorum viuēdi exemplo. Ait enim de se Lutherus, (quod certè disertè ab eo dici dispudeat totum Reformatorum gregem à quo tam Epicureus homo dux iactanter agnoscitur) ait inquam Lutherus, *nihil singulare in vita*

mea

Luth in colloq Francof. 1571. f. 445. Matenesius de ritu bibendi super sanitate. l. 1. c. 9.

mea eminet. Possum iocari, potare, frontem exporrigere, ridere, sumq́ commodus & facetus conuiuator, cumq́ vnum bire, siue ceruisiæ cantharum teneo (verbi gratia vitrum illud monstrum, horrendum, informe, ingens, ex Apostolorum symbolo, Dominica oratione, & decem præceptis constans, quod vno haustu Lutherus exhaurire consueuit) *statim dolium ipsum totum concupisco, sæpiusq́ benè bonum haustum facio in Dei gloriam. Prò eo itaq́ quod prius macerabam corpus meum, mox cùm mortuus & in capulo repositus fuero, vermibus ventricosum beneq́ crassum Doctorem escam dabo.* Ventricosum itaq; & bene crassum Doctorem discipuli Reformati, Euangelistamq; iocosum, bibacem, commodum & facetum conuiuatorem proprij oris confessione Euangelici nostri Reformatores, nacti sunt. Qui vsque adeò cutem curauit, & genio otioq; inerti sese prostituit, vt dicat, *Ego non ita sum affectus, Papæ vt causa meum otium, cibum, potum, & recreationem, velim corrumpere;* nequidē ad Papam ad Christum perducendum, vel cum Christo perdendum. Et alibi: *Quod si cælum apertum viderem, idq́ culmo stramineo de terra sublato mereri possēm, culmū nequaquam vellē tollere.* Inertē profectò pigritiā profiteris. Saltē an nihil prorsus boni libuit Luthero operari? Nequaquā: sed potius vt euāgelicos decet geniales, *voramus ad mortem, potamus ad egestatē & ad infernū dormimus,* (honor hic prę̄fādus erat, nisi quia qui sordidus erat adhuc sordescere voluit) *visimus, pedimus, cacamus deniq; ad mortē.*

Luth in colloq. Isleb. de Fanaticis fol 356. § 2. Ibid de creatione fol. 59. § 5. & de mundo f. 70 § 5. Postil. Dom 9. post Trin f. 124.

5 Euge præclarum profectò protomystam, ad cuius imitationem totus filiorum grex meritò vt fit se componat: *quorum* BESCHISZNE PROPHETEN, ait idem Lutherus, *omnis sanctitas consistit in cacando & mingendo*. Egregiam verò sanctitatem, & libertino Euangelio congruentem, communemq; Heliogabalo, Sardanapalo, Epuloni in Euāgelio, & Epicureorum sanctorum toti cateruæ. Interim horum in scribendo latrinalem spurcitiam, verborumq; obscœnitatem apud me nunquam cogito, quin mihi redeat in memoriam homo ille in Euangelio occurrens Christo, *in spiritu immundo.* Libens ergò Andreæ Fruzio in hunc coproprophetam hoc epigrammate ludenti manibus pedibusque accedo.

Luth. in Breuiss. Annot. in c. 15. Mat tom. 5. Lat. Wit.

Mar. 5. 2.

Dum

Dum stomachans loqueris merda est tibi semper in ore,
Merda sit ac vtinam semper in ore tuo.
Os ea si loquitur quibus cor abundat (vt author
Certus ait) cor erit quanta latrina tuum?

Frusius epigram. 123. 124.

6 Cæterùm, ad reformatam de qua agimus libertatem maximè facit, quod eam non solum ad viuendi rationem, verùm etiam ad credendi mensuram ac modum putent extendi debere. *Euangelici nostri* (inquit Lutherus) *nobiles, ciues, atque adeò ipsi etiam rustici, qui aliàs simplices & sinceri solebant esse, thrasonicè iactitare audent sibi iam nullo prædicatore opus esse.* Iterum: *Delicatuli isti vel vnica tantum lectione assequuntur, vt repentè omnes vbique Doctores post se relinquant, sciantq; omnia, nec vllius doctrina aut institutione opus amplius habeant.* Pares quoque sunt ex pari Ministrorum apud populum contemptu voces creberrimæ Caluini inter alia multa dicentis, *refellitur eorum improbitas qui fidem plenis buccis iactantes, Ecclesiæ ministerium impiè non minus quàm superbè contemnunt.* Subdit: *Sic ludibrio Deum palàm habent, qui præteritis Ministris per quos loquitur, Deum se magistrum recipere simulant.* Et ob hanc causam (ea hic est veritatis inuincibilis vis, vt vel ex ore aduersarij pertumpat) fatetur Caluinus, Sathanam multò plus esse lucratum peruulgata hoc tempore Scripturarum lectione, quàm prius cùm fas plebi non esset eas lectitare. Verùm frustrà est serò sapiens Phrix, cùm & ipse cunctiq; complices strenuè asseuerassent, tantam esse Scripturarum claritatem, vt quiuis ex plebecula eas facillimè possit capere. Certè ad animæ cibum quem tam facilè quisque sibi sumat, vt alienam Ministri opem superuacaneam requirat, nemo prudens sibi sinet persuaderi. Non ergò immeritò apud Lutherum *Vrbani ciues & agricolæ, cùm quid nobis* (superuacaneis) *Ministris dant, se velut furibus ac prædonibus illud dare persuasum habent.*

Luth. tom. 1. Germ. Wit. fol. 56. & in præf. Catechismi maioris.

Calu Instit. l. 4. c. 1. n 5. & com. in c. 15. Act & com. in Isa. 59. &c.

Cal. in præf. Noui Test. Gallici an. 1567.

Luth. tom. 2 Germ. Wit. fol. 215. §. 3.

Quin immò, tanto omnibus seu fures, latrones, agyrtæ, despectui sunt Ministri, inquit Dounhamus concione prima, pagina 67. *Vt non tantum quilibet ex plebe Ministro sese præponat, verum etiam dedignetur filium Ministerio, filiamve Ministro donare.* Quod etiam inferius alibi non minus quàm in Anglia fieri, volente

Deo manifeſtabo. Id autem ſine vlla ratione reprehendunt Miniſtri, cùm ſe ingerunt non inuitati, non vtiles, importuni, fucatique interpretes eorum in quibus ipſi aiunt nihil eſſe obſcurum, difficile nihil, & quod quiſque per ſe ſibi acquirat. Sed vt dixi hoc latius alibi.

QVARTA PARS.

Reformatos ex deſtinato mentiendi ſtudio infamia paſſim flagrare.

1. HODIE apud viros militares, aulicoſque, Numen (cui ſoli vindicta debetur) eiuſq; doctrinam nihili facientes, more impijſſimo ferè inoleuit, vt impingentes ſibi per fas vel nefas mendacij crimen, è veſtigio confodiant, vel ad duellum execrandum ſchedula citatoria prouocent Quorum ego inſaniam cum animarum tanto pretio redemptarum æterna pernicie coniunctam, ſæpius miſertus, ſæpius ſum palàm prò virili inſectatus. Mihi tamen fas eſſe nolo, idem Miniſtris immerentibus crimen temerè obijcere, ne forte eorum aliqui pari cum militibus æſtro perciti, violentas mihi manus adferre meditentur. Sunt enim non minus militibus, plerique eorum *Marti* oppidò deuoti, veriq; eius Alumni, vt ipſi ſponte agnoſcunt imagine nuper ab ære expreſſa, Martem in Veneris gremio recubantem exhibēte, cum hoc adſcripto reformatę pietatis carmine.

Vide Mulſi Fideliani Scioppij p. 19.

> *Hunc tu*, DIVA, *tuo recubantem corpore ſancto*
> *Circumfuſa ſuper ſuaues ex ore loquelas.*
> *Funde, petens placidam Belgis*, VENVS INCLYTA *pacem.*

Nolo ergò iſtud crabronū examen, id inquā genij & ingenij hominibns mendaciū, ſolo ſanguine (vt rētur) expiabile, meis verbis exprobare, ne dū obtrudere: ſed niſi mendaces ſuos velint eſſe parentes, fratreſq;, volo nonnulla eorum verba quibus id criminis vniuerſis Miniſtris attribuitur; quæque nequeunt eſſe vera quin hi mendaces omninò ſint; cùm bona Mini-

strorum gratia paucis recitare.

2 *Si quis* (inquit Lutherus) *veritatem docere prædicans velit, nusquam permanere potest*. Subdit: *sed omnia huiusmodi mendacia manent impunita, imò etiam oportet ea purissimam & saluberrimam doctrinam haberi, & qui ea docent prò veris demum & sinceris prædicantibus extolli.* Hoc verò in primis testimonio, satis manifestè ostenditur quod mihi probandum suscepi; nimirum, Reformatum nusquam posse persistere Prædicantem, qui veritatem profiteri velit, quive aliter quàm mendaciorum *verus & syncerus* Prædicans haberi affectat. An ergò vbi tales degunt Prædicantes omnium maximè *veri, & sinceri*, mendacia *prò purissima & saluberrima doctrina*, ac prò intima sui euangelij, vt loquimur, essentia, perperim excogitare & propagare omittant? si quidē non omittant, quomodo mendaces esse negentur? sin contrà omittant, quomodo Lutherus mendax non erit, simulque in totam suam stirpem contumeliosus?

Luth. tom. 5. Germ. Wit. fol. 396. §. 5. com. in c. 5. Zachar.

3 De Puritanis itidem ait Serenissimus Rex noster Iacobus (cui iniurato nemo Reformatorum fidem non accommodet, cum non quocūque reliquorum omnium, sed vniuersis simul coniunctis testis sit longe locupletior) ait inquam potentissimus Rex: *Testor coram Deo Optimo Maximo, cùm veluti testamentum hic condam, non est mentiendi tempus: nunquam apud efferos & limitaneos latrones maiorem te experturum ingratitudinem* PLVRA ET DETERIORA MENDACIA AC PERIVRIA *quàm apud hos fanaticos Puritanorum spiritus*. Non potuit credo vel verbis grauioribus. vel asseueratione maiore, vel modo intimandi, vel animi sensu, quicquam dici apertius, quicquam ad Ministrorum mentiendi studium prorsus conuincendum potentius aut illustrius. Cui si quid addi possit, id desiderari non sinit in decimo Caluinistarum priuilegio cæterisq; suis præstantis doctrinæ opusculis ter illustris Caluinistarum expugnator BECANVS, qui ad silentij metas (vt in præfatione dixi) plerosque eorum, qui videbātur aliquid esse, etiamnum redegit. Sed neque magnus ille Lutheranorum domitor GRETSERVS commentario in Satyram Misenicam & per singula ferè scripta, idem in Mini-

Βασιλικὸν δῶρον pag. 41. 42. edit. Falicis Kingston.

ſtris mentiendi decretum occultum irreprehenſumq́ue eſſe tulit.

Ioan. Matheſ. de vita Luth. conc. 12 fol. 147.

4 Porrò Ioannes Matheſius in vitam Lutheri plures conciones compoſuit, quas tandem in lucem emiſit. In earum verò duodecima, ſic ait: *Magiſter Ioannes Muſa Prædicans Rochlizenſis narrauit mihi, ſe quodam tempore admodum dolenter Luthero queſtum eſſe, quod ipſemet ea credere non poſſet quæ alijs prædicabat. Tum reſpondiſſe Lutherum: Benedictus ergò ſit Deus, cùm idem alijs quod mihi vſu venit. Adhuc enim mihi ſoli id vſu venire credidi.* Multa de interna reſtrictione mentis, deq́; tota æquiuocationis doctrina (quã Miniſtri inſulsè vocant Ieſuiticam) hinc inde legi: non tamen aliquid ſimile aliquando licitum eſſe comperi, vt ſcilicet quod à ſe ipſo non crederetur, aliquis credendum alijs non tantum priuatim (cùm nulla vrget occaſio veritatem occultandi, maxima verò ſubeſt eandem patefaciendi) proponeret, ſed prò puro Dei verbo totis viribus publicè prædicaret. Nec enim obijciat aliquis, hoc gratis à Matheſio calumniæ loco imponi Luthero quem voluit laudare, quandoquidem ita interloquutos fuiſſe ſi aliunde non eſſet perſpicuum, ex ipſis Lutheri alibi eiuſdem ſententiæ verbis fit prorſus indubitatum; cùm dicat: *Sæpè ſic mecum cogito: propemodum neſcio quo loco ſim, & vtrum veritatem doceam necne.* Bone Deus! cur noſtris inſulis Britanicis, alijſque ſeductis prouincijs eas tenebras tam opacas tamq́; cimmerias offundi permiſiſti, vt aliqui prurientes auribus & à veritate ad fabulas auerſi in eum reprobum ſenſum peruenerint, vt auidè audiant, & leues corde talibus prædicantibus firmiter vſque ad exuſtionem credant, qui id quod ſibi perſuadere non poſſunt, miſeræ plebeculæ data opera deditoq́; ſtudio veluti à Deo reuelatum imponunt? Sola peccata noſtra grãdiora potuerunt ita diuidere inter te & nos, vt iſtud in Miniſtris obſtinatũ veritatis odium plurimi ignorent, non pauci oſcitanter conſiderent, nonnulli negent, non nemo denique defendat.

Luth in colloq. Iſleb. de Chriſto, fol. 96. §. 3.

Bishop in reſp ad Abbatum vide A.D cont. Ioan. Vitũ. pag. 47.

5 Doctor item Bishopus in Reſponſione ſua ad Robertum Abbatum fratrem eius qui hodie, ſi Deo placet Cantuarienſem

ſem agit Archiepiſcopum (cuius quàm honorifica & ſalutaria Angliæ fuerunt conſilia, nî torpeat Anglia, ſtupeatque, perſentiſcere etiamnum debet) affirmat Miniſtrum Anglum diſertis verbis nuper dixiſſe, *fidei propagandæ cauſa non poſſe ſufficienter quenquam mentiri*. Quò etiam ſpectant Bezę illa verba: *piè & conſtanter amplectendas affirmo omnes occaſiones diuinitus oblatas veri cultus diuini reſtituendi*. Vt verò eum non intelligas de licitis ſolis occaſionibus loquentem, quaſi illicitas damnaret: mentem eius in colloquio Montiſpilgartenſi his verbis luculentius expreſſam habes; *licitum eſſe fucis fraudibuſq; mendacijs ac periurijs fidem tueri*. Quali fuco, fraudeq, cùm Ducem Witebergicum ſimulata, iurataque cum Lutheranis concordia, ad inuadendam Galliam ipſemet Beza induxiſſet: exprobrantibus ſibi alijs mendacij periurijque crimen, reſpondens, inter reliqua dixit, *ni ità factum eſſet quas Eccleſias haberemus?* Cuius tanti Doctoris & Ductoris Puritanorum authoritate commotus, & imitatione ſecurus, Protopuritanus in Anglia Carturightus: *rem alioqui ſcandaloſam Eccleſiæ Dei* (vt ipſi aiunt de gradu Academico) *Deoq; manifeſtè iniurioſam, Miniſtris prohibitam, cum iuramento otioſo coniunctam*, ſuffragantibus Symmiſtis, *deuorare* (quod tamen nequiuit) bonus vir nullius fuci fraudiſque ratione habita, diſpenſandi (qua pollent omnes ad omnia) poteſtate reformata conſenſit; adeò neminem eorum, vel puritaniſſimum, tangit candor, ſinceritaſq;, & à Chriſto tantopere commendata ſimplicitas.

Beza epiſt. Theol. 68. p. 318. colloq. Montiſp p. 150. 268 388 Fenardent. Entremangeries p. 327 Mich. Fabr. ep de Beza fol 62. Vide Knox. in 2. Flatu prop 3. Bolſec. in Vita Calu. c. 20. Eudemon Ioan. in Apol c. 2. Oſiander in Epitome centur. 16 pag. 796. Bancroft. in Exa. Præteſ. Diſc. p 317. Ormerod. in pictura Puritani E. 3. Roger. de Do Ir Angl. Eccl. p. 219.

6 Interim tamen vel doctrinæ æquiuocationis præſidio à mendacij piaculo tutos præſtabunt Miniſtri Miniſtros, vel in Reformatione omnium præcipuos, nobis mendacij tutores aſſertoreſque palam propinabunt. De quibuſdam ſublimioribus eorum. ex dictis hoc loco clarum eſt. Hem vobis alios non ſegnius, non obſcurius quibuſcunque Ieſuitis, æquiuocationis vſum (quem à nobis exigente neceſſitate defendi indigniſſimè ferunt) gnauiter poſcente vſu approbantes. Ait enim in primis Zuinglius: *Neque enim mentitur qui ſecretum aliquod celat, ne quid periculi inde naſcatur*. Ait præterea Melancthon: *Non enim*

Zuingl to. 3. fol. 45.

Phil. Melancth. in loc. com. edit. Basil. 1561. pag. 763. Luth. tom. 5. Wit. fol. 351.

nomino mendacia figuras quibus ex probabili causa aliquid tegitur quod non necesse est dici: quomodo Raab negabat speculatores domui suæ esse. De qua etiam Raab æquiuocatione, ait Lutherus; *Igitur honestũ & pium mendacium est ac potius officium charitatis appellandum.* Quã simul esse sententiam *Wolfangi Musculi, Buceri, Petri Martyris, Willeti,* & multorum aliorum fusè ostendit *Apologia Protestantiũ Anglicè,* pagina 703. 704. 705. nimirum non illicitum, sed maximè licitum & maximè laudabile esse, subinde secretum, poscente salute innocentum, vel summa vtilitate propria & aliorum, verborum ambiguitate, velóue contegere.

7 Nullus mihi finis sperandus foret, Ministrorum singula suprà omnem fidem mendacia, quę legenti passim obuia sunt recensere volenti. Cùm igitur exitum nullum tali conatu possim expectare: nihil obstare videatur vnum & alterum portentosius mendacium, & in toto mundo vulgi oculis contrectabile commentum, cur minus in medium adducam. Habetote igitur in primis Catholicorũ (si Ministro crederefas est) quod tota plebs Latinè inscia recitare solet symbolum, & spectatũ admissi, risum tenetote.

Creezum zuum Patrum onitentem creatorum eius anicum Dominũ, qui cum virgini Mariæ: crixus fixus Ponchi Pilati audubitiers, morti by sonday, father à fernes, sclerest vn iudicarum fiuis à mortibus. Creezum Spirituum sanctum Eccli Catholi remissurum peccaturum, cõmuniorum obliuiorum bitam & turnam again.

Vide Replicam A. D. studiosi Theologi, pag 35. 36. edit. an. 1612

Hoc Ioannes Vitus pro symbolo Apostolorum ad plebis totius Cathelicæ ignorantiam prorsus conuincendam, ac condemnandam, totidem verbis (ijsdemque petitis ex Meuij butubatis, vel ebrij Ministri capitis insomnijs) vulgò recitari solitum, flagitiosissimo mendacio contendit. Cuius affanijs dementiæque strenuè occurrens studiosus noster Theologus A. D. nomine quidem latens, sed erudita scriptione percelebris, egregio libro vernaculo, omnem mihi prostratum iam hominem redarguendi sustulit occasionem. Nec verò leuis & scenæ histrionali opportunus homo, palam delirans, qui nemine infatuare adeò queat, vt de quo hic desipit veliuranti credat,

dignus

dignus est cui aliud respondeatur. Aliud mendacium huic non longè suppar, est in ipsa glossa doctrinæ Anglicanæ, (& cur non habeat talis doctrina talem glossam?) in Iesuitarum nempe catechismo, libro primo, capite decimo, pagina 28. doceri, *non fœminarum sed virorum Christum esse Saluatorem: mulieres verò saluari per quandam matrem Ioannam.* Ecce vobis vel ab ipso inferno rediuiuum Ioannem Musam, & Lutherum, quos paulò ante vidimus idem quod ipsimet non crederent, confidenter alijs inculcantes. Hic nempe Glossator, nunquam sibi ipsi in animum induxit aliquid simile à Postello alióve Iesuita vel dici, vel credi, sed ineptire volens farraginem quandam glossariam (ex quamplurimis deliramentis nullo iudicio congestis) consarcinauit, in qua aliqua risui, aliqua ostentationi multiplicis lectionis, aliqua dolori & pudori Puritanorum, plurima ignominiæ doctrinæ Anglicanæ (quam destinato consilio videatur iuisse explosum) inseruirent. Cæterùm, quem citat catechismum commentitium Iesuitarum, Paschasius ille nugator Ecebolus composuit à Gallicano Cicerone Richomio Expostulatione Apologetica dudum profligatus. Verũ ex immenso hoc labyrintho, gradum dum licet referre, egrediamur. In eo enim vel ipse Dędalus longius progressus, euolandi facultatem amittet.

Roger. in Doctr. Eccl. Angl. pag. 183. 14.

Vide Apologet. Expostulat. Richom.

8 Nemo quidem omnium est quem sciam de controuersijs scribentium, qui Reformatis nostris veluti ex dolo consutis conflatisque, immane mentiendi studium seu rem omninò cõpertam non improperat. Nimirũ aiunt totã vbiq; in mendacio eos ponere (hæreditaria veterum Sectariorum necessitate) spem suam. *Siquidem inter se* (ait de priscis hęreticis cum quibus moderni indole & conditione, veluti in eadem schola edocti exactè conueniunt; ait inquam sanctus Irenæus, sanctusq; Gregorius Nazianzenus) *certant perinde, atque id non metuant, ne impijs erroribus sese constringant, sed ne in hac re leuius tolerabiliusq; peccent quàm cæteri: perfectus enim habetur nemo, nisi qui maxima mendacia apud eos fructificauerit.* In qua perfectione, & contentione, nemo probus ipsis palmam præreptam optabit, nemoque

S. Iren. l. 1. cap. 15. S. Greg. Nazian. orat. 1. de pace.

moque cordatus inuidebit. Quis ergò auditis his omnibus quę in hoc membro allata sunt, de Reformatione tali cogitet, cui impletum non videatur quod in sacra Scriptura legitur: *Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius:* quandoquidem tanto vnusquisque Ministrorum reformatior esse credatur, quanto in mentiendi impudentia prouectior esse deprehenditur.

2. Para. 18. 22

QVINTA PARS.

Assentationis publica infamia laborare Reformatores.

1. QVo potissimo titulo & incitamẽto Ministri Principum animos ad Reformationem amplectendam pellexerũt; vix vllis est obscurum. Ipsi enim in tertia parte huius capitis confitentur ad suas partes cateruatim transijsse homines, non conscientiæ aut fidei causa, sed commoditatum sæculi amore. Principes quoq;, oblata bonorum ecclesiæ, patrimonij Christi, pretij peccatorum, thesauri consecrati illecebra, cæteris procliues accessisse declarant. Siquidem,

Prona venit cupidis in sua vota fides.

Prætextu igitur emendationis Ecclesiæ (inquit Lutherus) *anhelabant Principes impunè rapere, expilare, profanare omnia. Specioso obtentu eruendæ superstitionis* (ait Camdenus) *Orbe stupente, Anglia ingemente, prauis consilijs* inuolauit Rex in spiritualia bona. *Cor eorum* (inquit Smidelinus) *opibus Ecclesiasticis inhiabat. Nihil principibus nostris cordi est* (ait Andreas Musculus) *quàm rapere & capere. Hoc enim ventum videtur* (scribit Zuickius Caluino) *quod tamen non sine gemitu dixerim, vt magna nostrorum pars credat sese tum demum vere regnum Antichristi euasisse, cùm de bonis Ecclesiæ ludant pro libito.*

Luth tom 6. Lat. Wit. fol. 617. 632. Cãden. edit. postr. in folio pag. 118. Smidelin. cõc. 3. de planetis fol. 92. Muscul. de die Nouissimo fol. 84. Zuickius in tom. ep. Cal. edi. an. 1576 Gen. pag. 13. 34. 56. 57. 363.

2 Assentationis autem quam obijcimus crimen in eo versatur, quod Ministrorum quisque cuiq; Principum non aliud magis occineret, quàm *Veni nobiscum, omnem pretiosam substantiã reperiemus, implebimus domos nostras spolijs.* Illudq; Wicklefi, *Domini temporales*

temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona Ecclesiæ, vnicus erat omnium textus demulcendis Principum auribus accommodatissimus. Cum verò aurum hoc Tholosanum semel adepti essent; illudque sibi totum Principes retinerent: Ministri famelici, algentes, egeni, iracundijs occultis, blanditijs apertis, implorare Principum fidem, solicitare commiserationem, efflagitare disponsatã sibi veluti ecclesiasticis hæreditatẽ, nũquã cessarunt. Nimirũ frustrà. Adeoq; tãdem in laqueos quos posuere, iusto Dei iudicio, vt ipsi sera pœnitentia lugentes agnoscunt, sublata omni emergendi spe inciderunt.

Circumretit enim vis atque iniuria quemq;
Atque vnde exorta est, ad eum plerumque reuertit.

Vide Prat. Disci. examiñ à p. 232. ad 250 456. Admoni ad popul. Angl. à pag. 159. ad pag. 252. Duas Conc. Dounhami. Modest. exa. Couel cap 11 Resp. ad art. consist. factionis p. 31. 32 84. 100. 128. 143. 144 190. 191. &c.

3 Denique tam adulationibus totos se dedunt Ministri, vt agnoscat Eberus plurimos eorum *Religionem flectere, fingere, ac refringere, ad nutum & cupiditates Dominorum vel cætuum, quorum gratiam pluris faciunt quàm gloriam Dei*. Vnde & Barrous in sua Detectione, vulgò *Discouerie*, Puritanos præ cæteris verba dare solitos, & foro, populo, scenæ, prorsus deuotos, haud perperam inter alia, *Gnathones egregios nobilium mensis se insinuantes*, nuncupauit. Eosdem suppalpando, & imponendo Reginæ, in Scotiã irrepsisse: fusè declarat in colloquio Hamptonensi Regia Maiestas. Eos in Anglia Principis ingenio sese accommodandi causa numero simul quadringẽtorum, pristinam Disciplinam breuissimo tempore abiurasse: superius capite tertio, pag. 28. 29. ostendi. Vniuersorum demum Ministrorum gregem aucupari per fas nefasq; hominum Principumq; gratiam, illis abblandiri, quicquid probant laudare, quicquid improbant vituperare, & si iubeant ipsum Deũ passim abnegare, ignemque templis immittere, perspicuum his dictis efficitur, ipsisq; lippis & tonsoribus quotidiana fama ac experientia manifestissimum habetur.

Eberus præf. in comment. Philippi super epist. ad Corinth.

Vide Exam. Prat. Discip. pag. 420. Collo. Hãpt. pag. 81.

4 Et hæc dicta sint, vt quibus fundamentis consistant, quibusq; penitus destituantur omnes omninò Reformati, dilucidè apertèque intelligant. Si autem veris fundamentis depulsi, si in solis infirmis putridisq; mutuo protrudentes con-

ſtituti, diu ſubſiſtant, ſintque tales quos ingenui probique ſibi ad ſalutem adipiſcendam, ſeu ad Chriſtum conquirendum, duces deligant: nemo non reprobus, & ſponte cęcutiens, in deliberationem vlterius adducere queat.

CAPVT VLTIMVM.

Reformationem ad Atheiſmum veluti ad centrum magno impetu ferri.

VOS oro atque obteſtor, Reformati, vt percipiatis diligenter quę in hoc capite dicturus ſum, & ea animis veſtris ſine offenſione admittatis, néve ea prius quàm qualia ſint explicauero, per veſtræ ſalutis amorem, repudietis. Prò facultate enim, & fide mea, diligentiſſimè vobis explicare conabor quatuor cauſas, propter quas aliter accidere nequeat, quàm vt magnis paſſibus ad Athiam, & infidelitatem, tota Reformatio præcipitatim progrediatur. Cauſæ autem illæ ſunt, 1. quia à vobis Deus author peccati conſtituitur. 2. quia ſolius fidei iuſtificatio aſſeritur. 3. quia liberum arbitrium tollitur. 4. quia ſublato extremi iudicij timore animæ immortalitas denegatur. His enim ſemel poſitis, (vt poſitas eſſe à Reformatorũ anteſignanis, omni luce clarioribus teſtimonijs, patefaciam) ad Atheiſmum laxatis habenis Reformatores proruere, & de facto, ex propria cõfeſſione in cœno infidelitatis pleroſq; volutari, demonſtrabo. *Tu Deipara Virgo ſacrata,* MARIA, *dignare me Filij tui Domini noſtri, eiuſq; intemerata Eccleſiæ veritate defensâ, laudare te: da mihi virtutem contra hoſtes tuos.*

1 Sua plurimum referre præuiderunt Reformatores, vt quoad fieri poſſit, palam non videantur Deum peccati authorem affirmare. Vnde factum eſt vt ſcripſerit Witakerus; *Si Caluinus, Petrus Martyr, Melancthon, vel Lutherus, vel vllus ex noſtris, Deum mali dicant eſſe authorem: non negabo quin omnes execrabilis blaſphemia*

Witak. con. Rat. 8 Cãpiani p. 115. Becan. tom. 1 opuſc. de authore peccati. De Quaſt.

ſphemiæ & nequitiæ affines ſimus. Execrabiles ergò blaſphemos, & nequiſſimos ſacrilegos eſſe Reformatores, multis præclariſq; monumentis ad oculum oſtendunt quæ ſcripſit Becanus noſter, Feuardentius, Beuerleus, & innumeri alij, vel ipſius impudentiæ exceptione, maiores: qui id eos docuiſſe prolixè vel ex ore proprio Reformatorum comprobarunt. Nec verò in alium ſenſum contorqueri poſſunt (quocũque tortorum eculeo) verba illa Lutheri: *Mala opera in impijs Deus operatur. Quis audet negare, ſe etiam in malis operibus ſæpè coactum aliud facere, quàm cogitauit*. Nec etiam illa Caluini: *Quicquid agitent homines, vel Satan ipſe, Deus tamen clauum tenet. Tergiuerſando effugiunt Papiſtæ, Dei tantum permiſſu non etiam voluntate hæc fieri*. Et infrà: *A Deo ipſo manat efficacia erroris*. Subdit: *Præcipuus eſt author, Satan verò tantum Miniſter*. Demum concludit: *Etiam reprobos in obſequium cogit*. Denique nec iſta Melancthonis: *Nos dicimus non ſolum permittere Deum creaturis vt operentur, ſed ipſum propriè omnia agere. Sicut fatemur Dei proprium opus fuiſſe Pauli vocationem: ità fatemur opera Dei propria eſſe, ſiue ea quæ media vocantur, vt comedere, bibere, communia cum brutis: ſiue ea quæ mala ſunt, vt Dauidis adulterium. Non eſt cur frigidum gloſſema recipiamus Deum mala permittere non etiam facere*. Cui etiam ſuffragatur Petrus Martyr, Zuinglius, Beza, pluresq; alij in toto grege celeberrimi, vt in meis vernaculis ſcriptis, & in Beuerleo certo certius oſtenditur. Cùm ergò ex his Deus dicatur non tantum author, ſed motor, impulſor, & exactor, mali: nõ eſt cur vllus neget à Witakero vniuerſos Reformatores execrabilis blaſphemiæ affines conſtitui. Sicut ergò Metenſis ille Atheus (de quo Duræus) omnem Deũ ſibi negandum putauit, ne in authorem peccati cum Caluino crederet: ſic etiã *Godefridus à Valle*, ex Caluiniſta Atheus, adeoque Pariſijs anno 1572. exuſtus, in ſuo libro *De arte nihil credendi* fusè contendit eum qui Atheus futurus eſt, Caluiniſtam prius eſſe debere. Hoc autem eſt, quod ego probare contendo; ab hac opinione anſam hominibus pręberi, vt omnẽ fidem ergà Deum exuant: cùm teſte ipſo Caluino, *non tantum boni & mali diſcrimen ex temulenta iſta opinione tollatur, ſed diabolus cum Deo*

Calu. De Aphoriſmis, & tom. 2. de Eccleſia &c. Feuard. l. 2. Theomach. c. 12. Beuerleus in apol. Proteſt. à p. 428. ad 427. & pag. 687. Luth. in aſſert. articul. edit. Witeb. & Baſil an. 1521. in ar 36. Calu. Inſtit. li. 1. c. 18. n. 1. & 2. & li. 2. c. 4. n. 4. & li. 3. c. 23. n. 8. Phil Melãc. commen. ad Rom 8. prima edit. Petr. Mart. in loc. com. par 3. pag 12. Zuingl to. 1. de prouidẽtia c. 6. f. 365. Bez. in reſp. ad acta colloq. Mõtisb. pag. 165. 233. Conf. Rideri pag. 140. & in tract. de miſſa, pag. 278. &c. Duræus con. Wit reſp. ad 10. Rat. Becan. de auth peccat. c. 17. tom. 1. pag. 175. Cal. in inſtr. cont. Libertinos cap. 14.

coniungatur, & in Deum ipsum transformetur. Vnde tamen omniũ nomine, omnium Pater Lutherus, de se suisq; appositè dixit: *Nos à diabolo captiuos teneri, veluti à* PRINCIPE ET DEO NOSTRO, *vt cogamur facere quicquid ipse vult, nobisq́; inspirat*. Quo certè pudendo dicto, ingenuo tamen ostendit, se suosq; in Deũ cæli terræq; per Reformationem non amplius credere posse: sed prò Deo ac Principe, diabolum (piget me tam atrocis quæ tam vera sit accusationis) in quem non tantum vt Doctorem suum inspirando, sed vt Ductorem suum ipsos per omnia dirigendo, præpostera optione credant, delegisse. Hoc autẽ ipsum barathrum est profundissimi simul ac perfidissimi atheismi, quo nemo à Deo nostro decidere aut discendere vlterius apostatando ne volens quidem potuisset.

Luth. tom. 3. Germ. Ien. in epist. de libro aduersus Rusticos fol. 147. § 1 & tom. 2. Wit. fol. 266.

2 Parem *Athiæ* causam cum doctrina de Deo mali authore, solius fidei iustificatio exhibere videtur. Nolo esse profusus in re apud Lutherum ipsum in confesso. Ait enim: *Vbi sola fides docetur fiunt falsi Christiani, qui de fide quidem gloriantur & baptizati sunt, inq́; Christianorum numero censentur, nullum tamen neque succum habent, neque fructum edunt*. Ea quæ superius capite sexto, numero quarto dixit, de sua præiudicatę damnationis expectatione, propter hęresim (cuius basis est sola fides) à se propagatam: recolenda hic essent, si periculum subesset, ne in memoria nõ conseruarentur. Ecce ergò sine circũlocutionis ambage, quonam perducantur homines per totius Reformationis cardinem. Nimis inhonorifica compellatione vtor, dum non aliter de illa loquor. Ipsi enim benè diuersis titulis eam adornant, quos strictim hic subijciam.

Luth. tom. 4. Wit. fol. 206. com. in c. 15. Ioannis.

Iustificatio vtiq; solius fidei in opinione Reformatorum est.	*1. Summa ars & Sapientia Christiana: vnica porta ad cælum: Articulus omnibus hæresib. cõtrarius.* *2. Euangelicæ Religionis sustinendæ cardo, &c.* *3. Articulus omnium summus & præcipuus, &c.* *4. Mysterium ante Reformationem incognitum.* *5. Anima Ecclesiæ.* *6. Lidius lapis veritatis & doctrinæ per quem reliqua omnia subsequuta sunt.*

1. Luth in arg. epist. ad Gal. fol. 2. & conc. feria 2. post Pentec. & in c. 6. ad Gal. fol. 315. 2. Cal. Instit. l. 3. c. 11. n. 1. 3. Magd. cẽt. 2 col. 60. 4. Confessionistæ in prolog. Aug. Cõfess. an. 1530. 5. Charcus in disp. in Turri Lõd. 4 die. 6 Foxius in Actis & Mon. p. 402.

Cùm

Cùm ergò ex hac iustificatione, testante Luthero, *fiant falsi Christiani sine omni succo fructuq;*, an id proueniat ex praua hominum dispositione, vel natura doctrinæ in se improbæ: hæc Lutheri verba consideranti facilè subindicabunt: *Nisi*, inquit, *fides sit sine vllis etiam minimis operibus, non iustificat. Sola enim fides iustificat, & non fides quæ dilectionem includit vel coniunctam habeat*. Iterum: *Caueamus à peccatis, sed multo magis à bonis operibus.* Denique: *Quando sic dicitur fides iustificat quidem, sed oportet simul seruare mandata Dei, quia scriptum est, Si vis ad vitam ingredi serua mandata: ibi statim Christus negatus est, & fides abolita*. Hoc autem alijs verbis est dicere: si velis amare Deum, vel proximum; vel vllum bonum opus virtutis exercere, aut aliquod Dei mandatum implere: non dicaris habere reformatam fidem qua iustificeris. Plura mihi de hac re in tertio libro, vbi de peccatorum confessione erunt dicenda. Hoc autem me hic esse assecutum, arbitror neminem negare posse; nimirum causam maximam in hac doctrina exhiberi, vt aliquis Deum abneget, à cuius mãdatis magis quàm à peccatis cauere debet, & quem amare nequeat quin seruet mandata; hæc verò non seruet, quin Christum, fidemq; neget. Probitatis ergò cuiusdam Regiæ fuit in Serenissimo nostro Iacobo, & cuiusdã ergà innocentiorẽ vitã non obscuri affectus hanc doctrinam viuendi licentiæ præparatã, in colloquio Hãptonẽsi, non obstãte reformationis præiudicio, veluti *desperatã præsumptionẽ & hypocrisim*, dãnasse: vt etiã *metũ ac tremorẽ, seu pœnitẽtiã ac vitæ sanctimoniã ad verã iustificationẽ ac peccatorũ remissionem*, exegisse. Rectè itaq; Seneca: *Habet hoc in se generosus animus quod concitatur ad honesta. Neminem enim excelsi ingenij virum humilia delectant & sordida*. Nec non Sophocles.

Generosa si sunt pectora turpia odio
Habent, honesta gloriosa existimant.

Non equidem par fuit (vt obiter dicam) Guilielmi Barloi Ministropiscopi Lincolnensis probitas, dicentis: *Quæstio vtrũ certitudo salutis sit per spem, vel fidem, non est generaliter & consentienter definita inter omnes Protestantes.* Nam nullum (vt certè opinor) à se diuersum inter omnes Reformatos nominabit, vel etiam inter alios, qui soli spei iustificationem ferat acceptam. Præ-

Luth. tom. 1. Ger. Ien. de Nouo Test. fol. 319. 488. & to. 1. Ger. Wit. ad c. 2. ad Gal. et. fol. 47. b.

Collo. Hãpt. pag. 3. 42. 43.

Senec. ep. 39.

Sophocles.

Barlous in def. articul. Eccl. Angl. pag. 217. 218.

tereà fratrum ſuorum (quorum deteriori parti ſeipſum adiunxit, fide Regis oppoſitâ quàm ipſemet abblandiendo in toto colloquio dilaudauit, poſthabitâ) diſcrepantiam non ſolùm de cæteris omnibus, ſed de baſi (vt paulò antè declaraui) deque anima Reformationis, ſi non perfidè, ſaltem imprudẽter, euulgauit. Denique quæſtionem inter Reformatos controuerſam mala fide deprauauit. Aliqui enim & quidem longè maxima pars (in quorum numero vnà cum aliquot Cantabrigenſibus inſcribatur ipſe Barlous) *ſalutem expectãt per ſolam nudamq́; fidem*, (vt Stubbeſius agnoſcit) *ſine bonis operibus*; *ita vt illa non curent*. Idq; ità, vt *ſi meretrix ſis, ſi ſcortator, ſi adulter, vel quicunque alius peccator, tantum crede* (inquiunt Antinomi) *& es in via ſalutis*. Hanc quoque eſſe ipſius Lutheri ſententiam in tertio libro, de peccatis Miniſtrorum confitendis acturus, Deo fauente patefaciam. Alij verò, ſed admodum pauci, iuſtificationem charitati (ità vt ſine ea fides ipſa intereat) aſcribunt: ex quorum numero inquit Whitgiftus, *Vbi deficit charitas quæ eſt anima bonorum operũ, ibidem deficere fidem*. Nos autem vtroſque damnamus: tam eos qui ſoli fidei totam iuſtificationem attribuunt, quàm eos qui ſublata aut amiſſa charitate, fidem repentè extingui autumãt. Nemo verò quantum legendo comperi, ſoli ſpei quæ ſuam certitudinem participat à fide, iuſtificationem aliquando aſſignauit. Barlous verò ſperans ſemper meliora, & aſcenſum ad celſiorem gradum: lagenę ſuæ immolare, Spei litare ſuæ, dum lubet non omittat. Sed ex his tandem, vt dixi, quod probãdum fuit, obtinemus; à bonis nimirum operibus Deique mandatis, atque adeò à Deo ipſo, doctrinam hanc ſolius fidei homines dementatos abalienare, & à Deo bonorum omnium theſauro recedentes ad æternam ſuam perniciem auertere. Nunc igitur ad liberum arbitrium progrediamur.

Barlous loc. cit pag. 222. 225. 226. Collo. Hãpt. pag. 42. 43. Stubeſ. in motiuis ad bona opera edit. 1596. pag. 42. Confe Mãſfeldenſiũ, de Antinomis in colloq. Altemb. Whitgiftus in Admon. populi Anglicani con. Martin. Libellar. p. 63.

3 *Si in nobis non eſſet* (inquit S. Irenæus) *facere hæc aut non facere: quam cauſam habebat Apoſtolus, & multò priùs ipſe Dominus, conſilium dare quædam facere, à quibuſdam verò abſtinere?* Nec minus ſapienter dixit S. Clemens Alexandrinus, *Sed nec laudes nec vituperationes, nec honores, nec ſupplicia iuſta, ſi anima non habeat liberam poteſta-*

S. Iren. lib. 4 cap. 72.

S. Clem. Alex. 1. ſtrom.

potestatem. Amplius est quod affirmat Eusebius, inquiens: *Iaceret omnis philosophia, iaceret pietas, nulla esset laus virtutis, nullus fructus laborum, nec puniendi essent reprobi, nec admirandi studiosi, si non libera voluntate & nostra sponte haec fierent. Ita vniuersam vitam haec euertit opinio.* (*Euseb. l. 5. prapar. c. 5.*) Eodem etiam recidit, quod ait S. Bernardus: *Tolle libertatem, & non erit iudicium, nec infernus.* (*S. Bern. in tr. de gratia & lib. arbit.*) Meritò ergò excanduit S. Hieronymus in hæreticos, qui eam opinionem qua liberum arbitrium tollitur, Catholicis affingebant; vni eorum, inquiẽs: *blasphemas, & ignorantiam auribus ingeris, nos liberum arbitrium condemnare. Damnetur ille qui damnat.* (*S. Hieron ep. ad Ctesiphõ.*) Audiunt opinor hæc, & id generis innumera alia, Reformati: nobis tamẽ (fide qua solent reliqua dicere) dicũt de libero arbitrio nos nõ credere cũ primitiua Ecclesia. Cùm tamen non solum nos, sed ipsi etiam alioqui omnium maximè increduli Iudæi (teste Fulcio, Fagioque) liberum arbitrium semper crediderint. (*Fulcius in defen. versio. Angl. p. 320. Fagius de Rabbi Akiba.*) His tamen non obstantibus vniuersam vitam euersurus (vt ferunt verba Eusebij) virtutibus vitijsq; præmium pænasque, iudicium denique ac infernum, sublaturus ex rebus Lutherus, ait: *Omnia de necessitate absoluta eueniunt, quod & poeta voluit quando dixit: certa stant omnia lege.* Et alibi: *Non est dubium Satana magistro in Ecclesiam venisse hoc nomen* LIBERVM ARBITRIVM. *Est enim figmentum in rebus & titulus sine re.* Et alibi: *Quomodo potest homo se ad bonum præparare, cùm nec in potestate sit suas vias malas facere?* Denique: *Vides quàm diues sit homo Christianus, vt etiam volens non possit perdere salutem suam quantiscunque peccatis, nisi nolit credere.* (*Luth. tom. 2. Lat. Ien. fol. 329. & to. 2. Wit. fol. 113. & in asert. ar. 36. & to. 2. Lat. Wit. fol. 74.*) Consonat Lutheri Hyperaspistes, Melancthon, dicens: *Ridiculum commentum est liberum arbitrium.* (*Melanct. cõ. in Rom. 8. edit. prima.*) Idem denique dicunt omnes superius asserẽtes Deum esse mali authorem. An autem hoc nõ sit ad atheismum hominibus transeundi ansam porrigere, cùm nullum præmium de bono expectent, nullas de malo pœnas formidẽt, & in Deum ipsum originem omnis mali conferant: tum ex proximè dicendis, tum ex subsecuto euentu; liquidò constabit.

4 Ablato hunc in modum iudicij timore, vel expectatione, seu quod idem est, pœnæ vel præmij remuneratione quam

speremus

speremus sublata; nihil prorsus vtilitatis accedat animæ ex sua mortalitate vel immortalitate. An verò Lutheri Reformatio ad hoc non obliquè tantum, sed ex composito directa sit, necne: Lutherus omnium optimè nobis indicabit. Ait ergò: *Hoc discamus & benè notemus, ne mortem & extremum iudiciũ metuamus. Nec enim venturus est Christus vt nos iudicet, sed qui non credunt, illos iudicabit.* Saltem id, vt opinor, etiamnum assequuti ex his sumus; fidem reformatam credẽtibus, si credere fas est, nullum futurum iudicium. Verùm, sit aliquis vel Reformatus, vel quicunque alius, qui sapere & intelligere, & nouissima præuidere volens, reddendam rationem villicationis suæ præmeditari cupit: quali cogitatione distineatur, pia, vel impia, salutari vel superuacanea: idem Lutherus, si audire libeat, reformata confidentia manifestabit. Ait vtique: *Cùm tibi in mentem venit Christi, velut Iudicis, qui te anteactæ vitæ rationes reddere iussurus sit: tum prò certo & explorato habeas, eum non Christum, sed ipsissimum esse diabolum.* At enim gnauiter solet esse impudens, qui semel pudorem temerauit: proindeq; hæc abissus aliam inuocabit abissum. Prorsus omninò ità est in Lutherana hac Reformatione. Qua tandem (horret id animus, manusq; contremiscit literis mandare) negatur animæ immortalitas. Itané verò, à Reformatoribus, ab Euangelicis, à Prophetis, à nostris supernè illuminatis? Ab ipsis illis. Ait enim omnium Coryphæus, Lutherus: *Verisimile est exceptis paucis omnes dormire insensibiles.* Iterũ: *Ego puto mortuos sic ineffabili & miro somno consopitos, vt minus sentiant aut videant quàm hi qui aliàs dormiunt.* Iterum: *Animæ mortuorum nec ingrediuntur in purgatorium nec in infernum.* Iterum: *Anima enim humana dormit, omnibus sensibus sepultis.* Iterum: *Mortuorum locus, cruciatus nullos habet.* Tandem aliquando; articulus ille quo creditur, *animam esse immortalem,* Luthero iudice, *est portentum in Romano sterquilinio Decretorum, quod Papa condidit sibi & suis fidelibus.* Si dubites, an fortè contagio huius portentosi Paradoxi alios è Reformatione afflauerit: Respondet Ioannes Brentius: *Etsi inter nos nulla sit publica professio quod anima simul cum corpore intereat, & quod non sit mortuorum resurrectio: tamen impurissima*

Luth in Postill Domest. de Dom. 16. post Trinit. fol. 129.

Luth tom. 1. Germ. Wit. com. ad Gal. 5 fol. 273.

Luth tom. 2. epist. Lat. Isleb. fol. 44. Idem tom. 6. Lat. Wit. in cap 2 cap. 23 c. 25 c. 42. c. 49 Genes. & tom 4 Lat. Wit. com in cap 15. Ionæ. Idem tom. 2. Lat. Wit. fol. 109. b.

Brentius ho. 35. in cap. 20. Lucæ.

ſima & profaniſſima illa vita quam maxima pars hominum ſectatur, perſpicuè indicat quod non ſentiant eſſe vitam poſt hanc. Nonnullis etiam tales voces tam ebrijs inter pocula excidunt, quàm ſobrijs in familiaribus colloquijs. Quibus declarat, licet non publica, ſaltem priuata perſuaſione, & licentia vitæ, hanc inualuiſſe ſententiam, eamque vel ipſos ſobrios profiteri.

5 Duo nobis reſtant adhuc cognoſcenda: alterum, vtrũne in hanc doctrinam de Deo authore mali, de ſolius fidei iuſtificatione, de negando libero arbitrio, deq; neganda animæ immortalitate, tota Reformatorum colluuies conſentiat? Alterum, an negent Reformati vbilibet ſe cõſentire, ſaltem corde & operibus, quantumcunque ore reclament? Quoad primũ; memor ſum eorum quæ ſuperius ſub finem capitis primi, ex Iuuello & Witakero produxi, quibus impensè contendunt, *in fundamentis fidei ſe Lutherum venerari vt Patrem, & Lutheranos vt fratres chariſſimos amplecti*. Quod etiam pro Franciæ Reformatis Beza his verbis ſanctè recipit: *Colligimus enim* OMNES *cum Chriſto, & in reipſa conuenimus, etiamſi vel in ratione dicendi adhuc diſcrepamus, vel etiam in rebus nonnullis (ſaluo tamen manente fundamento) diuerſimodè ſentiamus*. Ex quibus verbis, conſequutione nõ longè petita, in prædictis fundamentis Reformationis, cõſonam, & conſentientem ipſis eſſe cum Luthero, conſpirationem (niſi fucum nobis facere & verba dare in animo habuerint) aſſeuerare videantur. Verùm, è diuerſo ſtant, vt non diſſimulem, armatæ cohortes fratrum: quorum

Britannom. lib. 1. cap. 1. pag. 22.

Beza epiſt. Theol. 1. edi. Geneu. an. 1575 pag. 8.

——glomerare manum bello, & concurrere ad arma
Cum ſocijs ardent animi.

Virgil.

Zuinglius nimirum, ſomnum animarum exſibilans, & Caluinus diſtincto tractatu *pſychopannichia* in animarum interfectores inuectus. Nec etiam in Deum mali authorem, fatique neceſſitatem, vt neque in ſolius fidei iuſtificationem, quam plurimi vt vidimus, viſurique ſumus iurare velint. Hos tamen omnes *in fundamentis ſuæ Reformatæ fidei, fratres eſſe chariſſimos, & cum Chriſto ac in reipſa conuenire, ſaluo tamen manente fundamento*: (non obſtantibus ijs quæ hactenus diſſeruimus) dicunt ipſi, ſed

Zuingl. in explic. Articuli 57. Caluin. in pſychopan.

Vide Britannomach. lib. 1. cap. 1. 2. 3. &c.

Horat.

——*credat Iudæus Apella*

Non ego.

6 Alterum nobis cognoſcendum eſt; vtrum ſcilicet corde & operibus (quantumcunque verbis vtantur reformatis) Atheiſmum ſectentur, an potius ſanctam ac euangelicam, vt præ ſe ferunt, vitam viuant? Non enim eſt arbor bona quæ facit fructus malos, neque mala faciens fructum bonum: ſiquidem ex fructu arbor cognoſcitur. Ad hoc autem exploratè tenendum, non admodum obſcuram nobis verba ſuperiora Brentij facem præferunt. Accedit ſecundò, Author Anonimus in *Extracto reſponſionis ad nuperum edictum*; inquiens: *Agit deinde de Domini Walteri Raleighi ſchola, Atheiſmi; vt etiam de Mago eiuſdem inſtitutore; & de diligētia in infatuandis iunioribus Aulicis ibidem impenſa: in qua ſchola Moyſes & Chriſtus Dominus cum vetere nouoq; Teſtamento habentur ludibrio, docenturq; inter reliqua diſcipuli, inuersè Deū pronuntiare,* faciendo ex *God* Deo, *Dog* canem. Hic autem Dominus Walterus Raleighus hodiè in turri Londinenſi cōcluſus, retrahere calculum, & vt ictus ſapiens Manaſſes ad meliorem frugem propendere dicitur. Cùm autem in Anglia (*Reformatarum Eccleſiarum Lilio, Columba, Cedro, Monte Sion,* &c.) verſemur: plures id generis fructus delibare operæ pretium erit; licet cum Sapiente ſentiamus, dicente: *Fructus illorum inutiles & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.* Si enim *in Electorum* (vt ipſi loquuntur) *Sanctuario, Verbi diuini Oraculo, & prò Deo domicilio,* denique in terra omnium optima, iſti fructus ab iſta Reformatione emanent: quid erit de reliqua vbilibet terra, in qua

Infœlix lolium, & ſteriles dominantur auenæ?

Denuò itaque, idem profitetur de Anglia Whitgiftus Cantuarienſis, dicens: *Eccleſia noſtra plena eſt Atheiſtis.* Item, Parkes: *hæ contentiones noſtræ* (licet Barlous, & Epiſcoporum fautores, omnia inter nos pacata eſſe perſuadeant) *non minimæ ſunt ad Atheiſmum præparationes.* Item, Eduuinus Sandes: *Noſtræ lites ad Atheiſmum augendum domi, & Mahumetiſmum foris vehementer faciunt.* Item, Couellus: *Quæcunque irrepſerunt profanationes in Eccleſiam noſtram, quæcumque Sabbathi violationes, quæ irreuerentia erga diuinas*

Luc.16.43. Mat.12.33.

Admonitio ad Secretarium Theſaurarij, anno 1592. pag.18.

Vide ſuperius cap. 3. pag.24. Sap. 4. 5.

Britannomach. lib.1. cap.3. p.24.

Virgil.

Whit. in ſua Def. à p. 31. ad 51. & p. 278. Parkes in epiſt. Dedic. Apol. Vide ſuperius Brit. l. 1. c 3 pag 33 Edu. Sādes in Relat nu. 45. edit. anno 1605.

diuinas sine concionibus preces; breuiter Atheismus & hypocrisis in omnibus ordinibus huius Regni, Puritanorum impio despectui libri Publicarum precum, accepta referantur. Item, Barlous: *Religio in Anglia ab annis multis conuersa in Statismum, breui transibit in Atheismum.* Item Richardus Ieffrius: *Liberè eloqui possum quod manifestè vidi in meis itineribus, & adnotaui ex quibusdam discursibus, nunquam in Belgio maiorem ebrietatem, in Italia maiorem luxuriam, in Iudea maiorem hypocrisim, in Turcia maiorem impietatem, in Tartaria maiorem iniquitatem quàm in Anglia generaliter, speciatim verò Londini esse in vsu.* Item denique, Kingus, hodie si Deo placet Episcopus Londinensis, inquiens: *Tam sumus nos peregrini operibus & fructibus pœnitentiæ, vt quid significet pœnitentia, vix intelligamus. Adeoq; procul abest vt veri simus Israelitæ cum Nathanaele, aut ex parte Christiani cum Agrippa, vt potius conuincamur perfecti Athei. Et quod Tullius inter naturæ portenta retulit, in quadam regione ex siccitate cœnum, & ex pluuia pulueres suscitari: in nos verè quadrat, apud quos abundantia gratiæ peperit abundantiam peccati. Et sicut aliqui ex lege arripuerunt occasionem maioris nequitiæ, sic iniquitas nostra nunquam fuisset adeò luxuriosa nisi ex euãgelij exuberantia.* Siccine verò, Kinge? Reformato Euangelio exuberante, eiusq; gratia abundante, eò magis homines peregrinari à pœnitentia, eò magis homines perfectiores euadere Atheos, eò denique magis iniquitatem luxuriare? Deinceps quod voles dicito, stabit hoc irreuocabile verbum, & fidem passim impetrabit, & Euangelicam Angliæ ex Reformatione sanctitatem Atheismo perfusam, longè lateq; diffamabit, perspectamq; præstabit: *Siquidem ex fructu arbor cognoscitur.*

Conest. in Modesto & Rationabili Exam p.179 edit. Lond. an. 1604.
Barl. conc. 21 Sept. 1606.
Ieffrius in Cõc. habita Londini 7. Oct. 1604.
Kingus super Ionam sect. 32. pag. 442.
Matt. 12. 33.

7 Secundum Angliam, proximas in Reformationis negotio Geneuę deberi, quis ignoret? Indignè autem ipsi ferent, primas sibi non deferri. Ego verò susque deque habeo, vtri sint Reformatiores. Herostrati enim ex infamia famam posthumam captant; nimirum illi patres comedẽtes vuam acerbam ex qua filiorum & nepotum dentes obstupescent. Interim ita audiunt male Geneuẽses Reformati, vt quidam in Geneuam hoc distichum panxerit?

Furum, & latronum, atque impostorum & nebulonum
Natura hic posuit quicquid vbique fuit.

Vide Scioppij Mulsi Fideliam in ep. ded. pag. 4

Castal. apud Bezam in lib. quem Sicophãtem inscripsit.

Astipulatur Castalio, inquiens: *Vocant Geneuam ciuitatem sanctam, Conuenticulum verò suum Ierosolymam. At nos dicimus, ô Babylon, Babylon, ô Ægypte, ô sacrificuli Ægyptij, & Babylonici incantatores. O pollutissimi Sodomæ & Gomoræ filij.* Cui ipse Caluinus consonat; de Geneuæ Ministris dicens: *Quidam miri sunt ad captandum artifices. Humaniter excepti, spoliatis hospitibus fuga dilabuntur. Alij ancillas ad flagitium pelliciunt, ipsasq; sine scrupulo coniuges solicitant. Alij mutuò petunt quantum valeant quod nunquam reddituri sunt. Alij deposita sibi vsurpant*, &c. *Ipsimet Pastores turpissima sunt nequitiæ vel malorum aliorum exempla*, &c. *Et tales scilicet in contemptu se esse apud plebem, aut etiam ludibrij causa digito demonstrari queruntur: Ego verò potius miror vulgi patientiam, quod non eos luto, & stercoribus, mulieres & pueri operiunt.* Ecce fructus Geneuensis Reformationis. De arbore qualis sit, non licet amplius ambigere.

Caluin. de scandalis Gallicè in quatern. K. La. b. edit. 1560. per Ioan. Bap. Pinereul. edit. Lat. p. 65 66. 118. 127. 128.

8 Cùm denique in tertia parte præcedentis capitis, ex vitæ licentioris libidine effudisse se plerosque in Reformationem, palam sit: non est cur immoremur in eorum viuendi turpitudine vbiuis terrarum perspecta, nõ sine tẽporis dispendio recolenda. Est enim Camarina prærancidi & virulenti fœtoris, propter tabificam graueolentiam nemini non infensam, de facili non mouenda. Hoc verò plurimi facio; ex monumentis proprijs, ijsq; disertissimis ostensum quod probare suscepimus in toto hoc capite esse; ex ipsa natura Reformationis, veluti ex genuina radice, Atheismum germinare: ità vt sine eo fructu, Reformatio ab omnibus, effæta, infælixq; arbor censeatur. Coronidis autem loco verba Zanchij quibus his omnibus, ac huic capiti certissimam fidem efficit, huic libro finem imponent. *Inter alia* (inquit) *monstra, Ministri Sathan Atheismum ex inferno in Reformatas aliquas Ecclesias inuexerunt.*

Zanchius in epist. ante Confess. p. 7.

Libri primi finis.

BRITANNOMACHIÆ

MINISTRORVM

LIBER SECVNDVS.

DE DISSIDIO CIRCA SCRIPTVRAS, PVblicas preces, Ritus Ecclesiasticos, deque dogmatibus Puritanorum.

Admonitio ad verbi Ministros.

IN primo Britannomachiæ libro, in vos (Ministri) tria præstare volui, quæ spero iustis apertisque momentis à me ita esse comprobata, vt nullus cuicunque tergiuersationi relictus sit locus. Primò enim, vos inter vos certo certius, vt etiam à Christo Domino eiusque sancta Ecclesia, esse diuisos, nullumq; finem facere litigandi, scribendi, declamandi, disputandi, condemnandi, excommunicandi, *demonstraui. Nemo deinceps id spero negabit. Ait enim Nicolaus Gallus superintendens Ratisbonæ, ad maiorem rei fidem;* Non sunt vtique parua certamina inter nos, neque de minutis rebus,

Iezlerus li. de diuturn. Belli Euch. pag. 1580.

Nic. Gallus in Thesibus & hypothes. ſed de ſublimibus articulis Chriſtianę doctrinę; vtpote de lege & euangelio, de iuſtificatione & bonis operibus, de Sacramentis & cęremoniarum vſu, quę nullo pacto componi, vel reticeri, aut diſſimulari poſſunt: ſunt enim meræ contradictiones quæ concordiam non ferunt. *Notanda ſunt apprimè illa verba;* nullo pacto componi, reticeri, aut diſſimulari poſſunt, *nempe* ab homine pio, (*vt oſtendi ex Joanne Pappo, pagina vigeſima tertia*) *vt neque à veritatis ſtudioſo, ſi Caſtalioni adhibenda ſit fides. Ait enim:* Profectò ſi verum fateri volumus, eſt adhuc noſtrum ſæculum in profundis ignorantię tenebris demerſum. Cuius rei teſtimonium certiſſimum ſunt (*hæc quoque verba attentiſſimè ſunt conſideranda*) tam graues, tam pertinaces, tam pernicioſę diſſenſiones, tam multi & irriti conuentus de his controuerſijs. *Impios itaque & falſitatis tenaces ſolos,* qui veritatem fateri nolunt, *de primo puncto fore refractarios, ex his perſpicuè conficitur.*

Caſtalio in præf. ad Eduardum ſextum Angliæ Regem.

Secundò, ex euidentiſſimis ipſorum veſtrorum fratrum allegatis, vt aiũt, probatisq́; ſolidũ omne vobis ſuſtuli fundamentum; Scripturarũ, Traditionũ, Conciliorum, Patrum, & Romanorum Pontificum; relictis ſolis enthuſiaſmis, contradictionis ſpiritu, aſſentatione, vitæ licentia, mendacijs, maliſque genijs, quibus duntaxat vos inniti, capite ſexto, decimo, vndecimo, & alibi ſparſim, luce clarius à me eſſe oſtenſum autumo, & verò confido.

Tertiò, ex ipſis reis fatentibus manifeſtum feci, toto niſu, totiſque viribus per Reformationem quam dicitis, homines

ad

ad Atheiſmum duci & perduci. Quod capite vltimo executus ſum, citrà omnem (vt omninò exiſtimo) controuerſiam, vel ambiguitatem. Hæc autem tria, etiamſi aliud nihil eſſet, talia ſunt, propter quæ ſemel comperta, ingenuus omnis & ſola probitate naturæ lumine inſita præditus, ex Poneropoli Thraciæ, improborum videlicet reformato cætu, eripere ſe deberet. Vtinam eum in vos (Miniſtri) ſortiantur effectum.

In ſecundo hoc libro, tria alia veſtræ reductionis cauſa præſtare, fauente Deo, aggrediar. Primò enim, ſacro Dei verbo omnem veſtra reformatione abrogari fidem, diſcurrendo per ſingulas quas ex SS. Biblijs detruncaſtis partes, quáſque ex Canonicis veſtra authoritate apocryphas effeciſtis, teſtimoniorum ac rationum irrefragabili authoritate, conuincam. Secundò, enormitatem, abſurditatem, & turpitudinem veſtri officij Eccleſiaſtici, rituúmque quos temerè poſt fœdiſſimam veſtram defectionem intriuiſtis, patefacere ſatagam. Tertiò, Puritanorum deſcriptionem, ac dogmata contrà fidem, ſpem, & charitatem; dogmata inquam inſana, impia, execrabilia, (adhibita vbi vſus requiret quarundam caſtigatione annotationum) accuratiore enarratione fideliter repreſentabo. Quibus autem potiſſimum id laboris, ſudoríſque (non enim eſt negotium nihili) ſubeam impulſionibus, in præfatione ad Lectorem fide bona, ac antiqua, indicaui. Ingens tamen præ cæteris calcar hactenus adiecit, & ad progreſſum ſæpius erexit, iugitérq; erigit, huius quam hic attexo, narrationis, vltima (auriculas mihi continuò vellicans) clauſula.

Idem Dionyſius (*inquit de Alexandrino iſtius nominis Epiſcopo Euſebius*) in tertia epiſtola de baptiſmate, quam

ſcribit

Dionys. Alexandriæ Episcopus, ep.3. ad Philem.

ſcribit ad Philemonem Presbyterum Romanum, iſta tradit. Equidem tametſi hæreticorum libros & traditiones perlegebam, & meum ipſius animum ad tempus ſceleſtiſſimis eorum opinionibus quodammodo inquinare videbar, hoc tamen abillis capiebam commodi, vt non modò eos interiore animi mei cogitatione condemnarem ac refellerem, ſed multo vehementius in poſterum deteſtarer. At cùm quidam ex numero presbyterorum me vetaret, deterreretq; à legendo, ne turpi prauitatis & peruerſæ eorum doctrinę cœno contaminarer, (meam enim mentem eorum labe pollui aſſereret) cumq; vera meo quidem iudicio diceret; viſio quædam cœlitus ad me demiſſa, me confirmauit. Et vox ad aures allapſa manifeſtè præcepit ad hunc modum. Omnes libros quos ſumis in manus euolue ſedulò. Nam ſatis habes virium, & firmitatis ad quæque tum conuincenda tum exploranda. Atque hęc cauſa erat, cur ab initio ad fidem Chriſti vocatus fueris.

Euſeb. in hiſt. lib. 7. cap. 6.

Ab hac inquam vltima clauſula [Atque hæc cauſa erat, *&c.*] *incitatus, incenſuſque, non ceſſo vobis (Miniſtri) prò modulo meo conſulere, & quacunque poßum ratione ſatagendo, opitulari. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: quod ex his tuis maximè prodigis filijs (Miniſtros intelligo) ad tuas caulas cum plurimis alijs omnino nouem, reuocare dignatus es miniſterio mei, tanto (vtpote qui diu proh dolor, pudorque, hæreſi ſed ab infantia deluſus ſuccubui) fauore indigniſſimi. Perge benigniſſime Deus, perge ſemper me vt*

tibi

tibi libuerit vel plantante, vel rigante, incrementum multorum similium perpetim dare. Id te de ijs, vt nimirum salui fiant, velle & discupere, vbique ostendis. Ais enim inter alia, Reuertere ad me quoniam redemi te. *Rursum*: Nunquid qui cadet non resurget? & qui auersus est non reuertetur? Quare ergò auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa? *Iterum*: Nunquid voluntatis meę est mors impij? *Denique*: Omnes homines vult saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. *Sed quia nemo venit ad te Deus Opt. Maximéque, nisi traxeris illum, Ministrorum horum maxillas in chamo & freno constringe per Iesu Christi sanguinem peto suppliciter, vt ad te velociter approximent, tibique perpetuò adhærescant. Amen.*

Isa. 44. 22. Ier. 8. 4. Ezech. 18. 23 1. Tim. 2. 4.

Ad hanc optatam vestram resipiscentiam, nescio an quicquam non iuuabit (ah vtinam iuuet) egregij aliquando Ministri, quocum & mihi non modica intercedit necessitudo, sequens manu propria traditum in manus meas maximæ vtilitatis testimonium. Quod vt vobis prosit, (plurimum certè prodesse debet) vtque grata nostra ergà inclytæ recordationis Henricum Regem Christianissimum per omnem occasionem prostet memoria: tam Gallicè sicut fuit ab Authore consignatum, quàm Latinè expositum subijcere non grauabor. Sic ergò se habet.

Q TES-

TESMOIGNAGE TRES-AVTHENTIQVE du zele & ferueur en la Foy Catholique, de feu tres-bonne memoire HENRY *IV. Roy de France & de Nauarre, remarqué de toute la Court en la Conuersion de Jean de Plantanil, Sieur de la Pause, cy deuant Ministre Caluinien en la ville de Besiers en Languedoc, le 11. d'Apuril 1604.*

SI tost que les RR. Peres Iesuistes du College de Besiers par leur prudence & bonne conduite eussent disposé ledict Ministre, apres longues & reiterees conferences à sa reduction à l'Eglise, & que le bruit de sa conuersion faite en face d'enuiron dix mille hommes, paruint aux oreilles du feu Roy, par l'entremise de Monsieur le Conestable, à qui Monsieur le Duc de Ventadour en auoit promptement donné aduis : Et du R. Pere Cotton, tresbien instruit du tout par les relations que luy en auoient esté enuoyees du R. Pere Recteur de ce College, le P. Iean Broissard, & du R. P. Barthelemy Iacquinot, instrument de la conuersion du Ministre. Sa Majesté fit entendre à l'vn & à l'autre, qu'elle vouloit voir le conuerty. Dequoy iceluy aduerty par ledict Seigneur Conestable & Duc de Vétadour, il se mit en deuoir de se rendre à la Court en peu de temps, nonobstant la distance des lieux d'enuiron 200. lieues, où sa Majesté pour tesmoignage du contentement qu'elle auoit reçeu de sa conuersion daigna estre entretenue de luy en face dudit Seigneur Conestable l'espace de deux heures. Et apres auoir ouy de luy le narré des procedures tenues & obseruees en son instruction & conuersion, suyuie de la conuersion de plusieurs autres. Apres l'auoir congratulé, & luy auoir fait offre de son assistence & faueur à l'encontre de tous

ceux

ceux qui en haine de sa reduction le pourroient à l'aduenir molester: le consola en vray Pere spirituel, plustost qu'en grād Roy qu'il estoit. Luy représēta succinctemēt; mais auec beaucoup de iugement les mœurs principaux du Caluinisme, auec le danger qu'vn homme auroit d'estre damné à iamais, pour les suyure comme i'auois fait cy deuant: luy declara qu'il auoit esté autresfois abusé comme les autres; mais que par la grace de Dieu, & des bonnes instructions de Monsieur le Cardinal du Peron & du R. P. Cotton, il auoit cogneu la verité, pour le maintien de laquelle il estoit prest d'espandre son sang iusques à la derniere goutte. L'exhorta fort à l'humilité, pour croire tant de mysteres & ceremonies que l'Eglise croit par delà les huguenots, & pour se despoüiller de ceste opinion & presumption de soy-mesme, que les hereticques ont d'estre plus clairs voyans que le reste des hōmes, que sans cela il auroit plusieurs scrupules & difficultez, comme luy mesmes en resentit deux ans entiers apres s'estre catholizé, faute de ne pouuoir point lire les liures; mais que lesdits Sieur du Peron, & Pere Cotton, & autres Prelats & personnes doctes auroient supplée ce defaut. Et apres luy auoir demandé s'il vouloit estre Ecclesiasticque parmy les Catholicques, & s'il auroit vn iour le courage de monter en chaire; & que l'autre luy eust respondu qu'il estoit prest de faire la volonté de sa Majesté, & de ses Superieurs & conducteurs de sa conscience, & que si Dieu luy faisoit la grace de le rendre capable, qu'il seroit tres-aise de seruir Dieu en ceste vocation plustost qu'en aucune autre: Sa Majesté luy repliqua qu'elle luy conseilloit de refaire ses estudes de Philosophie & Theologie soubs les Peres Iesuites, depuis peu restablis en son Royaume pour le bien principalement des hereticques siens sujets, & qu'apres auoir acheué ses estudes elle luy departiroit ses faueurs en l'aduancement à quelque charge & dignité condigne à ses merites.

Ces discours furent suyuis de plusieurs autres, comme du desir que sa Majesté auoit que du Beze se conuertisse, comme il luy en auoit donné quelque esperance. Item encor Ferrier

ce grand Ministre de Languedoc & plusieurs autres. Et demanda sa Majesté au conuerty, par quels moyens on les pourroit gaigner; disant à Monsieur le Conestable qu'il voudroit auoir espars la meilleure partie de son sang, & que tous ses subjects fussent si bons Catholiques que luy.

Ceste premiere veüe se feit apres disner à Fontainebleau la veille de l'Assomption Nostre Dame, & le soir apres son souper il appella ledict Ministre conuerty, pour le venir trouuer en la chambre, & saluer en sa presence Messeigneurs les Cardinaux de Ioyeuse & du Perron, & Mõsieur le Prince de Condé, à qui il le recommanda apres luy auoir commandé de leur faire le discours de sa conuersion. Et le lendemain sa Majesté fut curieuse de sçauoir son iugement de la predication du P. Cotton sur le sujet de la feste de l'Assomption: & fut tres-aise que le conuerty en eust esté fort edifié. Depuis ce temps là le conuerty faisant sa Theologie à la Flesche, & ayant occasionnellement disputé à Saumur contre plusieurs Ministres, le Roy entendant qu'il auoit emporté quelque chose sur eux, luy fit escrire par Monsieur de la Varene, pour le loüer de ceste action, & l'exhorter à en faire de semblables. Finalement le mesme personnage prenant cōgé de sa Majesté il y a enuiron vn an & demy pour s'en venir à Rome, où il est de present, elle luy demanda s'il n'auoit plus disputé, & l'exhorta à se disposer à cest effect, à fin de gaigner quelques ames desuoyees à l'Eglise.

De tout ce discours ledict conuerty a bien voulu rendre tesmoignage au R. P. HENRY FITZ SIMON Hybernois, selon la demande qu'il luy en a fait, protestant deuant Dieu ce que dessus estre tres-veritable. En foy dequoy il l'a voulu signer de sa main.

A Rome, ce 16. de Decembre, 1610.

I. DE LA PAYSE.

TESTIMONIVM LOCVPLETISSIMVM DE ZELO ET IN FIDE CATHOLICA FERuore, æternę memorię HENRICI IV. Galliæ, & Nauarrę Regis, coram tota Aula exhibito in conuersione Ioannis Plantanil, Domini de la Pause Ministri quondam Caluinistæ in vrbe Biterrensi apud Lingones vndecimo Aprilis an. 1604.

VBI primùm RR. PP. Collegij Biterrēsis Societatis IESV, *suâ prudentiâ, & industriâ dictum Ministrum frequentibus colloquijs ad regressum in Dei Ecclesiam satis disposuerunt, cumq; conuersionis eius coram plus minus decem hominum millibus factæ rumor ad aures* HENRICI IV. *Galliæ Regis per Dominum Regni Conestabilem à Duce Ventadourio tota de re certiorem factum, peruasisset; idemq; Rex inaudisset ex R. P. Cotton; qui omnia ex litteris tum R. P. Ioannis Broissard Collegij Biterrensis Rectoris, tum R. P. Bartholomæi Iacquinot, quo Deus vsus instrumento fuerat in dicti Ministri conuersione: Sua Majestas vtrique significauit cupere se dictum resipiscentem videre. Quapropter hic à D. Conestabili, & Duce Ventadourio de Regis voluntate monitus, confestim (etsi ducentis circiter inde leucis abesset) ad Aulam aduolat. Vbi sua Christianissima Maiestas in signum voluptatis, quam ex ipsius conuersione hauserat, dignata est coram dicto D. Conestabili per duas horas varijs vltrò citroq; habitis sermonibus cum eo agere. Auditóque qua serie eius instructio, & conuersio, cùm tot aliorum palinodia coniuncta, fuisset instituta: ei gratulata est, oblato suo aduersus omnes reductionis ipsius obtrectatores, Regio fauore. Sanè verius Patris spiritualis instar, quàm magni, vt erat, Monarchæ, eum consolabatur. Denique breuiter, sed magno cum iudicio Caluinismi mores perstringebat; declarans quanto cum salutis æternæ periculo ei adhæreatur, vti ipse sat superq; probâsse affirmabat, cùm sibi olim vt alijs plerisque obtrusus esset.*

Cæterùm Dei gratiâ optimis D. Cardinalis du Peron documentis, & R. P. du Cotton monitis veritatem agnouiſſe, cui ad extremum ſpiritum retinendæ vel vltimam ſanguinis ſui guttam paratum ſe impendere. Inſuper eidem magnopere humilitatem ad fidei obſequium inter tot myſteria & cæremonias quæ ab Eccleſia creduntur, vltra omnem hæreticorum morem, obnixè commendabat. Ad hæc ſuadebat arrogantem æſtimationem omnem penitus animo exuendam, qua ſcilicet reliquo mortalium cœtu plus ſapere perſuadent ſibi Sectarij. Quod ni faceret, fore vt multis angeretur ſcrupulis, plurimiſq; difficultatibus implicaretur: quibus ſe per biennium à Catholicæ fidei ſuſceptione (quod ſibi libros conſulere non vacaret) grauiſſimè laboraſſe aſſeuerabat. Cæterùm dictum Dominum du Peron, Reuerendum P. Cotton, aliosq; Præſules homines ſapientiſſimos omnem ſibi ſcrupulum exemiſſe, omnémque defectum ſuppleuiſſe.

Præterea ex eo ſciſcitatus, num Eccleſiaſticum inter Catholicos ſtatum profiteri cordi eſſet; & num fortè ſatis animi ad conſcendendum aliquando ſacrum pulpitum ei ſuppeteret; reſpondiſſetq; dictus Ioannes, ſuæ inprimis Maieſtatis, ſuorúmque Superiorum, & conſcientiæ ſuæ directorum voluntati paratum ſe obſequi; immò ſi Dei fauente gratia idoneus habeatur, perlubenter id potius muneris, quàm aliud quodlibet obiturum: Rex excepit, ſuadere ſe, vt ſua priùs Philoſophiæ, & Theologiæ ſtudia, ſub Patribus Societatis IESV, *quos recens bono ſuorum ſubditorum, præſertim hæreticorum, ſuo regno reſtituerat, reſumeret. Porrò, decurſo eo curriculo non defore beneficentiam Regiam, qua ad aliquam meritis ſuis parem dignitatem promoueretur.*

Hæc, & id genus tunc habita colloquia. Et quidem inter cætera præ ſe ferebat ſua Maieſtas in votis habere, vt BEZA *ad gremium Eccleſiæ reuerteretur, quemadmodum is nonnullam ſibi ſpem fecerat: præterea etiam, vt celebris ille* FERRERIVS *Lingonum Miniſter reſipiſceret, & alij complures. Et ſuper hoc argumento familiariter à recens conuerſo petebat Rex, quanam illi ratione Chriſto poſſent lucrifieri. verſúſque ad Dominum Coneſtabilem, aiebat, ſe vel ſui ſanguinis impendio libenter redempturum, vt omnes ſui ſubditi tam boni Catholici, atque ipſe, forent.*

Atque hic quidem primus Regis congreſſus incidit in pomeridianum tempus

tempus pridie Assumptæ Virginis Deiparæ. Eodem verò die sub cœnam rursus dictum Ministrum conuersum in cubiculum aduocauit, vt Illustrissimos DD Cardinales D de Ioieuse, & D. du Peron & D. Principem de Condé coram salutaret: quibus etiam post relatam suæ conuersionis seriem, eundem commendauit. Postridie sua Maiestas audire ex eo voluit, quid de Patris Cotton concione in Assumptam Virginem habita videretur, gratumq; fuit audire ipsi omnia mirificè probata fuisse.

Ab eo tempore dictus conuersus Theologiæ cursum Flexiæ conficiens, cùm per occasionem subinde in oppido Saumur cum nonnullis Ministris fæliciter disputasset: Rex gestæ rei certior factus, ei per Dominum de la Varene benignè gratulatus, ad similia ad Dei gloriam aggredienda hortatus est. Tandem ante sesquiannum idem supradictus cùm Romam profecturus suæ Maiestati se sisteret: Rex ex eo percunctatus est, num fortè recens alios cum hæreticis disputãdo congressus habuisset. Extimulabatq; huic tam vtili studio gnauiter incumberet, vt ad Ecclesiæ gremium errantes reuocaret.

Hanc omnem à se institutam narrationem idem conuersus à R. P. HENRICO FITZ SIMON *Iberno Societatis* IESV *rogatus, suo chirographo firmare non recusauit, coram Deo protestatus omnia & singula supradicta esse verissima, in cuius rei fidem sua hac manu subsignauit.*

Romæ 16. Decemb, anno 1610.

IOANNES DE LA PAVSE.

CHA-

Aliorum hæreticorum conuersio.

HIs volui vobis oſtendere, & locupletiſſimo teſtimonio confirmare, Regi potentiſſimo nihil in votis fuiſſe antiquius, quàm de hęreticorum conuerſione creberrimè audire: vſque adeò, vt ſumma voluptate affectus perfuſuſq; fuerit, cùm à noſtris ſolis patribus ſexaginta ſex millium (demptis alijs quorũ præ multitudine numerus ignoratur) ad fidem à Caluiniſmo paucis annis traductorum nomina, & cognomina, accepiſſet. Id enim Richomius in epiſtola conſolatoria ad Reginam Chriſtianiſſimam non immeritò inter pręcipuas, primogenitoq; Eccleſię digniſſimas conſolationes, connumerat, (quod in priore vernaculo libro de Miſſę ſacrificio fuſius recitaui) Angelico gaudio ſuper peccatore pœnitentiam agente cùm adhuc in terris degeret adeò ſeſe oblectaſſe, & diuinorum omnium diuiniſſimo muneri (ſic ſanctus Dionyſius Galliæ Apoſtolus loquitur) ſaluti animarum cooperando, omnem opem & operam impendiſſe.

Libro primo de Miſſa p. 140. ſub finem 5. partis

Procul quidem abeſt ab hac numeroſa de qua loquimur defectione à Caluiniſmo futilis illa, & inſana (qua ſe pueriliter lactant Reformatores Miniſtri) expectatio: per quam delirantes ſomniant ſibi fautores, compliceſq; hęreſeon in Alma illa (quę me ad fidem Catholicam fœliciter reduxit) Vniuerſitate Pariſienſi: quam Honorius tertius, Innocentius quintus, Sixtus quintus,

Paul de Gimōt en l'aduis ſur le Plaidoié de la Martelier pag. 8. 170.

quintus, quadam non incommoda vocis constructione *Fundamentum Ecclesiæ, inexhaustam sciëtiæ scaturiginem Romani Pontificis dextram nuncuparunt*. Nimirum quæ amant Ministri, ipsi sibi euenisse per somnia fingunt. Et quidem Moulinęus ausus est in Anticottone dicere; *sacræ istius Facultatis Theologiæ voce, se esse locutum*. Plessius verò, in sui mysterij iniquitatis epistola dedicatoria, ad eandem sacram Facultatem alludens, (vt fol. 208 551. &c. disertè declarat) dicit se esse *interpretem eorum Catholicorum, qui eiusdem secum sunt iudicij, sed ex maiore prudentia sensum suum dissimulant*. Beda Gourmandier in tractatu suo de iure Regum, pagina 123. applaudens Doctori Edmundo Richerio, cæterisq; eiusdem propositi: dicit se libenter eorum nomina (nisi damno eorum temporis iniquitate id futurum putaret) perpetuæ consecrare memoriæ voluisse. Edidit anno proximè elapso Witembergę Leonardus Hutterus Actionem *pro Nicolao de Clemangis & Theologis Lutheranis* (veluti in vnum conspirantibus,) contrà Gretserum. Rogerus ille Widdringtonus personatus (cuius scripta priora ac posteriora recentissimè damnauit Romana Ecclesia) passim Bochelli *decreta & priuilegia Ecclesiæ Gallicanæ* erroribus crassissimis consperssa, pro fide Catholicorum Gallorum, & Sarbonæ, venditat. Rupellę, Charentonij, & multis alibi locis, Ministri non minore impudentia, quàm fraude, imponentes de more suis auditoribus, *Euangelium* (nempe quintum) fæliciter progredi indicarunt, indictis à SARBONA in Iesuitas

Gimont loc. cit. pag. 89. 222. 223.

Vide Schulcken pag. 112. Gimont loc. cit pag. 7.

Gimõt pag. 225. Ibi. 225.

apertis inimicitijs. Sed & Charẽtonij, oppugnatores Iesuitarũ, omniũ precibus Minister pro cõcione cõmendauit. Verũ, frustra sunt, aperteq; delirant pariter vniuersi; vtpote mendaciũ ponentes spem suã. Quod doctissimis scriptis, & pietissimis vindicijs, propalã ostendũt viri lõgè doctissimi *Duuallius*, ac *Durandus*, eiusdem *Sarbonæ* Eximij Doctores; itẽ viri pręstantissimi prudẽtissimiq; *Monthoulonius*. *Paulus de Gimõt*, *Richomius*, &c. Quod etiã sanctissimis decretis, cẽsurisq; manifestauit Synod. prouincialis Parisijs Martij 13. 1612. Episcoporũ octo suffragijs corroborata: in qua *Edmundi Richerij* liber *de Ecclesiastica & politica potestate* falsus, erroneus, scãdalosus, schismaticus & hęreticus denũciatur. Quod deniq; cõprobauit ipsa *Sarbona*, cuius testimoniũ datũ probitati *Richerij*, nõ fuit sine hac exclusiua, ac diminutiua clausula, [*Excepto libello de Ecclesiastica & politica potestate*.] Angue igitur & cane peius odit, fugit, execratur *Sarbona*, cõmerciũ omne cũ detestãdis, abominandisq; Plessęo, Moulinęo, Gourmandero, Hutero, Ministris Rupellanis, Charẽtonijs, cæterisq; eiusdẽ furfuris vniuersis: vt ipsa *Sarbona* abundè declarat vindicijs clarissimorũ suorũ Doctorũ, censuris pientissimorũ suorum Episcoporũ, & diminutiuo totius Collegij diplomate. Confidenter igitur ac sanctè recipio, nec fidẽ fallã: dextram me Societatis repentè porrecturũ, modò semel cum doctissima, sanctissimaq; *Sarbona* cõspirare ex animo ipsi decreuerint. Habetis Ministri quod vestra permagni interesse iudicaui, ne amplius aut insana vos

hac

hac ſpe lactetis, aut vlterius inſanis opinionibus alijs, deſipiatis, aut denique in exitium perpetuũ reformatione impijſſima, ac athea, proruatis. Deus vos à tanto malo ſeruet, demumq; ſaluet. Amen.

CAPVT PRIMVM.

NEC AVTHENTICAS, NEC APOCRYphas Scripturas, inter illos conſtare, nec hactenus verſionem vllam approbari.

Canonicæ Scripturæ ſecundum pſeudoſynodum Londinenſem anno 1562. & 1604.

Synod. Lõd. 1562. 1604. artic. 6.

Geneſis.	*1. Liber Samuel.*	*Liber Eſther.*
Exodus.	*2. Liber Samuel.*	*Liber Iob.*
Leuiticus.	*1. Liber Regum.*	*Pſalmi.*
Numeri.	*2. Liber Regum.*	*Prouerbia.*
Deuteronomium.	*1. Liber Chronicorum.*	*Eccleſiaſtes.*
Ioſuæ.	*2. Liber Chronicorum.*	*Cantica.*
Iudicum.	*1. Liber Eſdræ.*	*4. Prophetæ Maiores.*
Ruth.	*2. Liber Eſdræ.*	*12. Prophetæ Minores.*

TOTVM NOVVM TESTAMENTVM VT VVLGO ACCIPITVR.

Apocryphi libri ſecundum eandem Reformatorum pſeudo-ſynodum.

Liber 3. Eſdræ.	*Sapientia.*	*Hiſtor. Bel & Draconis.*
Liber 4 Eſdræ,	*Ieſus filius Sirach.*	*Oratio Manaſſis.*
Tobias.	*Baruch Propheta.*	*Lib. 1. Machabeorum.*
Iudith.	*Canticũ triũ puerorũ.*	*Lib. 2. Machabeorum.*
Reſiduũ libri Heſther.	*Suſannæ.*	

PRIMA PARS.

An Scripturæ ex dubijs, fiant indubitatæ?

1. QVANTVM à cæteris Sectarijs externis Britanni diſcrepent, in Scripturis hunc in modum authenticis & apocryphis recenſendis, non hic inquiro: ſed ſolum quanta ſit domi de Scripturis, Britannomachia. Non tamen diſſimulabo, illos expreſſis terminis ſuos externos fratres lancinare, qui partibus aliquot noui Teſtamenti temerè derogant: videlicet Althemerum, qui epiſtolam S. Iacobi; Wigādum, qui primam & ſecundam epiſtolam S. Ioannis, cùm epiſtola S. Iudæ; Heſhuſium, qui Apocalypſim negauit. A maioribus nominibus prouida cautione abſtinent. Lutherum in primis pertranſeūt, qui totum vetus teſtamentum, & in primis Pentateuchum, abiurauit, dicens: *Moyſes nihil ad nos pertinet. Non mihi ſed Iudæis Moyſen tuum prædica*. De reliquo autem antiquo teſtamento, quid ſenſerit, ex ſequentibus collige. *An ex ijs es qui volentes eſſe prudentes, & ſcire aliquid amplius quàm in Euangelio comprehenſum eſt, paruifacientes fidem, erigentes aliquid noui?* Iterum: *Dicebant falſi Prophetæ, oportet & vetus Teſtamentum obſeruari: atque ita induxerūt miſeros ruſticos in omnem calamitatem*. Iudicare quoque oportet eius animum ergà vetus teſtamentum, ex odio erga præcipuā partem noui teſtamenti in his verbis expreſſam. *Non immeritò igitur admonui* (inquit) *in prologo noui teſtamenti lectores, vt hanc falſam aboleant opinionem, quod ſcilicet quatuor ſint euangelia, & quatuor tantum Euangeliſtæ. Dixi autem Ioannis euangelium eſſe vnicum, pulcrum, verum ac principale euangelium, alijsq; tribus longè ac longè præferendum, ac anteponendum: adeò vt etiam Pauli ac Petri epiſtolæ longè præcedant tria illa euangelia, Matthæi, Marci, ac Lucæ*. Deleuit ergo Lutherus pro virili tria ſimul integra euangelia, vt aſcititia, deformia, falſa, vilipendenda. Quam ergò inquies partem totius Scripturæ intemeratam ſacrilegus apoſtata eſſe voluit? Reſpondeo, id me quam maximè latêre; cùm ita dicat: *tametſi Papiſtæ*

Catholica doctr. Eccl. Anglicana. pag. 32.

Luth. ſerm. de Moyſe Wittemberge an. 1526.

Luther. in ſer de Moſe ſupra citato. & de capt. Bab. cap. de Eucharistia.

Luth. in 2. proœm. Noui Teſt. 1. edit.

Vide Sixt. Senenſ præf. in Biblioth. Sanctam.

Papistæ ingentem cumulum locorum Scripturæ afferant, in quibus bona opera præcipiuntur, ego tamen NIHIL CVRO (ô vocem infandam, & Reformatis omnibus erubescendam!) OMNIA DICTA SCRIPTVRÆ, *si etiam ijs adhuc plura afferrentur. Tu Papista valdè quidem fastidis & ferocem te facis cum Scriptura, quæ tamen Christo vt Domino subest. Itaq; nihil ea re moueor: Age sanè, famulo nitere quantum voles. At ego nitor Christo* (videte apertam ianuam latissimam ad omnem Scripturarum authoritatem funditus delẽdam) *vero magistro, Domino, & Imperatore Scripturæ. Huic ego assentior, & scio eum nihil mihi mentiturum* (quasi de Scripturis eãdem fidem habere non oporteret) *neque me in errorem inducturum esse. Illi honorem habere & credere malo, quàm vt omnibus dictis Scripturæ, vel vnguem latum à sententia me patiar dimoueri.* Sed regulam ad Scripturas intelligendas benè reformatam, ab eodem iuuabit perdiscere. Ait ergò Lutherus: *Hæc tibi norma & regula esto, quam in Scripturis sacris intelligendis sequaris: vbicunque iubet Scriptura bona opera facere, tu id sic intelliges, quod Scriptura prohibeat bona opera facere.* A quo didasculo, Lutherus sibi, suisq; sequacibus, hanc adeptus sit Scripturas interpretandi ac intelligendi rationem, in conclusione huius opusculi paranetica, Deo fauente, dicturus sum. Quæ autem Euangelica doctrina, vel fidei pars stabit, si pro cuiusque arbitrio, cùm Scripturæ affirment, eas negare Reformati debeant: sique quid negent Scripturæ, illos affirmare & approbare id oporteat? Respondi igitur superius, non vt opinor abs re, me prorsus fugere quàm partem sanctarum Scripturarum intemeratam esse velint. Vnum non reticebo circa bona opera, de quibus facta hic mentio: solére diabolum, in comitijs veneficorum, quę Sabbatha nuncupantur (teste Petro de Lancre pag. 392. suæ de inconstantia dęmonum tabulæ) graui pœna mulctare benè operantes, inflicta præpostera pœnitentia vt nimirum carnes vetitis temporibus comedant. An Reformatos suos ita passim non erudiat? An in eâdem schola vtrique venefici, ac Reformati, edocti non videantur? Profectò vt video bona opera vt perniciosa hinc pariter negligenda sibi autumant; vltrò subeuntes pœnitentiam

Luth. tom. 1. Germ. Wit. com in c. 3. Galat fol. 147. 155.

Luth. tom. 3. Lat. Whit. fol. 175. nu. 5. & to. 3. Ger. Wit fol. 143 num. 5.

quam Cacodemon pro operibus bonis constituit. Vt verò ad semitam regressus in testem Catholicorum vocem neminem, vt liqueat, quos insuper & quot præcipuos libros Lutherus in nouo testamento respuerit: sufficient Chemnitius, & Adamus Francisci, qui id absque rubore, nedum horrore, patefacient; tam nomine Lutheri, quàm totius propaginis, asseuerantes, apocryphas esse epistolas *ad Hebræos, Iacobi, Ioannis secundam & tertiam, Iudæ, cum Apocalipsi. Ex quibus* (inquiunt) *nihil in controuersia probari potest*. Qui ergò omissis his illustrioribus Sectarijs, dissidium suum in Scripturis authenticis assignandis, cum solis obscurioribus Athemero, Wigando, Heshusio, (qui tamen in postremis non numeratur) veluti cum cæteris optimè consentirent, profitentur: haud certè sincerè agere, censeantur, vel destinatæ fraudis vacare suspicione. Sed Ministris necesse fuit hoc facere: tum vt maiora nomina non offenderent, tum etiam vt sibi veluti turdi viscum non pararent. Vix enim in aliqua priorum Bibliorum apud ipsos incidas, in quibus par sacrilegium (vt nunc strictim ostensurus sum) erga easdem Scripturæ partes non animaduertas: vnde non solum cum eis quos proferunt, sed cum seipsis pugnare illos intelligamus.

Chemnit. in Exam. Côc. Trid. par. 1. pag. 55.
Adam Frãcisci in Margarita Theolog. pag. 448.

2 Anno siquidem 1579. epistola ad Hebræos, impressa in Anglia fuit sine authoris nomine; quod, deinde in cæteris impressionibus appositum: An ab eo tempore, nostris fortè Ministris noua cęlitus lux affulsit, vt certi sint authoris, cuius aliquando incerti fuerunt? Alioqui, Whitakero iudice, nulla ratio apparet, vt de qua Scriptura aliquando in Ecclesia dubitatum fuit, progressu temporis eadem Scriptura authenticam sortiatur authoritatem. Dicit enim: *Nolo quærere quo iure recipi Scriptura potuerit temporis successu, quæ semel fuit repudiata; vt quam initio fidem minimè haberet, eam tacitis hominum iudicijs paulatim obtineret.* Atqui Witakere in Biblijs reformatis Angliæ annorum 1562. 1577. 1579. 1580. &c. de authoritate huius epistolæ, aliarumq; paulò superius recitatarum, vehementer fuit dubitatum: Vnde ergò accreuit illis noua fides, & quidem priori

Witak. cont. Rat. Campiani pag. 10.

priori directè opposita? Et cur illa Caluino non tam oculato pariter non resplenduit? dicenti: *Ego, vt Paulum agnoscam autorem huius epistolæ adduci nequeo*. Idem dico de epistola sancti Iacobi, quam Lutherus non tantum vt dubiam, sed vt *contentiosam, tumidam, aridam, stramineam, & Apostolico Spiritu indignam, appellauit*: quomodo, inquam, repentè Caluino se probauit, vt dixerit: *Ego quia nullam eius repudiandæ satis iustam causam video, libenter eam sine controuersia amplector*. Et vnde Angliæ Ministris lumen illud inclaruit, vt potius Caluino quàm Luthero in hoc consentiendum, decreuerint? Narrat quidem nobis Rogerus, Anglicanæ Ecclesiæ prolocutor, ab Ecclesia Anglicana dubios olim libros, tandem haberi authenticos, ex populi Christiani consensu, & testimonio spiritus interni. Sed difficultatem non tollit. Si enim consensus populi Christiani spectetur, væ Ministris Angliæ, quos omnium locorum Christiani summo consensu hæreticos reputant. Spiritus autem iste Ecclesiæ Anglicanæ, vt constat ex Biblijs superius citatis, diuersimodè persuasit; olim nimirum tales epistolas ac libros esse apocryphos, nunc verò eosdem esse canonicos. Quod auemus igitur scire, est: vter Spiritus vetus, an recens, rectius monuerit? Addo: dementissimum quemque (vt antea dictum est) priuatum suum critirium, enthusiasmumque, iactitare posse diuinum esse spiritum, & arcanum inspirationis cælestis testimonium. Ergonè ita est? Certè videtur Sophistarum nugacium circulus, ideò credere has esse Scripturas, illas verò non, quia ita suggerit spiritus internus. Rursum, credere tuum spiritum esse sanctum, alterius verò non, quia scilicet tibi Scriptura annuere; alteri aduersari (vt tu putas) videatur.

Caluin in arg. ep. ad Hebr.
Lut. in præf. in epist. Iacobi, in edit. ien. Calu. in arg eiusdē.
Rogerus in Cath. doctr. Eccl. Angl. pag. 31. 32. in 4. prop.

3. Cum prisco more in Anglicana Ecclesia, TOBIAS, HESTER, SVSANNA, & diuersæ partes Historiæ MACHABEORVM lectitentur: criminatrix Puritanorum indoles, geniusque refractarius, inflatis buccis, reclamare

Puritani in Examine publicarum precum pag. 217. edit. an. 1610.

reclamare non desistit, apocryphas Scripturas pro Canonicis vsurpari; populo imponi; falsis dogmatibus aditum sterni. Seditiosis tandem clamoribus necessitatem Formalistis imposuerunt, vel in sua liturgica confessione (quam hactenus ad Scripturæ sensum factam, obnixè contenderunt) traditam doctrinam recognoscere: vel contrà consortes cum Catholicis, Scripturas falsò in apocryphis numeratas, prò puro puto verbo Dei habere. Duorum (vt interpretantur) malorum, posterius hoc, vt Catholicis conformentur, visum est longè minus. Aiunt ergò, laudanda palinodia, adeoque digni quos Catholici arrectis, Sectarij verò tinientibus auribus, frementibusque animis, audiant; aiunt, inquam, in celeberrimo illo colloquio Hamptoniæ cum Puritanis, coram Rege: *maximam partem obiectionum contra istos libros, fuisse Iudæorum obtrectationes, à sancto Hieronymo resumptas; qui primus omnium eos apocryphos, nominauit. Quam deinde opinionem monitus à Ruffino deposuit, eò magis quod inde scandalum publicum fuisset conceptum*. Et Billson pseudo-Episcopus Vintoniensis de ijsdem libris interrogans Puritanos, ait: *Vultis hinc euincere, has Scripturæ partes non esse Apostolicas? aut opus non esse eas modò approbare, quia olim de ijs fuit dubitatum?* Velim hic ante omnia satisfieri, Whitakero, dicenti; *nolle se quærere quo iure recipi Scriptura potuerit temporis successu, quæ semel fuit repudiata*. E diametro enim his opponuntur verba proxima Bilsoni; Et rursum verbis Bilsoni, hæc in Witakero: *Si vel librum vllum, vel libri particulam, quam diuina authoritate conscriptam ac munitam esse constat, à nobis damnatam ac repudiatam euiceris, non repugno quin minus causa omni cecidisse videamur.* Conditionem accipio. Et tibi ostendo vel tuorum testimonio, quem ad faciendam fidem vindicas S. Hieronymum, minimè tibi patrocinari. Deposuisse enim vrgente publico scandalo concepto, quam præ se tulit sententiam, ipsi paulò superius affirmant. Nunquam verò de his libris se perperam sensisse, sed Iudæorum tantum sententiam protulisse, ipsemet S. Hieronymus manifestat, inquiens: *Non enim quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicaui.* Dubij ergo illi fuerunt libri, Iudæorum, non Hieronymi,

In Colloq. Hampton. mense Ian. 1603 pag 60 edit. Lond. per Ioan. Windet. Vide Burges pag 664. Bilzon in Exam. disciplin. pratens. &c pag. 664 edit. an. 1604 Witak. cont. rationes Campiani, ad Rat. 1 pa. 10. Ibidem.

S. Hieronymus lib. 2. apol. cont. Ruffin prope finem.

Hieronymi, ſententia. Nec vt eos non canonicos deinceps habeant Sectarij, ducuntur authoritate S. Hieronymi, ſed Iudęorum. Et dato fuiſſe dubios, vnius, aut paucorum, ſuſpitione: quidni tamen, inquit Bilſonus, authentici deinceps haberi debeant? Si verò probetur aliquando librum vllum, vel libri particulam à Proteſtantibus fuiſſe negatam, quam poſtea approbauerint: cauſa cecidiſſe ſuos Whitakerus non denegabit. Id autem probat Bilſonus, id probant Biblia pleraque; id probant Antiſtites Eccleſiæ Anglicanæ, annuente ipſo Rege, quibus multa Bibliorum volumina hodie probantur, quæ obſtinatè reſpuerunt, & reſpuunt Britannicæ Eccleſiæ, teſtantibus varijs (vt dixi) Biblijs paſſim proſtantibus, & nunquam condemnatis: cauſa ergò confitentes Miniſtri cadunt. Hæc verò tota inconſtãtia, ac vertiginoſa leuitas, ex ſpirituum quibus impelluntur Sectarij (cùm quiſque ſuum pro afflatu supernò, vt dixi, infallibiliter venditet) diuerſitate, & repugnantia, manifeſtè exoritur.

SECVNDA PARS.

Quales ſint verſiones Sectariorum? & de conſilio ac remedio ijſdem, oblato circa verſionem vulgatam.

SECTARIORVM verſiones quibus miſera ſtultaq; plebecula, fidem adhibet, & in quas omnis eorum ſalus inclinata recumbit, ex ſciſſura eorũ inteſtina, quales ſint, iuuabit animaduertere. Modeſtus fuit Hieronymus Emſerus (& villico apud ſanctum Lucam non diſſimilis) dum mille tãtum ac quadringintos errores (vbi duplo plures eſſent) in Lutheri verſione; & tricies tantum ſuam ſententiam retractaſſe Lutherum in ſolo Euangelio S. Matthæi, notaret. Modeſtior autem fuit Ioannes Dietenbergius qui 874. dinumerauit in vniuerſum. Quod ſatis ſit Lutheranis, vt ſi ſapiant, tam corruptam deteſtentur traductionem. Sed progrediamur. Qualis etiam traductio fuit Caluini? An fortè ſanior, ſanctiorve? *Textum euã-* *Luc. 16.*

Molin. in transl. Noui Test par. 12. fol. 110. gelicum (inquit Molinæus) *desultare Caluinus facit sursum deorsum: vim infert literæ Euangelicæ; & illam multis in locis transponit, & insuper addit literæ.* Qualis saltem versio Oecolampadij, & Basiliensium? *in multis est* (inquit Beza) *impia, & à Spiritus S. sentētia prorsus discrepās.* Qualis & quā syncera Zuinglij? *Ego in Saxonia oppido Mundera* (ait Conradus Schlusselburgus) *anno 1560. apud Scholæ rectorem Humbertum vidi exemplar Germanicorum Bibliorum quæ Tiguri erant impressa; vbi non sine insigni admiratione, & animi perturbatione, verba filij Dei ad imitationem Zuinglij somniatoris deprauata esse deprehendi. Nam in omnibus illis quatuor locis* (*Mat. 26. Mar. 14. Lucæ 22. & 1. Cor. 11.*) *vbi verba institutionis testamenti filij Dei recensentur*, HOC EST CORPVS MEVM; HIC EST SANGVIS MEVS, *in hunc modum textus erat falsatus*, HOC SIGNIFICAT CORPVS MEVM; HOC SIGNIFICAT SANGVINEM MEVM. Qualis, Castalionis, qui Gesnero visus est omnes omnium versiones longo post se interuallo reliquisse? *versio est* (inquit Beza) *sacrilega, impia, Ethnica.* Qualis denique Theodori Bezæ, seu Geneuensis? *omnium pessima*, inquit Iacobus noster magnæ Britanniæ Rex; & ad *cuius errores adnotandos* (aiunt Castalio & Molinæus) *libro nimis magno opus foret.*

Bez. in resp. ad Defens. Castalionis.

Schlusselb. Theol. Calu. l. 2. ar. 6. fol. 43. 44.

Gesner. in Bibl. Sebast. Castal.

Iacobus Rex Magnæ Britan. in Colloq. Hampt. pag. 46.

Molin. passim. Casta in Defens. pag. 183. 184. 187 188. &c.

5 Verùm, hęc extrà callem Britanomachię dicta videantur, cùm Britonum nihil intersit quantum Ministri alibi delirent, modò ipsi soli Scripturarum ritè traductarum potiantur. Quamuis reuera non ità sit, inter membra eiusdem (vt volunt videri) Ecclesiæ arctissimè connexæ, tamen (vt omnibus satisfaciam) in versionibus Anglicis haud pauciora menda, & mendacia, quàm in cæteris effluere confirmabo. Et in primis in versione solius noui testamenti, Tindali, (qui Foxio non tantū est Dei nuntius, sed Anglorum Apostolus) bis mille deprauationes collegit Tonstalus. Ad cuius accusationis fidem prostat hodie Henrici VIII. Regalis sanctio: quâ, *fallax, mendax, & detestanda renuntiatur Tindali Bibliorum interpretatio*. Porrò, de versione iam in vsu, ait Carlilus: *Interpretes nostri Bibliorum sensum deprauarunt, veritatem obscurarunt, ignaros deceperunt. In multis locis à sententia Scripturas detorquent, & sectari se tenebras magis quàm* lucem,

Vide Wittbal de abusibus p. 134.

Fox. in Act. & Mon. pag. 981.

Vide Lindan. in Dubitā. Statut. R. Henr. 8, anno 34. & 35 cap. 1.

Carlil in li. con discens. Christi ad inferos. pag. 116. 117. 118. 161. 144.

lucem, & errores potius quàm veritatem, manifestant. Acerbius in hoc, Broughtonus: *Publica traductio Bibliorum, facit vt miriades miriadum nouum testamentum abijciant, & ad æternas flammas proruant. Textum sanctum veteris testamenti in octingentis octo locis peruertit. Alcorano est deterior, &c.* Ministri Lincolnienses eandem nihilo taxant clementius. *Versio hæc (*inquiunt*) adimit, additq; textui, nõnunquam ad deprauandam & obscurandam sententiam sancti Spiritus.* Rursum: *Absurda est, & sine significatione: in plurimisq; locis literam cõtrà intentum sancti Spiritus deprauat.* Cui, ne tuta conscientia suffragari possint Puritani, præpediri se dicunt, *eò quod sola versio psalmorum, vt recitantur in libro communium precum, plusquam ducẽtis locis, addendo, subtrahendo, mutando, ab Hebræa litera aberret.* Sed, an fortè de omni Anglicana versione turpia ista opprobria, intelligantur? Rex magnæ Britanniæ, Anglicanæ Ecclesiæ reformatæ Ecclesiæ primas (ait enim Henricus Salcolbrigensis: *dico Regem Angliæ, Ecclesiæ Anglicanæ Primatem esse*) vel caput, vt maluerunt vocari Reges Angliæ, à depressa religione Catholica; Rex, inquam, magnę Britaniæ (vt in narratione colloquij Hamptonensis legitur) appositè respondet; *Peculiari cura connitendum esse, vt vna ac vniformis prodeat sacræ Scripturæ versio. Professus enim est se nunquam vidisse Biblia bene versa Anglicè: sed omnium pessima ratus est Geneuensia. Hoc autem fieri debere, per doctissimos in vtrâque vniuersitate: deinde examini Episcoporum, posteà Senatui Regio, denique suæ Regali authoritati, subijciendum; & in hãc versionem solam iurare oportere totam Ecclesiam.* Exitum huius gradationis inauditæ præstolabimur intentis animis, visuri (quoad liceat) quorsum hęc futura versio (nam quę nuper prodijt votis his minimè dicitur respondere) abibit, & an spiritui Lutheri, Caluini, Oecolampadij, Zuinglij, Castalionis, vel Bezæ propius accedet, an potius diuersum ab omnibus spiritum sibi sequendum existimabit. Manet interim abundè manifestum, nec apocryphas nec Canonicas Scripturas inter illos hactenus constare; nec versionem vllam vernaculam, ab illis non improbari. Probatum autem aliquando illam iri, quam Rex noster intendere videtur, vix vlla spes est; dicente Tokero, (quod etiam superius

Broughton. in admon. ad Proceres Angliæ.

Ministri Lincolniẽses in comp. oblato Regi, 1. Decem. 1605

In petitione oblata Regiæ Majest. pag. 76.

Henr. Salcol. in refut. exam. Becanici pag. 140 177.

Thuan. lib. 1

Polidor. l. 27

Genebr. l. 4.

Calu. in c. 7. Amos.

Collo. Hãpt. pag. 46. edit. Lond. 1604.

Lib. 1. c. 3. num. 6.

Vide lib. 1. Britannom. c. 3. p. 27. 28.

in Scotia plures Ministri asseuerarunt) *Regem in suo regno omnibus quidem superiorem, nulli subditum, fidei tamen iudicem non esse quidem appellandum.* Rursum: *Reges Christianos non esse fidei ac religionis iudices.* Qui autem iudex esse negatur religionis ac fidei, quomodo in versionem ab eo semel approbatam, tenebuntur vniuersi transire, & tanquam in sacro sanctam, iurare, (quandoquidem reliqui Reges eandem gratiam impetrare nequiuerint) non facilè concipiamus, multo minus futurum vt ità sit imaginemur; maximè cum Puritani in suo examine (quæstiunculis 3.12.13.14.27.36.113.121.137.163.200.202.) Regiam Iacobi præ cæteris Regibus Anglię dignitatem ac potestatem malignè circumscribere videantur. Spero autem ante omnia futurũ vsitutas, & receptas à populo Christiano voces in trãslatione hac quam parturiunt (si fortè despondentes animos optatam non desperent post tot inanes conatus fæturæ editionem) postliminio restituendas; & significationem naturalem, vel prophanam, peruulgatæ & Ecclesiasticæ quarundam vocum significationi præpostere non anteponendam. Audiuimus vtique hactenus, & audientes fastidiuimus, prò Deo, ac Domino, à Reformatis substitui *Iehouam*, prò Christo *vnctum*, prò sancto Spiritu *ventum*, prò altari *mensam ac templum*, prò benedicere *gratias agere*, prò Sacramento *secretum ac mysterium*, prò Episcopo *superintendentem*, prò Presbytero *seniorem*, prò Diacono *famulum seu ministrum*, prò Apostolis *legatos ac oratores*, prò Baptismo *ablutionem*, prò Catholico *generalem*, prò Ecclesia *synagogam, consistorium ac congregationem*, prò traditionibus *instructiones*, prò anima *cadauer*, prò inferno *sepulcrum*, prò diabolo *calumniatorem*, prò muliere ac sorore *cõiugem*, prò idolo *imaginem*, pro propheta *videntem*, & sic de cæteris: quæ futiliora Neuij butubatis, & stultiora quibuscunque gerris affanijsque reputauimus. Nec certè mirum, cùm non simul in sentẽtiam aliquã populo inculcandam nouæ hæ voces traducantur, quin ipsis logodædalis, earundem inquam architectis, nisi omnino ineptire velint, summoperè displiceant. Demus verbi gratia Catholicum quempiam pro nata occasione, sensu recepto verborum

Toker in duello cum Becano pag. 5?. 313.

borum, hæc aut similia dicere, quæ ab aliquo Reformatorum totidem verbis reformatis resumantur.

Modus loquendi Catholicorum in significatione verborum recepta, omninò diuersus à modo loquendi Reformatorum in significatione ab ipsis transmutata.

1. { Catholicus, Christus animam Deo commendauit.
Reformatus, *Vnctus cadauer Iehouæ commendauit.*
2. { Cathol. Catholici laudant Deum in Ecclesia.
Reform. *Generales laudant Iehouam in synagoga vel consistorio.*
3. { Cathol. Baptismus ab inferno liberat.
Reform. *Ablutio à sepulcro liberat.*
4. { Cathol. Deus inspirat spiritum prophetis.
Reform. *Iehoua inspirat ventum videntibus.*
5. { Cathol. Homo ad imaginem Dei formatur.
Reform. *Homo ad idolum Iehouæ formatur.*
6. { Cathol. Apostoli celebrarunt Eucharistiam in altari.
Reform. *Legati celebrarunt cœnam in mensa.*
7. { Cathol. Christus instituens Sacramentum altaris, benedixit panem & vinum.
Reform. *Vnctus instituẽs secretũ mensæ, egit gratias pani ac vino.*
8. { Cathol. Catholicorum aliqui fuerunt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Martyres.
Reform. *Generaliũ aliqui fuerũt superintẽdentes, seniores, famuli, testes.*
9. { Cathol. Anima Christi non fuit triduo in sepulcro.
Reform. *Cadauer vncti non fuit triduo in inferno.*
10 { Cathol. Sororem licet alteri nuptui dare.
Reform. *Coniugem licet alteri nuptui dare, &c.*

Dixi displiciturum sine dubio ipsis harum nouitatũ architectis tam friuolum reformandi studium, si ob oculos aliquando constituatur; Theodori Bezæ ad hoc dicendum fretus exẽplo, qui hanc insaniam præ cęteris insaniuit, eandemq; deinde seu viam qua Christiani in Ciceronianos & Ethnicos facillimè transmutantur, obnixè damnauit. Eius tamen com- *Beza in Acta Apost. c. 10. 46.*

mentarium editione potius anni 1556, quàm anni 1565. malò esse à lectore consultum. Certè pro ea qua in hac parte ipsemet vsus est licentia, iure optimo apud Castalionem, Illyricū, Humfredum, aliosq; plurimos, vt de Catholicis nihil dicam, acerbius vapulauit. In istis autem diuersis à Catholico ac Reformato dictis, bone Deus! quantum est (licet inimici nostri sint iudices) claritate, pietate, soliditate, discrimen? cùm quod à Catholico piè, clarè, solideque dicitur, à Reformato impiè, obscurè, blasphemeque emendando deprauetur. Nec aliter à posterioribus Reformatis leuitas illa & verò puerilitas priorum in Scripturis perperam tractandis, noua Reformatione corrigi queat, quin simul totum Reformationis negotium leuitatis, & temeritatis in cęteris omnibus, suspectum reddetur. Si enim in ipsa sua quam vocant fidei regula deformanda enormes, ac improbos, se præbuerunt: cætera omnia quæ secūdum eam regulam, amussimuè disposita sunt, praua, improba, ac peruersa esse oportet.

Castal. Defens. con. Bezam p. 189. Illyric. in Clau. part. 1. in Verb. Infernus, pag. 598. 603. 604. 605. Humfred. lib. 2. de interpr. pag. 219 &c.

Quid ergo consilij? Quid remedij? Dicam ingenuè, & absque omni felle ac fraude, quod mihi in Domino consultissimum videtur. Notum in primis est Witakerum magni apud vos nominis, volentem cunctis reprehendere viribus Rhemēsium Anglorum versionem Noui Testamenti vernaculam, tādem pro colophone accusationis dixisse, *Prorsus conformis est vulgari versioni Latinæ.* Hoc autem (vt ipse interpretatur) maledictū, Beza, Molinæus, Erasmus, Humfredus, cæteriq; Reformationis antesignani, laudē maximā esse volūt. Ait enim Beza, *Vetus interpres videtur summa religione sacros libros interpretatus.* Ait etiā Molinæus, *Egerrimè à vulgari consuetaq; lectione recedo.* Ait deniq; Hūfredus (Erasmū pertranseo, vtpote ex parte tantum in numero Reformatorū) *proprietati verborum satis videtur addictus vetus interpres, & quidem nimis anxiè, quod tamen interpretor religione quadam fecisse, non ignorantia.* Hanc autem Religionem inferius laudans, ad Bezæ licentiam alludens, ait: *liberius in alijs prophanis licet expatiari & digredi à verbis, in Canonica Scriptura, nulla licentia est tolerabilis.* Cùm igitur *summa religione* vetus interpres

Witak. contra Noui Test. Rhem. Versionem, pag. 15.

Beza in præf. Noui Test. anni 1556. & in c. 1 Lucæ V. 1. Molin. par. 30. Erasm. c. 6. Matth. Humfred. de ratione interpret. pag. 74. Humfred. loc. cit. p. 179.

pres vſus ſit, & Anglicana verſio Rhemenſium ſit *prorſus conformis vulgari verſioni:* quorſum diſtincta verſione opus videatur ſi religio proprietaſq; quæratur, nemo facilè comprehendat. Hanc itaque verſionem ſolam, conſultius longè in Britannia admiſerint, quàm in nouis iugiter caſſo vt hactenus conatu elaborandis, operam luſerint.

Quod ſi inſaniendi libidine vt ſacrificium incruentum tollant, pro altari nobis *menſam*, pro presbytero *ſeniorem* ſupponere pergant: vt Sacramentũ matrimonij deleant, pro Sacramẽto *ſecretum, myſteriumq;* ſubijciant: vt Chriſti diſcenſum ac purgatorium euitent, pro anima *cadauer*, pro inferno *ſepulcrũ* ſubſtituant: vt conſecrationis ſeu benedictionis vim extenuent, pro benedicere dicant *gratias agere*: vt Sacerdotum cęlibatum auferant, mulierem efficiant *coniugem*: vt denique commodius noſtræ doctrinæ aduerſentur, tot nobiles partes, tot volumina integra gratis pro apocryphis reputent, vel pro adulterinis repudiẽt, & ſic de cæteris: anguſtias illi ſuas patefecerint quidem, nobis verò nihil nocuerint, magis autem cõfirmauerint in fide, quam labefactare ſe non poſſe niſi ſacris literis deprauatis, oſtendunt.

Porrò hoc Reformatis noſtris in Britannia ad ſuam verſionem vtiliter elucubrandam, intimandum eſt; non oportere ipſos à vulgata verſione recedere, Græcorum exemplarium prętextu. Aliud quidem nouitatis & oſtentationis amore ab ijs ſæpius factũ, ſed magno malo Reformationis. Primò enim, vel Beza ipſo teſte, vetus interpres non diſſentit ab antiquiſſimis exemplaribus Græcis, ſed à ſolis recẽtioribus corruptis: quod etiam declarant Molinæus, Humfredus, & alij paulò ante commemorati. Secundo quia, multis partibus nobis fauentiora ſunt in cunctis cõtrouerſis exemplaria Gręca quàm Latina. Dabo ex pluribus aliqua manifeſtiora exẽpla. Vbi enim nos dicimus *Corpus meũ quod prò vobis tradetur*, in Græco eſt pro tradetur in futuro, *κλώμενον frangitur* in præſenti, ex quo incruẽtum ſacrificium quod pręſens fuit, & à Reformatis negatur, palam proponitur, excluſo ſacrificio cruento quod tũm non

Bez in præf. Noui Teſt. an. 1556.

Vide S. Aug. lib. 2. de Doctr. Chri. c. 15

1. Cor. 11. 24.

pręſens

præsens, sed futurum erat. Idem pro calice cernitur in verbo
Lucæ 22. 20. ἐκχυνόμενον effusus, in præsenti, cùm in Latina versione habeatur *fundetur* in futuro. Et hoc ità in Græco pro nobis facit, vt ex
Beza Annot. in cap. 22. Luca Ver. 20. margine in textum hæc verba irrepsisse suspicetur Beza. Miserum profectò effugium, & olim ironicè suggestum, à Luthero; dicente: *Quid inepti, nihilne consilij habetis &c. Dicite verba illa pri-*
Luth. tom. 7. In Defens. Verb. cænæ fol. 411. *mum margini ascripta, posteà verò ab aliquo textui inserta*. De traditionibus, capite decimo primi libri, Græca verba à nobis stare demõstraui. De idolis non verò imaginibus vetitis, Græca verba εἴδωλον, εἰδωλολάτρης. εἰδωλολατρεία, sunt expressa: Latina autem imago, simulacrum, sculptile, &c. subinde ambigua. Itẽ vbi Latina verba habent *vt vacetis orationi*, exemplar Græcum adiungit *ieiunium*. Quod etiam facit Act. 10. 30. non sine do-
1. Cor. 7. 5. ctrinæ nostrę manifesto commodo; Reformationis verò cui ieiunium non arridet, incommodo. Item pro libero arbitrio Græca lectio, sonans, *genitus ex Deo conseruat seipsum*, lõgè est clarior quàm vt in Latina versione; *generatio Dei conseruat eum*. Item
Rom. 8. 38. pro vana Reformatorum securitate, Græca lectio *persuasus sum enim*, multo minus fauet, quã in lectione Latina *certus sum enim*. Demum, ipsum fundamentum Reformationis nobiscum impetit lectio Græca, *Beati facientes mandata eius:* (vnde & mandata possibilia, & de facto impleri ostenduntur) cùm tamen versio Latina (incorruptis exemplaribus Gręcis quę non extant con-
Apoc. 22. 14. formis) sonet tantum; *Beati qui lauant stolas suas*; quæ verba Reformatis nullum adferunt detrimentum. Addo præterea Biblia Anglicana, etiam illa quę interpretationem Bezæ se sequi profitentur, tam à Beza, quam à Græco resilire Lucæ capite 3. v. 36. Actorum capite 1. v. 14. capite 2. v. 23. capite 3. v. 21. capite 26. v. 20. Secundæ ad Thess. c. 2. v. 15. & c. 3. v. 6. &c. Vnde nobis persuadent, se Gręcis exemplaribus, & Bezæ, fidem meritò abrogare.

In hac autem ab exẽplari, præsidioq; Græco, Ministrorum summa orbitate, qui tamen per singularem hypocrisim fulciri se subinde in Græcis Scripturis mentiuntur, nemo impudentius Ioanne Ridero (de quo in præfatione) & Ioãne Kelt[illegible]gio,

vt paucis

vt paucis narrabo mundo imposuit. De vtroque iudicet populus Christianus, an prior mereatur Episcopi infulam, & an posterior idoneus fuerit Ecclesiastes, qui tali concione Iesuitis & Seminaristis in turri Londinensi, Caluinismum persuaderet. Siquidem Ioannes Riderus sic ait: *Et vbi vos prò poculo calicem accipitis, populo dicentes calicem à vobis consecratum esse sanctiorem vsitatis poculis quibus bibitur, dico hoc dicentes, ignaros prodi linguæ Græcæ, quâ Christus potirion dixit, & quâ euangelij potirion scripserunt.* Deum immortalem! quænam improba, impudensque est inscitia, si hæc non sit? Quid; Christum fuisse Grece locutum? Christum potirion dixisse, & non calicem? O miseri græcissantes, pariterq; græcantes Ministri, cùm poculis vestris calicum per summum nefas diuenditorum pretio plenis, ebrij: quam nobis temulentam ignorantiam propinatis? Sed Riderum ridendum, ludibrio omnium ætatum prætermittamus. Ioannes verò Keltrigius, publica authoritate delectus, habendis, vt dixi, concionibus in turri Londinensi, quibus si Deo placet Iesuitæ & Seminaristæ captiui à fide ad Caluinismum conuertendi erant: non contentus pro suggestu stultitiã suam manifestare, sed sibi ipsi applaudens, typis euulgari pro recônditæ eruditionis specimine voluit *Septuaginta interpretes & meliora Græcorum exemplaria non habere illa verba*, GRATIA PLENA, *sed pro ijs habere* κεχαριτωμένη. O rem planè portentosam! ô stupendum prodigium! ducentis ante natam DEIPARAM annis mortuos septuaginta interpretes, non habuisse quidem in lingua Græca, verba illa Latina GRATIA PLENA, sed pro illis habuisse κεχαριτωμένη. Quid vobis Christi Confessores inclyti his auditis videtur? an alium aliquando Ministrorum in cuius verba & doctrinam consentiatis, magis idoneum, magisq; eruditum, prestolamini? Profectò ad foueã, nemo Keltrigio cæcorum aptius ducatum cæcis præstet, neq; Grecorum, neque Latinorum. Adeò vt dux alius authorq;, vel auspex diuersus immeritò quæratur desipere volentibus, vel Septuaginta defunctos ab aliquot seculis interpretes, præpostero studio inter viuos exquirentibus. Vos certè Athletæ

Ioannes Riderus in suo Caueat, paulo post medium, num. 90.

Ioan. Keltrigius Verbi Minister Lond in cõc. in turri f. 14.

Christi prorsus celeberrimi, nec his Reformatorum ducibus quò pergitis indigetis, nec hos didascalos à quibus erudiamini expetitis, nec his ante oculos pennatorum coniectis retibus vt concludamini timetis,

Benè quidem ego hac occasione memini iuuenis cuiusdam Ministri (is à sacello erat Oliuerio Lamberto) ineptias: qui (præsente Tristramo Ecclestono turris Dublinensis pro tempore Præfecto, item Domino Marco Sheo, & Domino Patricio Archero, qui hodie in honore apud omnes viuunt, tunc autem illustres Christi confessores in carcere mecum detinebantur) anno 1604. mihi iureiurando asseuerauit se vidisse, perlegisse, sedulaque meditatione multum diuque volutasse S. Lucæ Euangelium Hebraicum: in quo salutationis Angelicę primum verbum erat, non AVE, sed CHAVECH. Quidni ergo dicamus à septuaginta interpretibus dudum defunctis, hoc saltem Lucę Reformati Euangelium antequam vllus Lucas esset, fuisse in Gręcum ex Hebræo conuersum, & ad Ioannis Keltrigij manus peruenisse, ac alia quidem verba Latino-Græca habuisse, non tamen AVE GRATIA PLENA? Si Ministris aliquando credere vlli consentient, hæc commenta a sistata vel similia multa anilia deliramenta, sibi credenda, nihil dubitent,

Ex his interim videmus græcissantes Ministros, popularis auræ ambitione iactitare quam non habēt peritiam Gręcam, & eam si haberent, inde tamen nihil in rem, sed benè plurima in certissimum suum nocumentum, nostrum vero emolumētum reperturos; adeoque à Græcis vel Hebraicis exemplaribus ipsos non prohiberi, quo minus in vulgarē vt par est, vtque ego persuadeo, versionem, si causæ suæ consultum cupiant protinus nobiscum confederatione ipsis salutari conspirent.

CAPVT SECVNDVM.

PRIMA PARS.

Quare in particulari offenduntur Ministri à Scripturis quas gratis vocant apocryphas? & quantum Scripturas blasphemant sibi displicentes?

SPISSVM mihi negotium hic est expediendum, omnibus Ministris commune, adeoque à Britannomachia Ministrorum non alienum. Illud certè, vt illis, si velint, prosim, subibo: ipsi autem viderint, an potius malint peruersis vocibus veritati reluctari, quàm confessis erroribus sacras Scripturas suis placitis contrarias, & ab insana dementia sua ad salutis expectationem retrahentes, agnoscere. Per partes singulas distinctionis maioris ergo, progrediar: ante omnia patefacturus, quâ regulâ, quaq; reuerentia vtâtur, vel ergà indubitatas sacras literas, vel ergà ipsos Apostolos à Spiritu sancto edoctos, vel denique ergà ipsum sacrosanctum Dei Spiritum, Christumque Dominum cum ipsis non arrident. Ex Donati regula Ministri passim pari licentia, definiunt: *non ideò placere aliquid quia in sublimi authoritate scriptum legitur, sed ideò rectè scriptum videri, quia cuiq; ità placet. Tu ergo* (inquit S. Augustinus vnicuique Ministrorum) *es regula veritatis: quicquid contra te fuerit non est verum.* Qua enim reuerentia teneri videatur vel erga doctrinam Apostolicam, vel erga ipsos Apostolos? Caluinus (& qui Caluino quàm D. Paulo verba facienti interesse preoptant,) cui libuit ità eos blasphemare? *Intempestiuè trahunt loca: à natiuo sensu discedunt: multas sententias ex abrupto inserunt: nominant impropriè: verbis vtuntur impropriè* Deinde in omnes Scripturę sententias quæ ad palatum non faciunt, quid subterfugiendi cupido, dictu facilius, quàm illud Caluini: *Si Apostoli sint, ne garriant quic-*

S. Aug. to. 6. l 32. contra Faust. c. 19. Ibidem l. 11. c. 2. Vide Schlusselb. l. 2 fol. 40. de Theol. Calu. Calu. in c. 19 Ioan. v. 23. 24. in cap. 2. Mat 15. c 8. 17. c. 27. Marci c. 9. Luc. c. 5. in praef Noui Test. Gal. 1567. Idem Instit. l. 4. c. 8 n. 4.

Vide Feuar. in praef. in Ruth. *quid illis collibitum fuerit?* vel illud, quod Feuardentius ei attribuit: *Non possum credere sextum caput Ioannis, Apostolum habere authorem?* vel illud Bezæ, de adultera in capite octauo Ioannis eiusdem: *lectionis varietas facit vt de tota re dubitem.* Inferius: *Christum scribere in terram, videtur mihi nouum & insolitum?* Certè, si ad quemcumque fidei articulum probandum Scripturę vbertim citentur, si paginæ, si libri, si vtrumque denique integrum testamentum in medium producatur: cuiuis maledico, scurræ, calumniatori, procliue esse nemo neget; verbi causa de S. Paulo, deque tota ex eo doctrina, cum Caluino, Magdeburgensibus, Quintino, dicere: *Fuit Paulus tum calidus, tum frigidus, plenusq; arrogantiæ, temeritatis, confusionis: homo impatiens & desperabundus in aduersis; contentiosus in Barnabam; hypocriticus in Iacobum, & alios: Non fuit vas electum, sed elisum & fractum.* De S. Ioanne cum Bullingero, & Quintino: *ex prompta adoratione Angeli, apostatasse; & fuisse iuuenem stolidulum.* Et sic de cæteris. Immò verò nisi placentia loquatur ipsa veritatis origo, Sanctus ipse Spiritus: pronum erit cũ Caluino dicere: *Suggerat tantum quæcũque ante Christus ore docuit; hancq; restrictionem esse attentè notãdam.* Ex qua tamẽ restrictione cõsequitur, Ecclesiã quã S. Spiritus regit, fidei nostrę nihil posse vtiliter, vel declarãdo, adijcere. Integrum ergo per Caluinũ, erit cuiq;, fidem nullã habere Symbolo Apostolorum, consubstantialitati trium personarum, processioni sancti Spiritus, virginitati perpetuæ, Deiparę; paruulorum baptismo; Sabbathi, in diem Dominicum, transpositioni; Christiani paschatis, & non Iudaici, obseruationi; Sanctissimi Eucharistię Sacramenti in ieiunio perceptioni; sanguinis & suffocati licitæ commestioni; à fratris defuncti coniuge ducenda prohibitioni; laicorum & mulierum ad sacram synaxim participãdam permissioni: hæc inquam omnia, & alia superius recensita, *restrictione attentè notanda* Caluini (cùm ea Christus non legatur ore docuisse) vetantur fide Caluiniana (non certè Christiana) credi,

[Margin notes: Beza in c. 8. Ioan. Calu. in 1. Cor 4. 4. c. 7. 9. Rom. 9. 3. Centur. 1. l. 2. c. 10 col. 558. 559. 560. Quintin. apud Resciũ in praef. Ministromachia. Bullinger. in Apoc. c. 19. & c. 22. Quintin. loc. cit. Vide Apologiam Protest. pag. 389. Calu. Instit. l. 4. c. 8. n. 8. Vide Apol. Protestan. à pag. 600. deinceps. Vide superius p. 69. 70]

SECVN-

SECVNDA PARS.

De atrocioribus blasphemiis in Christum prætensæ Reformationi contrarium.

QVI in dictum modum impiè blasphemarunt Apostolos, & ipsum Spiritum Sanctum: an saltem Filium Dei, Verbum Diuinum, ipsam imaginem Sapientiæ Dei, Saluatorem nostrum, intemeratúm, pertransierunt? Haud quaquam. Non hic morabor velites Sectariorum, Matthæum Hamant, Franciscum Ket, Georgium Paris, Ioannem Lewes, Guilielmum Haket, quibus CHRISTVS visus est *homo miser, & peccator ; non Saluator, sed deceptor mundi ; homo ignarus ; cuius eloquia fuerunt absurda*, &c. Lutherum enim omnium corypheum de atroci blasphemia appellabo, dicentem: *Nihil mirum, si Arius, Iudæus, Mahumetes, & totus mundus negent Christum esse Deum*. Iterum: *Omnes Prophetæ hoc in spiritu de Christo præuiderunt, quod* CHRISTVS *futurus esset omnium maximus latro, homicida, fur, sacrilegus, blasphemus*. Plura affatim suppetunt, sed cui hæc non sufficiant? Caluinum quoque seu monstrum spectrumque modicè considerandum sistam, impietate detestabili blasphemantem: CHRISTVM *mediatoris officio defungi renuisse*. CHRISTVM *placida moderatione caruisse*. CHRISTVM *conscientiæ anxietate tortum fuisse*. CHRISTO *diuinæ maledictionis horrore perculso, metúque horribilis exitij duriter cruciato, elapsam esse desperationis vocem*, &c. Poteratne Cacodæmonum supremus, ab omni infernali crapula temulentus, eructare diriora? Saltem plura id generis hic non requirantur, Succenturiatum habebit Caluinus Puritanorum in Anglia, (qui vel Caluini sordes exosculantur) primipilum Carturightum; dicentem: *non posse sibi persuaderi, Israelitas adeò fuisse dementes qui Christum crederent esse Deum viuentem, quem oculis miserum*

Vide supra cap 5. p. 42.

Vide 1. & 2. art. Familistarum in Examine Eduardi Rogeri Lōd. an. 1571.

Luth. tom. 2. Lat. Wittē. disp de Deo Thes. 18.

Idem tom. 4 in c. 3. ad Galat.

Vide superius p. 42. 66

Calu. in Matth. c. 26. 29. Instit. l 2 c. 16. n. 10. 11. 12.

Carturightus 2 replic. pag. 19.

miſerum,ſimplicemq́; homuncionem intuebantur. Piget profectò aërem infandis his blaſphemijs vlterius inquinare, cùm vel luce clarius ſit, Scripturas eos nihil reuereri, qui ad hunc modum execrando ſacrilegio in Deum ipſum, Scripturarum omniſq; boni authorem, ora impia reſoluerunt.

TERTIA PARS.

De Tobia, & ijs quæ in eius hiſtoria Reformatis diſplicent.

3. SED, cur in particulari, canonicos libros, per ſummum nefas exauthorarunt? Quid in ijs teneros eorum offendit ocellos? Quid vindices verbi Dei (ſi credere fas eſt) vt ſacram paginam delumbarent, lacerarent, dilaniarent, impulit? Multa ſcilicet, & magna. Niſi enim Scripturis fœdiſſimè temeratis, momento vno ſtare res eorum nequit. In Tobia diſplicent iſta, 1. *peregrinatio in Hieruſalem, 2. ab infantia, Dei mandata hominem cuſtodiſſe. 3. Saram quoque mundam ſeruaſſe animam ſuam ab omni concupiſcentia. 4. Eleemoſynam ſeu bona opera à morte liberare, & peccata purgare? 5. orationes Deo per Angelos offerri.* Puritanis porrò neſcio quid obuerſetur in Tobiæ capite 3. v. 8. vnde mendacij blaſphemè, ne dum impiè (quod etiam faciunt de verſu 9. 12. 15. capitis duodecimi) hunc librum, redarguunt. An quia nomen Aſmodei exprimitur? An quia ſeptem viri à dæmonio extincti dicuntur? An quia ſeptem viris Sara nupſit? Aliud non inuenio. Exprimi credo dæmonij nomen, vel Angeli Raphaelis, eos neſcio quam ob cauſam pupugit. Saltem ob prædicta ſuccenſent toti Tobiæ libro. Cæterùm, dictis & documentis in hoc libro pietatem Catholicam redolentibus, repugnant Miniſtrorum iſta axiomata, & antitheſes, Spiritui ſancto huius libri authori, veluti ex induſtria ordine quæq; ſuo, oppoſitæ. Contra primum, exempli cauſa; *peregrinationes ad loca ſancta, eſſe impias*. Contra ſecundum; *mandata Dei vel Sanctis, eſſe impoſſibilia*. Contra tertium; *non poſſe iſtud impleri. Non concupiſces*. Contra quartum; *nec eleemoſynas nec alia bona opera prodeſſe*. Contra quintum,

Tob c.1.6. c.2.13. c.3.16. c.4.11. & c. 12.9.12.12.

Puritani in Examine libri pub. precum p.217. edit.an.1610

tum, *angelos nobis non auxiliari.* Sed præstat ipsos proprijs verbis loquentes, & singulis articulis singulas cõtradictiones audire opponentes. *1. Vota ieiuniorũ, peregrinationis ad loca sancta, & similia quibus homines Deo se placere putãt, plena sunt* (inquiũt) *manifestæ impietatis; 2. mãdata Dei esse impossibilia, & concupiscentijs vniuersos inquinari. Lex Dei est* (inquit Lutherus) *impossibilis etiã sanctis.* 3. Astipulatur parẽti filius, Luthero Caluinus: *impossibilis est legis obseruatio etiã sanctis. Nec vllus impleuit, nec implebit illud; Non concupisces.* Et alij: *Bona opera* (eleemosynę, ieiunij, orationis) *non tantum non requiri ad salutem, sed esse perniciosa.* 4. *ieiunium non est* (inquit Caluinus) *meritorium apud Deum*; adeoque inutile. 5. *Angelos non esse inuocandos* (ait Caluinus idem) *vt auxiliatores vel intercessores*: cùm tamen Raphael non inuocatus, auxiliatorem & intercessorem Tobiæ, sese fuisse declarauerit.

Calu. Instit. l. 4. c. 13. n. 7. Luth in art. damnatis per Paris. Et de libert. Christiana. Calu. Inst. l. c. 7. n. 5. Vide Act. colloq. Aldeburg. p. 120. 205. Calu. Instit. l. 4. c. 12. n. 19 Idem ibid. l. 1. c. 14. n. 12.

Hunc itaque librum à Reformatis reijci, non quia olim de eo fuit dubitatum (cùm eam causam Bilsonus capite præcedente respuat) neque quia S. Hieronymi, obtrectationes Iudæorum sequentis, id postulat authoritas (cùm sententiam mutasse eum Formalistæ ibidem dixerint) sed quia doctrinæ Reformatæ his articulis disertè repugnat: manifestius est meo quidem iudicio, quàm vt à quocunque dissimulari, nedum nedum negari queat. Nullam enim aliam rationem ne ipsi quidem comminisci valeant, Siquidẽ illa sola quæ superest, quod in Canone Hebræorum non inueniatur, saltem antiquiore; nullius est momenti: cùm hic liber non Hebraicè sed Chaldaicè fuerit conscriptus, & (canone Iudęorum, iudicioq; *Pharisæorum* spreto) à S. Hieronymo, veluti canonicus, *iussionibus Episcoporum* ad Latinum stylum traductus. Porrò si sanctis & œcumenicis Concilijs, vt volunt videri, fidem Reformati adijciant: cur Tertio Carthaginensi, quod olim, & Tridentino quod recenter habitum fuit, cũctantur obedire? Si verò Sanctis Patribus Ecclesiæ primitiuæ velint, vt subinde profitẽtur, acquiescere: cur Innocentio primo, Gelasio primo, S. Cypriano, S. Ambrosio, S. Basilio &c. hunc librũ in sacro canone cõputantibus, verentur credere? Restat itaque solum, vt eum obtrunca-

S. Hier praf. in Tobiam ad Chromatium & Heliodorum. S. Innoc. 1. epist. ad Exuperium. S. Gelas. 1. in Decreto de Scrip. sanctis S. Cypr. in ser. de Eleemosyna. S. Ambr. in lib. de Tobia S. Basil orat. de auaritia.

truncauerint Reformati, odio doctrinæ quam comprobat, cui per Reformationem subscribere tali libro Ministri prohibentur. Et quis illa verba relata de Angelis ex Caluino, & similia [verbi gratia, *falsum esse commẽtum suum cuiq; singularẽ Angelũ esse.* deinde: *immodicis elogijs præter Dei verbũ superioribus aliquot sæculis Angelos cumulatos fuisse*, &c. cõferat cũ his & similibus verbis sancti Augustini [*Sancte Michael, sancte Gabriel, sancte Raphael, sancti chori Angelorum atque Archangelorum, per illum qui vos elegit, & de cuius contemplatione gaudetis, vos rogare præsumo, vt prò me culpabili Deo supplicare dignemini.*] Quis inquã hæc horum duorum verba audiens, deliberabit vtrùm in Caluini sententiam sacræ Scripturę repugnantem, an verò in sententiam sancti Augustini sacris literis conformem, transire malit? Si autem in tam stolida quis nutet deliberatione & animi diutius anceps pendeat: sciat saltem, ex ipsis Magdeburgensibus, *Angelos sibi inuocandos ipsum putasse Originem*, ducentesimo post Christum natum anno. Sciat insuper Gulielmum Camdenum magni nominis Reformatum dicere, *Angelos bonos salutem, & incolumitatem, quærere, ac spectare, generis humani*. Sciat porrò hæc verba Gulielmum Couellum, in Theologia Reformata Doctorem, respondere, obijcientibus in Liturgia Anglicana *fieri orationem prò Angelorum patrocinio: cur non?* inquit. *An dubitet aliquis eos nobis subuenire, cùm sint administratorij spiritus, quibus Deus mandauit de nobis? Nunquid ad illos non oremus vt nobis subueniant?* Sciat denique etiam ipsum Caluinum leuitatis ac inconstantiæ suæ à superiori sententia recedendo, hoc mnemosynum consecrare posteritati; *Hoc quidem pro certo habendum, non tantum vni Angelo* (quod falsum esse commentum superius dixit) *vnumquemque hominem esse curæ, sed omnes vno consensu vigilare prò salute humana.* Idem sentit de Angelorum tutela, locisque ac hominibus ipsorum fidei ac patrocinio commissis Petrus Martyr, Hiperius, Ioannes Hussus, &c. Quorum comparatione, nullus est ex aduerso, Fulcus, Willetus, & minorum gentium quicunque alius Angelorum patrocinio cultuiq; refractarius. Vel enim nihil contrà torrentem reliquorum facit, vel certè non aliud quàm vt com-

Calu. ad psalm. 90 & ad cap. 12. Act. Apost. & lib 1. Inst. c. 14. num. 7. 10. 11.

S. Aug. in li. Med cap. 40.

Cent. 3. col. 83, lin. 49.

Camden. in fol. pag. 461. edit. Lond. an. 1607.

Couel. in Modesto & Rationabili Exam. &c. pag. 195.

Calu. lib 1. Instit. c. 14. num. 7.

Pet. Martyr in loc. com. par. 1.

Hiper. in Method. Theol pag. 191. Io. Huss. ad 1. Pet. c 3.

Fulc. in Apoc pag 464

Willet. in synopsi 164.

vt comprobet per ſingulos totius doctrinæ articulos, vt nos identidem affirmamus in medijs litium turbis verſari Reformatos. Cæterùm id obiter, in hac materia Angelorum, mihi faceſſit negotium: cur tantopere litigent de quibuſdam Angelis boni iſti fratres. Contendunt enim Willetus, Fulcus, & Puritani paſſim, nullum eſſe Michaelem Archangelum, ſed ſub illo nomine deſignari Chriſtum. His è contrà ſe opponũt Wigandus, Mathæus Iudex, Marloretus, Officium Publicarũ Precum Eccleſiæ Anglicanę, & plerique reliquorum, dicẽtes nomine Michaelis, Archangelum creatum proponi. Sed & Puritani vlterius progrediuntur, in dubium vocantes vtrùm vlli prorſus dentur Archangeli: adeoque de eo dubios ſe exhibent, vt libro Publicarum Precum adijcere non ſe poſſe calculum aſſeuerent, quia prò comperto Archangelos eſſe in eo habetur. Verum abſurdum paradoxum, ab ipſis fratribus, domi, foriſque, Huttono, Petro Martyre, Frigiuilleo, Keckermãno, Piſcatore, &c. exploſum, produxiſſe, eſt confutaſſe. Minus longè miror, in ſanctum Gabrielem ipſorum primarios inuehi: quandoquidem contrariam ipſis doctrinam conceptis verbis tradere non dubitauerit. cùm enim ipſi dicant Deum *id ſolum poſſe quod vult facere, & omnipotentiam Dei eſſe prophanum & deteſtabile commentum*: non eſt mirum cur de hoc dicto Gabrielis, *Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum*. Beza ad quiduis audendum promptus dixerit, *id non credendum, nec vniuerſaliter recipiendum ſe conſtanter propugnare*. Vehementer igitur inconſideratum vel hallucinatum, vel ſui oblitum oportet fuiſſe Gabrielem Archangelum, qui in tanta legatione quod minus eſſet credibile, aut recipiendum, affirmauerit. Sed cùm ipſe Chriſtus Dominus idipſum in Euangelio confirmauerit, nẽpe *apud Deum omnia poſſibilia eſſe*; etiam vt camelus tranſeat per foramen acus, carnis integritate illæſa: blaſphemia iſta Bezæ, vt & hęc Caluini, *Inſane cur à Dei potentia poſtulas vt carnem faciat ſimul eſſe & non eſſe carnem?* apud Chriſti fideles nullum inſtar, punduſque aliquando obtinebunt. Securus igitur de ſancto Gabriele Archangelo, eiuſq; doctrina, narrabo quod à viris fide di-

Willet in ſynopſi pa. 293 294. Fulc. in c. 1. Apoc fol. 464. 477. Puritani in Exam. libri Publ. Prec p. 58 59. 214. Wigand. & Mat. Iudex in ſuo ſyntagmate p. 509 Marloret. in Enchirid. p. 20. edi. Lõd. an. 1591. Officiũ Anglic. in orat. feſti S. Michaelis. Purit. loc. cit pag. 214. & Miniſtri Lincoln. in ſua ſynopſi pag. 74. Hutton in 2 par. Reſp. ad Rationes, p. 168. 169. 170 P. Mart. in loc. cõ. part. 1. Frigiuil. in palm. Chriſtiana, p 39. Keckerm. in Syſtem. Theolog. p. 159 160. 163 Piſcat. in Volumin. 1. Theſ. pag 93 Beza in Catech. breui Geneu art. 1. Caluin. Inſt. l. 3. c. 23 n. 2. Luc 1.

Beza apud Heshus. Vide Feuard. Theomach. l. 1. Mat. 19. 26. Calu. Inſtit. l. 4. c. 17. nu. 24.

Ex literis virorũ summæ fidei & dignitatis.

de dignissimis, inter multa alia id generis suo tempori conseruata, quid nuper in hanc rem scripto acceperim. Anno 1594. in vrbecula YOHILÆ in Ibernia, Ioannes Doudalus Eques & Centurio, militum cohortem in præsidio continebat, cui Thomas Lyth Minister preco fuit. Hic semel in rostra ascẽdens, in legationem Gabrielis ad Deiparam Virginem Mariam, veluti ineptam, & mẽdacem, accerrimè ad rauim vsque declamauit. Rediens verò domum, & in lectum debilior coniectus, Sodes inquit contubernali militi, pugionem oro mihi tuum paulisper præsta; quandoquidem mihi incumbat, iussu Domini mei cacodæmonis, violentas mihimet manus consciscere. Detrectante & flagitium deprecante milite, ac tandem præ horrore foras subterfugiente, surrexit senex, & toga accinctus, baculoq; innixus, ad mare rectâ progressus, maiusculis literis in arena exarauit, THOMAS LYTH SEIPSVM SVBMERSIT. Deinde in mare pectore tenus processit vestitus, donec videret celerrimè concurrentes qui ipsum, vel nolentem retraherent. Eis verò iam propinquis, in fluctus caput ipse suum induit, nec prius extulit quàm animã tartareis spiritibus in prędam efflauit. Nimirum excandescere, fremere, furere, Centurio Doudallus cępit. Tantum ergò scandalũ reformato Euangelio inter viros Catholicissimos aspersum singulari aliquo indignationis monumento aliquousque expiãdum ratus, curat ab altissima pertica transfodi medium Ministri corpus, & ingente lapidum strue in ipsa arena ad perpetuam memoriam obrui. Proxima tamen nocte, vel à lupis, vel à dęmonibus cadauer abreptum nusquam comparuit. Similem prorsus exitum impio Anatolio apostatæ obtigisse, produnt Authores: quo magis vulgi parœmia fidem impetret, *Non esse bonum ludere cum Sanctis*, vel petulantius in Angelos Archangelosve grato dæmonibus obsequio, insanire. Sed pergamus.

Niceph. li. 18 hist. cap. 4. Baron. to. 7. ad an. 580. in principio.

QVAR-

QVARTA PARS.

De Iudith, & ijs quæ in eius hiſtoria Reformati improbant.

IN Iudith, quid fortè noſtri Reformati, reprehendunt? 1. In ieiunijs ſcilicet, orationibus, cilicijs, populum Deo ſupplicaſſe. 2. quampiam, à ſecundis nuptijs viduitatis, & continentiæ amore, abſtinuiſſe. Hæc autem aduerſantur Miniſtror[um i]n genio. Si enim ieiunia Puritani probent, certè non alia quàm præpoſtera. Non in feria ſexta, in memoriam paſſionis, non in Sabbatho in memoriam ſepulturæ Domini, non in quadrageſima: ſed epulantes in his indictis ab Eccleſia diebus, non niſi diebus Dominicis; nec cœnæ, ſed prandij tempore, ieiunare libet. Id ab Arianis, (quos ipſi fratres agnoſcunt; dicentes: *Ariani ſunt membra Eccleſiæ Dei; cùm Euangelij fundamentum retineant*) vel Aerianis acceperunt: apud quos (vbi de Aerio, Arianorum hæreſi prorſus deuoto, adeò vt dicatur *Arianus in totum*, inquit S. Epiphanius) *ſtudium eſt, vt potius in die Dominica ieiunent, quarta verò & proſabbatho edant.* Et ait in excuſatione Arianorum Witakerus: *De ieiunio nihil à fide Catholica alienum docuit Arius.* 2. In continentiæ præiudicium ait Lutherus: *Si quis vel intrà vel extrà monaſteria caſtitatem vouerit, tuum votum cum Deo pugnat, adeóque nihil eſt.* Iterum: *Matrimonium excellentius eſt virginitate, ſicut viæ Domini ſine comparatione excellunt vijs hominum.* Denique in Sardanapalica ſua concione de tribus Regibus, ait: *Benè cum Republica agi, ſi in aliqua vna ciuitate vel quinque virgines & quinque mares annum vigeſimum caſti attigerint; idque plus eſſe quàm tempore Apoſtolorum, & Martyrum, acciderit. Nec ob aliud Deum è mundo tempeſtiuè euocaſſe in cœlum, Cæciliam, Agnetem, Luciam, Agatham, quàm quia corrumpi facilè alioqui potuerint. Demum, non minus vires naturæ tranſgredi hominem cælibem, quàm*

Iudith c. 4. 8 9 c. 8. 5. 6. c. 9. 4. 10. 13.
Vide Hoker. in Eccl. Pol. l. 5. ſect. 72. p. 210. Et Piſturam Puritani E. 2. b. Vide Apol. Prot. p. 114. 115.
Thom. Morton. de regno Iſraël, & Eccleſia p. 94.
S. Epiphan. hær. 75.
Witak. con. Duream p. 830.
Luth. ſerm. de matrim.
Idem lib. de vita coniug.
Luth. de tribus Regibus pag. 198. Colmaria an 1523.

si nihil omninò comederet vel biberet. Certè hæc dicenti sancta Iudith seu parum Reformata non displicere nequiuit.

QVINTA PARS.

De residuo Hesther Reformationi displicente.

Esther c. 10. 13. Examen libri com. precū p. 66. 67. 63. Vide superius cap. 4 lib. 1. vbi de Puritan. confess. Resp. Oxon. pag. 14. King in Ionam lect. 36. Ormerod. in Pictura Puritan. E. 2. b. Esther 3. 2.

DE residuo Esther, quid carpant, neque hic deuinando deprehendere valeo. Puritanos autem perturbet fortè noui festi institutio. Festum enim nouum absque manifesto Dei decreto, tanta illis videtur idololatria, quanta fuit adoratio vituli; & eos qui illud temerè obseruant, non minoris culpę accersunt, quàm si commendata à Deo festa negligant. Cuius erroris oestro perciti, in ipso natiuitatis festo (vt Oxonienses asserunt) famulos suos arare, & plaustra agere, compulerunt. De quibus agens Kingus, infit: *De certa hominum gente inaudiui, qui cùm Rex festum indixisset, ipsi ieiunium imperarunt. Contrà verò* (ait Ormerodus) *hominum ego gregem noui, qui in Quadragesimæ septimanis, carnes singulis diebus comedere consuescunt: extrà tamē Quadragesimam, duobus saltem diebus in hebdomada à carnibus temperant.* Non ergò Puritanis liber Esther, quo noui festi institutio commendatur, arridêre debuit. Si insuper adorationis nomē, qua Aman adorabant serui Regis, non fastidiant; mirum est. Adorationem enim ita Puritani etiamnum oderunt, vt, in prima sui libelli supplicis petitione, Regi supplicauerint, ne Ministri teneantur commendare genuflexionis, ad prolationem nominis IESV, dum legitur Euangelium, consuetudinem. Quam tamen piam genu flexione reuerentiam, Oxonienses cōmuni omnium decreto *minimè esse superstitiosam,* confirmant. Pergunt tamen Puritani adeò repugnare adorationi, vt eius causa abstineant à communione cœnę, quando sine geniculatione sedētibus (quod pseudo-synodalis sanctio 23. & 27. prohibent) Ministri nolint eam exhibere. Gilbius autem cæteris confidentior, hanc inter communicandum adorationis speciem, non horruit appellare idololatricam. Cui Puritani in suo

Resp. Oxon. pag. 14. Pictura Puritani, I. 3. b. in fine. Gilbius in praef. dialogi Militis Barucensis.

suo Examine, eiusque pagina 182. tantum abest vt blasphemãdo cedant, vt multis parasangis præcellant; dicentes: *Omnium rituum Papisticorum, geniculationem in cœna, esse maximè idololatricã.* Contrà quam à pagina 168. ad 204. futili debachãtur studio, contendentes in numero Idololatrarum recẽseri omnes Formalistas.

SEXTA PARS.

De ijs quæ Reformatos offendunt in Sapientia.

IN Sapientia, non potuerunt hominibus insipientissimis nõ displicere ista, de bonorum operum meritis pronuntiata. *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum. Et reddet iustis mercedem laborum suorum,* &c. Hæc enim, & istæ Caluini ac Lutheri antilogiæ, vni non attribuantur authori: *qui autem primus meriti nomen operibus humanis ad Dei iudicium comparatis aptauit, fidei securitati pessimè consuluit.* Iterum: *Non sunt bona opera facienda intuitu mercedis.* Lutherus verò more suo procacior, & stolidior, ait: *Ego certè, si cælum viderem apertum, & possim illud leuatione vnius festucæ promereri, nollem tamen facere, ne ausim dicere ecce promerui.* Ecce quàm benè curant cõsensum cũ hac authentica, vel à primordio Ecclesiæ Scriptura; S. Augustino testante: *Quia proximi Apostolorum egregij tractatores Sapientiæ librum adhibuerunt testem, nihil se adhibere nisi diuinum testimonium credentes.* At hoc Ministri curant scilicet. Ipsi enim sunt regula veritatis: quicquid reperitur contrà ipsos, non est verum. Alioqui, quot propè Patres, quot celebriora concilia, quot sunt veteres in Ecclesia probati scriptores: tot, Ecclesiæ semel declaratione audita, adijciunt fidem authenticam his cęterisque Scripturis, quas isti Aristarchi gratis ex canone expunxerunt. Id Bellarminus, cæteriq; in hæreticos scribentes, copiosè demonstrant. Sed ad hæc omnia quid isti opponunt, Audite: ab ijs enim quæ capite decimo primi libri, plerique eorũ de concilijs dixerunt, longissimè abhorrent. *Concedo quosdam ex his libris à Carthaginensibus* (intelligit Patres concilij: inter

Sap. 5.16.c. 10.17.

Calu. Instit. l.3.c.15.n.2. & seq. & c. 16.n.2 & 3. Luth. in 500 art. art. 454. Vide ibid. ar. 266. 267. 446. 448. 456. 457.

S. Aug. de prædest. sãct. cap. 14.

Vide Apol. Protestãtiũ pag 118.120.

Bellar. to. 1. in princip.

Lubbertus de principijs Christ. dogmat l.1.c.4. pag. 8.

quos fuit S. Augustinus) *admissos: sed nego eos propterea esse verbum Dei. Nulla enim Concilia habent istam authoritatem*. Paulò tamen superius, in Anglia eam sibi vindicant authoritatem, qua Biblijs, prout ipsi exponunt, suprema Regis manu approbatis, nemo deinceps hiscere, nemo in controuersiam vllius partis authoritatem in dubium vocare, præsumat. An fortè in futura tempora edita illa versio amplius valebit, quàm in hæc tempora illæ (plures enim erāt, & singulæ, si credere fas est, ad veritatis exactę gnomonem, & inspirationem S. Spiritus) quas Henricus 8. Eduardus 6. Elizabetha cognitas recognitasq; in lucem emitti, fingi ac refingi, figi ac refigi, curarunt? Dies diei eructabit nobis hoc verbum, & proxima tempora docebunt? Quod autem Caluinus dicat se deprehendisse mendacium in hoc libro, circà principium idololatriæ: doctissimè (suo perpetuo more) infandi, ac blasphemi mendacij redarguit *Lorinus* noster, alter Lōginus Cassius, lectionis assiduitate, spirās quędā Bibliotheca, ambulans Musæum, & inter scriptores solertissimos accuratissimus.

Caluin. Inst. l. 1. c. 11 n. 8. Lorin. in Sap. c. 14. 14.

SEPTIMA PARS.

In quo Ecclesiasticus Reformatos offendit?

Collo. Hāpt. pag. 61. Puritani in Exam. libri public. precū pag. 217. edi. an. 1610.

GVlielmus Barlous in Hāptonensi colloquio, lępidā hanc Regis ad proceres apostrophen, in Puritanos hūc librum calūniantes, commemorat. *Quid existimatis* (inquit Rex) *ad tantam iram in Ecclesiasticum, hos homines prouocasse? per salutem meam, existimo, fuisse eum quempiam Episcoporum, non alioqui ab ijs ita seuerè mulctandum*. Transeat, reliquum. Hoc saltem nobis donatur: quicquid cōtra ipsos, iustum, esse iniustum; quicquid sacrum, esse prophanum; quicquid certū, esse falsum. De S. August. inter omnes Patres subinde præclarè sentiūt & loquūtur Ministri. Inquit enim Couellus: *Homo fuit longè prælucens omnibus qui*

Couel in resp. ad Ioa. Burges p. 3.

praecess-

præcesserunt, quiq́; verisimiliter subsequentur, tam in humana, quàm diuina doctrina. 2. Fildæus: *Fuit summus Patrum & Theologorum, ab Apostolis in Dei Ecclesia celeberrimus.* 3. Gomarus: *Augustinus Patrum omnium communi sententia purissimus habetur.* 4. Caluinus: *Sanctus Augustinus est fidelissimus testis antiquitatis.* 5. denique Beza: *Est omnium veterum Theologorum, tum Græcorum, tum Latinorũ, Princeps.* Hic autem doctissimus Patrum, Theologorum celeberrimus & Princeps, purissimus & fidelissimus testis, ad rem nostram ait: *Illi libri duo qui Sapientia Salomonis, & alius qui Ecclesiasticus inscribitur, quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt.* Deinde, in nouo testamento integras sententias ex hoc libro Apostoli propè verbatim resumunt. Denique Patres omnes celeberrimi apud Bellarminum, astipulantur, & inter reliquos Sanctus Hieronymus disertissimè, inquiés: *Diuina Scriptura* (in cap. 21. 6. Ecclesiastici) *loquitur, Musica in luctu importuna narratio.* Qui verò prætextu authoritatis S. Hieronymi, diuinam Scripturam delumbant: numquid, eiusdem admonitione edocti, de diuina authoritate Ecclesiastici, dubitare cessabunt? nequaquam. Ait enim Witakerus, veluti ex verarum Scripturarum amore: *De loco Ecclesiastici parum laboro: nec arbitrij libertatem credam, quamuis hic centies affirmet.* Ecclesiastico diuino ad hunc modum valere iusso: eius vice, Lutherum sibi Ecclesiasticum mauult, dicentem: *Liberum arbitrium esse figmentum in rebus, seu titulum sine re.* Melancthonem quoque, affirmantem: *Liberum arbitrium est ridiculum commentum. Quia voluntas nostra adeò non est libera, vt eò tantum feratur, quorsum à Deo impellitur.* At his cum Ecclesiastico nostro collatis, & verò eidem execranda optione prælatis: cui non recurret in mentem, illud Iudæorum; *Non hunc, sed Barrabam?* Talibus enim pseudologis theomachis, Ecclesiasticus noster multis parasangis præstat. Cui, quod ita Ministri succenseant, minimè erit angustias eorum consideranti, mirum: cùm nulla propemodum suæ doctrinę parte ab Ecclesiastico non lædantur, perstringantur, proterantur, ac conculcentur. Et hinc

Fildæus de Ecclesia. l. 3. fol 170.
Gomar. in speculo Vera Eccles. p. 96.
Calu. Instit. l. 3. c. 3. n. 10. lib. 4. c. 14. n. 25. 26. & in ps. 58. 1.
Beza ad c. 3 Rom. v. 12.
S. Aug. de doctr. l. 2. c. 8.
Vide 1 Pet. 1 24. ex Eccli. 14 18. &c.
Bellar. to. 1. lib. 1. S. Hieron. ep. 33.
Witak. con. Campi p. 17.
Luth. in assert. art. dãnatorum, ar. 36. Witeb in 4. an. 1521.
Melanct. super ep. ad Rom. fol. 50. edit. Argẽt. an. 1523.

Et hinc illæ lacrymæ. In libero enim arbitrio, ipſimet id in primis non inficiantur. In cæteris verò omnibus, qui ita eſſe ambigant, certiores facillimè legendo, efficiantur. Inuenient enim bonorum & malorum operum merita cap. 16. 14. c. 21. 37. Item timendum non præſumendum eſſe cap. 5. 5. Item Deum nolle cuiuſquam peccatum cap. 15. 21. Item ſecundum opera, homines iudicandos cap. 17. 9. Et alia quamplurima, quæ nunc perſcribere huius loci non eſt.

OCTAVA PARS.

Cur Baruch Reformatis diſplicet?

NON aliud expectari potuit de Baruch, quàm à Miniſtris exploſum iri. Cùm enim totius doctrinæ Miniſtrorum angularem lapidem impetat, indelebilem nimirum illam ex fide ſemel conceſſa iuſtitiam, in toto argumento ſuæ Prophetiæ contrarijs aphoriſmis confutando: dubitare nemo prudēs potuit, cancellis cenſorijs circumſcribendum, & ex albo authenticorum ſcriptorum fuiſſe eum obliterandum. Antitheſes vtrimque nonnullas nobis delibabo. 1. Ait Baruch: *Peccauimus ante Dominum Deum noſtrum, & non credidimus, diffidentes in eum.* Ecce in primis, aliquando homines à fide ſemel accepta, excidere. 2. *Dereliquiſti fontem Sapientiæ. Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſempiterna.* 3. *Lex quæ eſt in æternum: omnes qui tenent eam peruenient ad vitam, qui autem dereliquerint eā, in mortem.* Ecce iterum, derelinquere poſſe homines fontem Sapientiæ; ſeu Filium Dei, idq; in mortem; adeoq; amittere fidem ac gratiam totam, & totaliter. Vtque id non Deo lubente, ſed impenſius renitente, contingere conſtet, ait: *Nutriui enim illos cum iucunditate, demiſi autem illos cum fletu, & luctu.* Hæc autem effata, Miniſtrorum fiducialem illam perſuaſionem nō recidiuæ poſt ſemel communicatam gratiam à Deo defectionis, funditus euertunt. Nec è cōtra ſimul cum ſententijs Baruch, hæc eorum problemata conſiſtant. 1. *poſt ſuſceptum Spiritum-*

Baruch c. 1. 17.

Cap. 3. 12. 13.

Cap. 4. 1.

Cap. 4. 11.

tum sanctum, non posse nos totaliter & finaliter excidere à gratia. Hinc infit Beza: *Ego dico Dauidem in adulterio perpetrato retinuisse fidem & Spiritum sanctum, neque eam amisisse*; adeoq; in ipso illo scelere iustum fuisse, cùm fides apud ipsos sola iustificet. Proindeque *esto peccator* (inquit Lutherus) *& pecca fortiter, &c. sufficit enim quod agnouimus per diuitias gloriæ Dei agnum qui tollit peccatum mundi: ab hoc enim non auellit nos peccatum, etiamsi millies millies vno die fornicemur, aut occidamus.* Et iterum: *quocirca nihil hominem reddit probum nisi fides, & nihil efficit hominem malum, nisi non credere seu infidelitas.* Denique: *tam diues est homo Christianus vt non possit perire etiamsi velit, quantumcunque malè viuat, nisi nolit credere.* Quod si quæras, an saltem pœnitentia non sit adhibenda, vel optãdum vt resipiscat peccator, ne intereat. Respondent varij variè & singuli singulis parum conformiter. Nam in colloquio Hamptonensi Rex ipse, Antistes Londinensis, & Decanus S. Pauli, ex sententia Reformatorum minus insanientium, summoperè improbant hanc multorum in Anglia insaniam; dicentium cum plerisque Caluinistarum, nulla opus esse pœnitentia: quià videlicet quos semel dilexit Christus, in finem dilexit eos. Proindeq; *remittitur* (ait) *statim ac committitur peccatum, seu potius antequam committatur; adepta, ab homine semel iustificato, plena omniũ peccatorum præsentium, ac futurorum, remissione.* Auolet igitur velut pestis, è Ministrorum istorum cætu, S. Paulus; inquiens: *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar.* Iterum: *qui se existimat stare, videat ne cadat.* Auolent denique Prophetę, Apostoli, Euãgelistæ, cum libris, exhortationibus, sententijs, dictis factisque, quibus timor, pœnitentia, perseuerantia, commendantur. Et soli restent Lutherus, Caluinus, Beza, Melanchthon, Libertini, & eiusdem furfuris alij, quibus destinata nequitia, fati necessitas, resipiscentiæ odium, arbitrij detestatio, Deus author peccati, probantur. Talibus autem arbitris, quæ veræ, quæ falsę sunt Scripturæ, æstimare nobis conueniat?

Colloq. Hãpton. pag. 24
Beza in colloq. Mõpelg. pag. 464.
Luth tom. 1. ep. Lat. epist. 238. ad Melancth.
Idem tom. 1. nouorũ operum serm. Lipsiæ impres. an. 1603 fol. 158. super euang. Attendite à falsis proph.
Lut. de capt. Bab. cap. de Bap. tom. 2. Witt fol. 74.
Colloq. Hãpton. pag. 29. 30. 31. 41. 42.
Wettonus in resp. ad nuperos art. papist. pag. 41. 92.
1 Cor. 9. 27.
Ibid c. 10 12.

NONA PARS.

Cur Canticum trium puerorum à Reformatis reprehenditur?

Dan. cap. 3.

CAnticum trium puerorum præpostero ordine, (vt Reformatos, nunquam cæteris consentientes, decuit) condemnant. Cuius tamen id authoritate? sine dubio, Hieronymi, si Ministris fides: nequaquã verò, si ipsimet S. Hieronymo credere velimus. Ait enim: *Quod refero, quid aduersus Susannæ historiam & hymnum trium puerorum, quæ in voluminibus Hebræorum nõ habentur Hebræi soleant dicere: qui me criminatur, stultum se sycophantam probat. Non enim quid ipse sentirem, sed quid illi contrà nos dicere soleant, explicaui.* Ne ergò sycophantas tales se Ministri probẽt, S. Hieronymum ad suas partes non frustrà, sed verè aduocent, illique adhæreant: *qui* (fatente Luthero) *si viueret, Ministros omnes horum temporum, de hæresi, condemnaret.* Nec sanè prudentissimi alioqui videantur qui in Scriptura approbanda, vel improbãda, eum solum sibi ducem contrà totam Ecclesiam Catholicam, assumunt, quem ipsimet non verentur pronũtiare *esse hominem furiosum, mente alienatum, præcipuum Scripturæ corruptorem, impium, falsum Christianum, idololatriæ doctorem, non sanctum, sed ipso Lucifero non minus damnatum.* Tandem video, ni fallar, in hoc canticum odiosi scrupuli quo Ministri vrgẽtur, aculeum. In eo enim, sub finem in officio Ecclesiastico (non in Biblijs nostris) legitur: *Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.* Quem Græci versiculũ aliquoties pietatis maioris causa, & ad discrimen à Iudæis qui Trinitatem non credunt, interserebant: quos omnis deindè Ecclesia subsecuta est. Ministri autem, quibus versiculus *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto,* valde displicet, adeò vt in Francia dici non sustineant; in Anglia quoque vana repetitio à Puritanis nuncupatur; additionem illam Græcorum, haud æquis animis patiantur. Hoc verò quantam suspitionem contrà orthodoxam Trinitatis fidem æquis rerum æstimatoribus importet,

S. Hier. cont. Ruffi l. 2. c. 9.

Luth. tom. 2 pag. 340. & in coll. Mës. c. de Patrib.

Causæus in dialogis, dial. 8.

Vide Mazarinum super Gloria Patri &c. discursu 103. S. Basil. l. 2. con. Eunom. & S. Cyrill. l. 9 in Io c 30 Examen lib. com precum pag. 47. edit. an. 1606.

portet, quod Ministri, alioqui in Græcorum additiones proni, ad hũc tamẽ versiculũ scrupulis tangãtur: nemo non videbit. Cùm enim auidissimè rapuerint in prima sua defectione à fide (quam consultiores deinde omiserunt) Græcanicam illam ad finem orationis Dominicæ appẽdicem: *quia tuum est regnũ, potestas, & gloria, in secula, Amen;* adeò vt Valla vulgatæ versioni in qua non reperitur (quamuis ab Erasmo, nugax appositio habeatur) prò vitio id verteret: à Græcis in hunc hymnum probè affectis, tum recedere nõ oportuit, cùm ergà Trinitatis sanctissimum mysterium in cacozeliæ Caluinianæ suspicionem, cadere necesse fuerit. Aliud porrò in hoc hymno, quod Ministris stomachum facere debet, non mihi licuit anxiè cõsideranti animaduertere; paratus alioqui bonis viris scrupulos quos queam eximere. *Vide Maldonat in c. 6. Matth.*

DECIMA PARS.

Cur ab historia Susannæ Reformati offenduntur?

RECOLENDA hic sunt quæ S. Hieronymus paulò superius dè Susanna commemorauit. Ille enim *sycophantas* esse dicit, qui eum (in propria sentẽtia) huius historiæ fidem imminuisse somniarunt. Origenes etiam, multo antiquior, improborũ præsbyterorum *ignorantiæ*, eam suspicionem assignat, dicens: *Sed iam tempus est nos aduersus improbos presbyteros vti S. Susannæ vocibus: quas illi quidem repudiantes, historiam Susannæ de catalogo diuinorum voluminum dissecarunt,* &c. Ego certè, post modernorum iconoclastarum impietatem, nescio qua eorũdam pietate, per omnia quæ peragraui Sectariorum loca, vidi tres præcipuè in domibus, ac officinis, prostare nudatas imagines: Adami & Euæ; Bersabæ; Susannæ. Nunc autem qua eorum castimonia suspectam hanc Susannæ historiam faciant, ignorare me profiteor. De qua ipsorum castimonia benè edoctus, nihil dicam tamen; cõtentus ijs quæ à Costero, Gretsero, Hamiltono, Erasmo, alijsq; allegata & probata commemorantur. Ne enim bilem *Orig. hom. 1. in Leuit.* *Coster. in compendio-sa fidei demonstr. c. 30. de matr. p. 382. & seq. edit. Colon. 1607.*

truncauerint Reformati, odio doctrinæ quam comprobat, cui per Reformationem subscribere tali libro Ministri prohibentur. Et quis illa verba relata de Angelis ex Caluino, & similia [verbi gratia, *falsum esse commẽtum suum cuiq; singularẽ Angelũ esse.* deinde: *immodicis elogijs præter Dei verbũ superioribus aliquot sæculis Angelos cumulatos fuisse*, &c. cõferat cũ his & similibus verbis sancti Augustini [*Sancte Michael, sancte Gabriel, sancte Raphael, sancti chori Angelorum atque Archangelorum, per illum qui vos elegit, & de cuius contemplatione gaudetis, vos rogare præsumo, vt prò me culpabili Deo supplicare dignemini.*] Quis inquã hæc horum duorum verba audiens, deliberabit vtrùm in Caluini sententiam sacræ Scripturę repugnantem, an verò in sententiam sancti Augustini sacris literis conformem, transire malit? Si autem in tam stolida quis nutet deliberatione & animi diutius anceps pendeat: sciat saltem, ex ipsis Magdeburgensibus, *Angelos sibi innocandos ipsum putasse Originem*, ducentesimo post Christum natum anno. Sciat insuper Gulielmum Camdenum magni nominis Reformatum dicere, *Angelos bonos salutem, & incolumitatem, quærere, ac spectare, generis humani*. Sciat porrò hæc verba Gulielmum Couellum, in Theologia Reformata Doctorem, respondere, obijcientibus in Liturgia Anglicana *fieri orationem prò Angelorum patrocinio: cur non?* inquit. *An dubitet aliquis eos nobis subuenire, cùm sint administratorij spiritus, quibus Deus mandauit de nobis? Nunquid ad illos non oremus vt nobis subueniant?* Sciat denique etiam ipsum Caluinum leuitatis ac inconstantiæ suæ à superiori sententia recedendo, hoc mnemosynum consecrare posteritati; *Hoc quidem pro certo habendum, non tantum vni Angelo* (quod falsum esse commentum superius dixit) *vnumquemque hominem esse curæ, sed omnes vno consensu vigilare prò salute humana.* Idem sentit de Angelorum tutela, locisque ac hominibus ipsorum fidei ac patrocinio commissis Petrus Martyr, Hiperius, Ioannes Hussus, &c. Quorum comparatione, nullus est ex aduerso, Fulcus, Willetus, & minorum gentium quicunque alius Angelorum patrocinio cultuiq; refractarius. Vel enim nihil contrà torrentem reliquorum facit, vel certè non aliud quàm vt com-

Calu. ad psalm. 90 & ad cap. 12. Act. Apost. & lib 1. Inst. c. 14. num. 7. 10. 11.

S. Aug. in li. Med. cap. 40.

Cent. 3. col. 83, lin. 49.

Camden. in fol. pag. 461. edit. Lond. an. 1607.

Couel. in Modesto & Rationabili Exam. &c. pag. 195.

Calu. lib. 1. Instit. c. 14. num. 7.

Pet. Martyr in loc. com. par. 1.

Hiper. in Method. Theol pag. 191. Io. Hus. ad 1. Pet. c. 3.

Fulc. in Apoc. pag 464

Willet. in synopsi 164.

vt comprobet per singulos totius doctrinæ articulos, vt nos identidem affirmamus in medijs litium turbis versari Reformatos. Cæterùm id obiter, in hac materia Angelorum, mihi facessit negotium: cur tantopere litigent de quibusdam Angelis boni isti fratres. Contendunt enim Willetus, Fulcus, & Puritani passim, nullum esse Michaelem Archangelum, sed sub illo nomine designari Christum. His è contrà se opponũt Wigandus, Mathæus Iudex, Marloretus, Officium Publicarũ Precum Ecclesiæ Anglicanę, & plerique reliquorum, dicẽtes nomine Michaelis, Archangelum creatum proponi. Sed & Puritani vlterius progrediuntur, in dubium vocantes vtrùm vlli prorsus dentur Archangeli: adeoque de eo dubios se exhibent, vt libro Publicarum Precum adijcere non se posse calculum asseuerent, quia prò comperto Archangelos esse in eo habetur. Verum absurdum paradoxum, ab ipsis fratribus, domi, forisque, Huttono, Petro Martyre, Frigiuilleo, Keckermãno, Piscatore, &c. explosum, produxisse, est confutasse. Minus longè miror, in sanctum Gabrielem ipsorum primarios inuehi: quandoquidem contrariam ipsis doctrinam conceptis verbis tradere non dubitauerit. cùm enim ipsi dicant Deum *id solum posse quod vult facere, & omnipotentiam Dei esse prophanum & detestabile commentum*: non est mirum cur de hoc dicto Gabrielis, *Non est impossibile apud Deum omne verbum*. Beza ad quiduis audendum promptus dixerit, *id non credendum, nec vniuersaliter recipiendum se constanter propugnare*. Vehementer igitur inconsideratum vel hallucinatum, vel sui oblitum oportet fuisse Gabrielem Archangelum, qui in tanta legatione quod minus esset credibile, aut recipiendum, affirmauerit. Sed cùm ipse Christus Dominus idipsum in Euangelio confirmauerit, nẽpe *apud Deum omnia possibilia esse;* etiam vt camelus transeat per foramen acus, carnis integritate illæsa: blasphemia ista Bezæ, vt & hęc Caluini, *Insane cur à Dei potentia postulas vt carnem faciat simul esse & non esse carnem?* apud Christi fideles nullum instar, pondusque aliquando obtinebunt. Securus igitur de sancto Gabriele Archangelo, eiusq; doctrina, narrabo quod à viris fi-

Willet in synopsi pa. 293 294. Fulc. in c. 1. Apoc fol. 464. 477. Puritani in Exam. libri Publ. Prec p. 58 59. 214. Wigand. & Mat. Iudex in suo syntagmate p. 509 Marloret. in Enchirid. p. 20. edi. Lõd. an. 1591. Officiũ Anglic. in orat. festi S. Michaelis. Purit. loc. cit pag. 214. & Ministri Lincoln. in sua synopsi pag. 74. Hutton in 2 par. Resp. ad Rationes, p. 168. 169. 170 P. Mart. in loc. cõ. part. 1. Frigiuil. in palm. Christiana, p 39. Keckerm. in System. Theolog. p. 159 160. 165 Piscat. in Volumin. 1. Thes. pag 93 Beza in Catech. breui Geneu art. 1. Calu. Inst. l. 3. c. 23 n. 2. Luc 1.

V de di-

Beza apud Heshus. Vide Feuard. Theomach. l. 1. Mat. 19. 26. Calu. Instit. l. 4. c. 17. nu. 24.

Ex literis Viatorū summa fides & dignitatis.

de dignissimis, inter multa alia id generis suo tempori conseruata, quid nuper in hanc rem scripto acceperim. Anno 1594. in vrbecula YOHILÆ in Ibernia, Ioannes Doudalus Eques & Centurio, militum cohortem in præsidio continebat, cui Thomas Lyth Minister preco fuit. Hic semel in rostra ascēdens, in legationem Gabrielis ad Deiparam Virginem Mariam, veluti ineptam, & mēdacem, accerrimè ad rauim vsque declamauit. Rediens verò domum, & in lectum debilior coniectus, Sodes inquit contubernali militi, pugionem oro mihi tuum paulisper præsta; quandoquidem mihi incumbat, iussu Domini mei cacodæmonis, violentas mihimet manus consciscere. Detrectante & flagitium deprecante milite, ac tandem præ horrore foras subterfugiente, surrexit senex, & toga accinctus, baculoq; innixus, ad mare rectâ progressus, maiusculis literis in arena exarauit, THOMAS LYTH SEIPSVM SVBMERSIT. Deinde in mare pectore tenus processit vestitus, donec videret celerrimè concurrentes qui ipsum, vel nolentem retraherent. Eis verò iam propinquis, in fluctus caput ipse suum induit, nec prius extulit quàm animā tartareis spiritibus in prędam efflauit. Nimirum excandescere, fremere, furere, Centurio Doudallus cępit. Tantum ergò scandalū reformato Euangelio inter viros Catholicissimos aspersum singulari aliquo indignationis monumento aliquousque expiādum ratus, curat ab altissima pertica transfodi medium Ministri corpus, & ingente lapidum strue in ipsa arena ad perpetuam memoriam obrui. Proxima tamen nocte, vel à lupis, vel à dęmonibus cadauer abreptum nusquam comparuit. Similem prorsus exitum impio Anatolio apostatæ obtigisse, produnt Authores: quo magis vulgi parœmia fidem impetret, *Non esse bonum ludere cum Sanctis*, vel petulantius in Angelos Archangelosve grato dæmonibus obsequio, insanire. Sed pergamus.

Niceph. li. 18 hist. cap. 4. Baron. to. 7. ad an. 580. in principio.

QVAR-

QVARTA PARS.

De Iudith, & ijs quæ in eius historia Reformati improbant.

IN Iudith, quid fortè nostri Reformati, reprehendunt? 1. In ieiunijs scilicet, orationibus, cilicijs, populum Deo supplicasse. 2. quampiam, à secundis nuptijs viduitatis, & continentiæ amore, abstinuisse. Hæc autem aduersantur Ministrorum genio. Si enim ieiunia Puritani probent, certè non alia quam præpostera. Non in feria sexta, in memoriam passionis, non in Sabbatho in memoriam sepulturæ Domini, non in quadragesima: sed epulantes in his indictis ab Ecclesia diebus, non nisi diebus Dominicis; nec cœnæ, sed prandij tempore, ieiunare libet. Id ab Arianis, (quos ipsi fratres agnoscunt; dicentes: *Ariani sunt membra Ecclesiæ Dei; cùm Euangelij fundamentum retineant*) vel Aerianis acceperunt: apud quos (vbi de Aerio, Arianorum hæresi prorsus deuoto, adeò vt dicatur *Arianus in totum*, inquit S. Epiphanius) *studium est, vt potius in die Dominica ieiunent, quarta verò & prosabbatho edant.* Et ait in excusatione Arianorum Witakerus: *De ieiunio nihil à fide Catholica alienum docuit Arius.* 2. In continentiæ præiudicium ait Lutherus: *Si quis vel intrà vel extrà monasteria castitatem vouerit, tuum votum cum Deo pugnat, adeóque nihil est.* Iterum: *Matrimonium excellentius est virginitate, sicut viæ Domini sine comparatione excellunt vijs hominum.* Denique in Sardanapalica sua concione de tribus Regibus, ait: *Benè cum Republica agi, si in aliqua vna ciuitate vel quinque virgines & quinque mares annum vigesimum casti attigerint; idque plus esse quàm tempore Apostolorum, & Martyrum, acciderit. Nec ob aliud Deum è mundo tempestiuè euocasse in cœlum, Cæciliam, Agnetem, Luciam, Agatham, quàm quia corrumpi facilè alioqui potuerint. Demum, non minus vires naturæ transgredi hominem cælibem, quàm si nihil*

Iudith c. 4. 8. 9. c. 8. 5. 6. c. 9. 4. 10. 13.

Vide Hoker. in Eccl. Pol. l. 5. sect. 72. p. 210. Et Picturam Puritani E. 2. b. Vide Apol. Prot. p. 114. 115. Thom. Morton. de regno Israel. & Ecclesia p. 94. S. Epiphan. hær. 75. Witak. con. Duræum p. 830. Luth. serm. de matrim. Idem lib. de vita coniug. Luth de tribus Regibus pag. 198. Colmariæ an 1523.

si nihil omninò comederet vel biberet. Certè hæc dicenti sancta Iudith seu parum Reformata non displicere nequiuit.

QVINTA PARS.

De residuo Hesther Reformationi displicente.

Esther c. 10. 13. Examen libri com. precũ p. 66 67. 68. Vide superius cap. 4 lib. 1. vbi de Puritan. confess. Resp. Oxon. pag. 14. King in Ionam lect. 36. Ormerod. in Pictura Puritan. E. 2. b. Esther 3. 2.

DE residuo Esther, quid carpant, neque hic deuinando deprehendere valeo. Puritanos autem perturbet fortè noui festi institutio. Festum enim nouum absque manifesto Dei decreto, tanta illis videtur idololatria, quanta fuit adoratio vituli; & eos qui illud temerè obseruant, non minoris culpę accersunt, quàm si commendata à Deo festa negligant. Cuius erroris oestro perciti, in ipso natiuitatis festo (vt Oxonienses asserunt) famulos suos arare, & plaustra agere, compulerunt. De quibus agens Kingus, infit: *De certa hominum gente inaudiui, qui cum Rex festum indixißet, ipsi ieiunium imperarunt. Contrà verò* (ait Ormerodus) *hominum ego gregem noui, qui in Quadragesimæ septimanis, carnes singulis diebus comedere consuescunt: extrà tamẽ Quadragesimam, duobus saltem diebus in hebdomada à carnibus temperant.* Non ergò Puritanis liber Esther, quo noui festi institutio commendatur, arridêre debuit. Si insuper adorationis nomẽ, qua Aman adorabant serui Regis, non fastidiant; mirum est. Adorationem enim ita Puritani etiamnum oderunt, vt, in prima sui libelli supplicis petitione, Regi supplicauerint, ne Ministri teneantur commendare genuflexionis, ad prolationem nominis IESV, dum legitur Euangelium, consuetudinem. Quam tamen piam genuflexione reuerentiam, Oxonienses cõmuni omnium decreto *minimè esse superstitiosam,* confirmant. Pergunt tamen Puritani adeò repugnare adorationi, vt eius causa abstineant à communione cœnę, quando sine geniculatione sedentibus (quod pseudo synodalis sanctio 23. & 27. prohibent) Ministri nolint eam exhibere. Gilbius autem cæteris confidentior, hanc inter communicandum adorationis speciem, non horruit appellare idololatricam. Cui Puritani in

Resp. Oxon. pag. 14. Pictura Puritani, I. 3. b. in fine. Gilbius in præf. dialogi Melitii Barucensis.

suo

ſuo Examine, eiuſque pagina 182. tantum abeſt vt blaſphemãdo cedant, vt multis paraſangis præcellant; dicentes: *Omnium rituum Papiſticorum, geniculationem in cœna, eſſe maximè idololatricã.* Contrà quam à pagina 168. ad 204. futili debachãtur ſtudio, contendentes in numero Idololatrarum recẽſeri omnes Formaliſtas.

SEXTA PARS.

De ijs quæ Reformatos offendunt in Sapientia.

IN Sapientia, non potuerunt hominibus inſipientiſſimis nõ diſplicere iſta, de bonorum operum meritis pronuntiata. *Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum.* Sap 5.16.c. *Et reddet iuſtis mercedem laborum ſuorum,* &c. Hæc enim, & iſtæ 10.17. Caluini ac Lutheri antilogiæ, vni non attribuantur authori: *qui autem primus meriti nomen operibus humanis ad Dei iudicium comparatis aptauit, fidei ſecuritati peſſimè conſuluit.* Iterum: *Non ſunt bona opera facienda intuitu mercedis.* Lutherus verò more ſuo procacior, & ſtolidior, ait: *Ego certè, ſi cælum viderem apertum, & poſſim illud leuatione vnius feſtucæ promereri, nollem tamen facere, ne auſim dicere ecce promerui.* Ecce quàm benè conant cõſenſum cũ hac authentica, vel à primordio Eccleſiæ Scriptura; S. Auguſtino teſtante: *Quia proximi Apoſtolorum egregij tractatores Sapientiæ librum adhibuerunt teſtem, nihil ſe adhibere niſi diuinum teſtimonium credentes.* At hoc Miniſtri curant ſcilicet. Ipſi enim ſunt regula veritatis: quicquid reperitur contrà ipſos, non eſt verum. Alioqui, quot propè Patres, quot celebriora concilia, quot ſunt veteres in Eccleſia probati ſcriptores: tot, Eccleſiæ ſemel declaratione audita, adijciunt fidem authenticam his cęteriſque Scripturis, quas iſti Ariſtarchi gratis ex canone expunxerunt. Id Bellarminus, cæteriq; in hæreticos ſcribentes, copioſè demonſtrant. Sed ad hæc omnia quid iſti opponunt, Audite: ab ijs enim quæ capite decimo primi libri, plerique eorũ de concilijs dixerunt, longiſſimè abhorrent. *Concedo quoſdam ex his libris à Carthaginenſibus* (intelligit Patres concilij: inter

Calu. Inſtit. l. 3. c. 15. n. 2. & ſeq. & c. 16. n. 2 & 3.

Luth. in 500 art. art. 454. Vide ibid. ar. 266. 267. 446. 448. 456. 457.

S. Aug. de prædeſt. sãct. cap. 14.

Vide Apol. Proteſtãtiũ pag 118. 120.

Bellar. to. 1. in princip.

Lubbertus de principijs Christ. dogmat l.1.c.4. pag. 8.

quos fuit S. Augustinus) *admissos: sed nego eos propterea esse verbum Dei. Nulla enim Concilia habent istam authoritatem*. Paulò tamen superius, in Anglia eam sibi vindicant authoritatem, qua Biblijs, prout ipsi exponunt, suprema Regis manu approbatis, nemo deinceps hiscere, nemo in controuersiam vllius partis authoritatem in dubium vocare, præsumat. An fortè in futura tempora edita illa versio amplius valebit, quàm in hæc tempora illæ (plures enim erāt, & singulæ, si credere fas est, ad veritatis exactę gnomonem, & inspirationem S. Spiritus) quas Henricus 8. Eduardus 6. Elizabetha cognitas recognitasq; in lucem emitti, fingi ac refingi, figi ac refigi, curarunt? Dies diei eructabit nobis hoc verbum, & proxima tempora docebunt? Quod autem Caluinus dicat se deprehendisse mendacium in hoc libro, circà principium idololatriæ: doctissimè (suo perpetuo more) infandi, ac blasphemi mendacij redarguit *Lorinus* noster, alter Lōginus Cassius, lectionis assiduitate, spirās quędā Bibliotheca, ambulans Musæum, & inter scriptores solertissimos accuratissimus.

Caluin. Inst. l. 1.c.11 n.8. Lorin, in Sap.c.13.14.

SEPTIMA PARS.

In quo Ecclesiasticus Reformatos offendit?

GVlielmus Barlous in Hāptonensi colloquio, læpidā hanc Regis ad proceres apostrophen, in Puritanos hūc librum calūniantes, commemorat. *Quid existimatis* (inquit Rex) *ad tantam iram in Ecclesiasticum, hos homines prouocasse? per salutem meam, existimo, fuisse eum quempiam Episcoporum, non alioqui ab ijs ita seuerè mulctandum*. Transeat, reliquum. Hoc saltem nobis donatur: quicquid cōtra ipsos, iustum, esse iniustum; quicquid sacrum, esse prophanum; quicquid certū, esse falsum. De S. August. inter omnes Patres subinde præclarè sentiūt & loquūtur Ministri. Inquit enim Couellus: *Homo fuit longè prælucens omnibus qui præcess-*

Coll. Hāpt. pag. 62. Puritani in Exam. libri public. precū pag. 117. edi. an. 1610.

Couel in resp. ad Ioa. Burges p. 3.

præcesserunt, quiq; verisimiliter subsequentur, tam in humana, quàm diuina doctrina. 2. Fildæus: *Fuit summus Patrum & Theologorum, ab Apostolis in Dei Ecclesia celeberrimus.* 3. Gomarus: *Augustinus Patrum omnium communi sententia purissimus habetur.* 4. Caluinus: *Sanctus Augustinus est fidelissimus testis antiquitatis.* 5. denique Beza: *Est omnium veterum Theologorum, tum Græcorum, tum Latinorū, Princeps.* Hic autem doctissimus Patrum, Theologorum celeberrimus & Princeps, purissimus & fidelissimus testis, ad rem nostram, ait: *Illi libri duo qui Sapientia Salomonis, & alius qui Ecclesiasticus inscribitur, quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt.* Deinde, in nouo testamento integras sententias ex hoc libro Apostoli propè verbatim resumunt. Denique Patres omnes celeberrimi apud Bellarminum, astipulantur, & inter reliquos Sanctus Hieronymus disertissimè, inquiēs: *Diuina Scriptura* (in cap. 21. 6. Ecclesiastici) *loquitur, Musica in luctu importuna narratio.* Qui verò prætextu authoritatis S. Hieronymi, diuinam Scripturam delumbant: numquid, eiusdem admonitione edocti, de diuina authoritate Ecclesiastici, dubitare cessabunt? nequaquam. Ait enim Witakerus, veluti ex verarum Scripturarum amore: *De loco Ecclesiastici parum laboro: nec arbitrij libertatem credam, quamuis hic centies affirmet.* Ecclesiastico diuino ad hunc modum valere iusso: eius vice, Lutherum sibi Ecclesiasticum mauult, dicentem: *Liberum arbitrium esse figmentum in rebus, seu titulum sine re.* Melancthonem quoque, affirmantem: *Liberum arbitrium est ridiculum commentum. Quia voluntas nostra adeò non est libera, vt eò tantum feratur, quorsum à Deo impellitur.* At his cum Ecclesiastico nostro collatis, & verò eidem execranda optione prælatis: cui non recurret in mentem, illud Iudæorum; *Non hunc, sed Barrabam?* Talibus enim pseudologis theomachis, Ecclesiasticus noster multis parasangis præstat. Cui, quod ita Ministri succenseant, minimè erit angustias eorum consideranti, mirum: cùm nulla propemodum suæ doctrinę parte ab Ecclesiastico non lædantur, perstringantur, proterantur, ac conculcentur.

Et hinc

Fildæus de Ecclesia, l. 3. fol 170.
Gomar. in speculo Veræ Eccles. p. 96.
Calu. Instit. l. 3. c. 3. n. 10. lib. 4. c. 14. n. 25. 26. & in ps. 58. 1.
Beza ad c. 9 Rom. V. 12.
S. Aug. de doctr. l. 2. c. 8.
Vide 1 Pet. 1 24. ex Eccli. 14 18. &c.
Bellar. to. 1. lib. 1.
S. Hieron. ep. 33.
Witak. con. Campi p. 17.
Luth. in assert. art. dānatorum, ar. 36. Witeb. in 4. an. 1521.
Melanct. super ep. ad Rom. fol 50. edit. Argēt. an. 1523.

Et hinc illæ lacrymæ. In libero enim arbitrio, ipsimet id in primis non inficiantur. In cæteris verò omnibus, qui ita esse ambigant, certiores facillimè legendo, efficiantur. Inuenient enim bonorum & malorum operum merita cap. 16.14. c. 21.37. Item timendum non præsumendum esse cap. 5.5. Item Deum nolle cuiusquam peccatum cap. 15. 21. Item secundum opera, homines iudicandos cap. 17.9. Et alia quamplurima. quæ nunc perscribere huius loci non est.

OCTAVA PARS.

Cur Baruch Reformatis displicet?

NON aliud expectari potuit de Baruch, quàm à Ministris explosum iri. Cùm enim totius doctrinæ Ministrorum angularem lapidem impetat, indelebilem nimirum illam ex fide semel concessa iustitiam, in toto argumento suæ Prophetiæ contrarijs aphorismis confutando: dubitare nemo prudẽs potuit, cancellis censorijs circumscribendum, & ex albo authenticorum scriptorum fuisse eum obliterandum. Antitheses vtrimque nonnullas nobis delibabo. 1. Ait Baruch: *Peccauimus ante Dominum Deum nostrum, & non credidimus, diffidentes in eum*. Ecce in primis, aliquando homines à fide semel accepta, excidere 2. *Dereliquisti fontem Sapientiæ. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace sempiterna*. 3. *Lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eam peruenient ad vitam, qui autem dereliquerint eã, in mortem*. Ecce iterum, derelinquere posse homines fontem Sapientiæ; seu Filium Dei, idq; in mortem; adeoq; amittere fidem ac gratiam totam, & totaliter. Vtque id non Deo lubente, sed impensius renitente, contingere constet, ait: *Nutriui enim illos cum iucunditate, demisi autem illos cum fletu, & luctu*. Hæc autem effata, Ministrorum fiducialem illam persuasionem nõ recidiuæ post semel communicatam gratiam à Deo defectionis, funditus euertunt. Nec è cõtra simul cum sententijs Baruch, hæc eorum problemata consistant. 1. *post susceptum Spiritum-*

Baruch c. 1. 17.
Cap. 3.12.13.
Cap. 4.1.
Cap. 4.11.

tum sanctum, non posse nos totaliter & finaliter excidere à gratia. Hinc infit Beza: *Ego dico Dauidem in adulterio perpetrato retinuisse fidem & Spiritum sanctum, neque eam amisisse*; adeoq; in ipso illo scelere iustum fuisse, cùm fides apud ipsos sola iustificet. Proindeque *esto peccator* (inquit Lutherus) *& pecca fortiter, &c. sufficit enim quod agnouimus per diuitias gloriæ Dei agnum qui tollit peccatum mundi: ab hoc enim non auellit nos peccatum, etiamsi millies millies vno die fornicemur, aut occidamus.* Et iterum: *quocirca nihil hominem reddit probum nisi fides, & nihil efficit hominem malum, nisi non credere seu infidelitas.* Denique: *tam diues est homo Christianus vt non possit perire etiamsi velit, quantumcunque malè viuat, nisi nolit credere.* Quod si quæras, an saltem pœnitentia non sit adhibenda, vel optādum vt resipiscat peccator, ne intereat. Respondent varij variè & singuli singulis parum conformiter. Nam in colloquio Hamptonensi Rex ipse, Antistes Londinensis, & Decanus S. Pauli, ex sententia Reformatorum minus insanientium, summoperè improbant hanc multorum in Anglia insaniam; dicentium cum plerisque Caluinistarum, nulla opus esse pœnitentia: quià videlicet quos semel dilexit Christus, in finem dilexit eos. Proindeq; *remittitur* (ait) *statim ac committitur peccatum, seu potius antequam committatur; adepta, ab homine semel iustificato, plena omniū peccatorum præsentium, ac futurorum, remissione.* Auolet igitur velut pestis, è Ministrorum istorum cætu, S. Paulus; inquiens: *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar.* Iterum: *qui se existimat stare, videat ne cadat.* Auolent denique Prophetę, Apostoli, Euāgelistæ, cum libris, exhortationibus, sententijs, dictis factisque, quibus timor, pœnitentia, perseuerantia, commendantur. Et soli restent Lutherus, Caluinus, Beza, Melancthon, Libertini, & eiusdem furfuris alij, quibus destinata nequitia, fati necessitas, resipiscentiæ odium, arbitrij detestatio, Deus author peccati, probantur. Talibus autem arbitris, quæ veræ, quæ falsę sunt Scripturæ, æstimare nobis conueniat?

Colloq. Hāpton. pag. 24
Beza in colloq. Mōpelg. pag. 464.
Luth. tom. 1. ep. Lat. epist. 238. ad Melancth.
Idem tom. 1. nouorū operum serm. Lipsiæ impres an. 1603 fol. 168. super euang. Attendite à falsis proph.
Lut. de capt. Bab. cap de Bap. tom. 2. Witt fol. 74.
Colloq. Hāpton. pag 29. 30. 31. 41. 42.
Wottonus in resp. ad nuperos art. papist. pag. 41. 92.
1. Cor. 9. 27.
Ibid c. 10 12.

portet, quod Ministri, alioqui in Græcorum additiones proni, ad hũc tamẽ versiculũ scrupulis tangãtur: nemo non videbit. Cùm enim auidissimè rapuerint in prima sua defectione à fide (quam consultiores deinde omiserunt) Græcanicam illam ad finem orationis Dominicæ appẽdicem: *quia tuum est regnũ, potestas, & gloria, in secula, Amen;* adeò vt Valla vulgatæ versioni in qua non reperitur (quamuis ab Erasmo, nugax appositio habeatur) prò vitio id verteret: à Græcis in hunc hymnum probè affectis, tum recedere nõ oportuit, cùm ergà Trinitatis sanctissimum mysterium in cacozeliæ Caluinianæ suspicionem, cadere necesse fuerit. Aliud porrò in hoc hymno, quod Ministris stomachum facere debet, non mihi licuit anxiè cõsideranti animaduertere; paratus alioqui bonis viris scrupulos quos queam eximere. *Vide Maldonat in c. 6. Matth.*

DECIMA PARS.

Cur ab historia Susannæ Reformati offenduntur?

Recolenda hic sunt quæ S. Hieronymus paulò superius dè Susanna commemorauit. Ille enim *sycophantas* esse dicit, qui eum (in propria sentẽtia) huius historiæ fidem imminuisse somniarunt. Origenes etiam, multo antiquior, improborũ præsbyterorum *ignorantiæ*, eam suspicionem assignat, dicens: *Sed iam tempus est nos aduersus improbos presbyteros vti S. Susannæ vocibus: quas illi quidem repudiantes, historiam Susannæ de catalogo diuinorum voluminum dissecarunt*, &c. Ego certè, post modernorum iconoclastarum impietatem, nescio qua eorũdam pietate, per omnia quæ peragraui Sectariorum loca, vidi tres præcipuè in domibus, ac officinis, prostare nudatas imagines: Adami & Euæ; Bersabæ; Susannæ. Nunc autem qua eorum castimonia suspectam hanc Susannæ historiam faciant, ignorare me profiteor. De qua ipsorum castimonia benè edoctus, nihil dicam tamen; cõtentus ijs quæ à Costero, Gretsero, Hamiltono, Erasmo, alijsq́; allegata & probata commemorantur. Ne enim bilem *Orig. hom. 1. in Leuit.* *Coster. in compendio-sa fidei demonstr. c. 30. de matr. p. 382. & seq. edit. Colon. 1607.*

lem redundantem Ministris, irritando crabrones, suscitem: à tot Susannis recensendis quot ipsi corrumpere, calumnijs diffamare, vita spoliare consueuerunt, in hoc opusculo, quo magis doctrinam quàm mores prosequor, supersedendum iudicaui. Dicta tamen in eam rem sunt à me pridem aliqua in Riderum, lectu fortè non indigna, vernaculam nostram intelligenti.

Coster. in cōpendiosa fidei demōst. c 30 de matr. pag. 382. & seq edit. Colon. 1607. Gretser. in summulis, de matrim. Hamilt. in Calu. cōfus. l. 2. c. 35. fol. 236. &c. Erasm. epist. ad Frat. Infer. Germ. 1. pag. 82. Confut. Riderip 17. 18. 155. 344. Lib. 2 p 567. 563. 569. S. Hieron. ep. 22. ad Eustochium.

VNDECIMA PARS.

Quid Reformati carpunt in historia Beli & Draconis?

IN institutionibus Gallicis P. Cotoni, citantur attribuentes huic historiæ diuinæ, fidem, Græci Patres duodecim, & Latini quatuordecim. In quibus S. Hieronymus, quem Ministri vindicant, computatur. Qui inter responsa *Sacræ Scripturæ* pro temperantia ciborum, messorum prandium Danieli per Habacuc oblatum, (quod historiæ Beli & Draconis annectitur) profert, An ergò Ministris tot tantiq; testes exceptione maiores fidem non efficiant, hanc sacram, ac authenticam, esse historiam?

DVODECIMA PARS.

Cur Reformatos oratio Manassæ vexet? an quia à nobis Canonica non habetur?

Conc. Trid. sess. 4. Trac. de author. Scr. & Eccl. c. 15. p. 72. c. 16. pag. 74. 75. Bullinger. in praf. eiusdē Ioan. Tomkinsan 1579 S. Aug. to. 6. cont. Epis. fund. c. 5 Witak. l. de Eccl &c p. 369 Douaus in persuasione pa. 13. &c.

ORatio Manassę à nobis in canonem non admittitur, vt ex Concilio Tridentino, & pręfatione ad Biblia, Sixti V. iussu edita, apparet. An ergò Ministri in eius exclusionem, conspirare nobiscum decreuerint? Sapere ergò incipient, exemplo Authoris, qui tractatum *de authoritate Scripturæ & Ecclesiæ* consignauit, quem Bullingerus summopere commendat, & Ioannes Tomkinus Anglicum fecit. Is enim cum S. Augustino non dubitat dicere: *Ego verò Euangelio non crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoueret authoritas*. Hoc rectè quidem, ne Scripturis apocryphis, vllus temerè credat. Si ergò fatentibus Whitakero, Douço, alijsque, Scripturas à nobis solis accepe-

ritis:

ritis: cur quæ Scripturæ genuinæ sint, quę non sint, ab alijs doceri velitis? Abundè enim est insanitum cum Luthero, dicente: *Si quo casu Concilium id statueret, ac permitteret, tunc minimè omnium nos velle*. Subdit: *Imò tunc primum in despectum tam Concilij quàm statuti sui vellemus*, &c. Rursum: *Nullo pacto sinas te à libertate in quam te Deus posuit, extrudi, sed in eius despectum contrarium agas, & dicas ob id ipsum sanè quod mihi prohibes, ideo in despectum tuũ, &c. Sic facias in omnibus*. Et alibi: *Ideo debeo dicere: Papa tu conclusisti cum Concilijs. Nũc habeo ego iudiciũ an acceptare queam, necne*. Fanaticum inquam Lutherum; palam delirantem; deserere vobis maximè conuenit, eiusdemq; sobrioris aut nullas retinere aut maximè has ad præsens propositum (vt nimirum certi sitis de indubitatis Scripturis) voces. *Nos autem fatemur sub Papatu multa bona Christiana, imò omne bonum Christianum esse, & inde ad nos promanasse veram Scripturam*. Ergò pariter cum vera Scriptura, verum de veris Scripturis iudicium, ad vos à nobis transijt, nec aliunde id vlterius experi, aut expectari, valeat. *Non itaque* (inquit Iacobus Rex magnæ Britanniæ) *ab Ecclesia Romana recedere vlla Ecclesia debet remotius, vel in doctrina, vel in cæremonijs, quam illa abs se vel à Christo suo Domino, ac capite, cùm in florenti & optimo esset statu, abscessit*. De oratione autem Manassæ præ manibus, nunquam aliter (vt neque de vlla Scriptura) Ecclesia illa quam hodie sensit. Hic enim habent locum verba Bellarmini, ad cuius nomẽ assurgent posteri, liuida tandem obtrectatione triumphata: *quanquam* (inquit) *à nonnullis clarissimis & doctissimis viris, aliquando in numero diuinorum voluminum haberentur; publico tamen totius Ecclesiæ iudicio nunquam approbati sunt: vt oratio Manassæ, tertius & quartus Esdræ; tertius & quartus Machabeorum; psalmus 151. appendix libri Iob; liber Hermetis, inscriptus Pastor*. Publicum autem hoc iudicium apud nos est vox Ecclesiæ; quæ semper sibi similis est, ac vna, eademq; ęternum intemerata: quippe prò qua Christus orauit ne deficiat, néve portis inferi cedat. Nec id Lutherus ignorauit, inquiens: *Conamur Papam & Episcopos vi extirpare, sed frustrà sumus. Nihil proficimus*. Subdit: *Si gladium contrà Papam eduxerimus, nos ipsos feriemus*. Ecclesia ergò carmen nostri Ioannis

Luth. de formula Missæ.
In ser. fer. 4. post inuocauit.
In 500. art. art. 302. 391.
Ibid. art. 115.
Vide superius c. 11. libr. primi.
Luth in lib. con. Rebaptizantes.
In Coll. Hãpton pag. 75. & pag. 44.
Bellar. tom 1. lib. 1 cap 4. pag. 13.
Luth. in collo; tit. de bonis Eccles.
Vide libro primo superius p. 48. 49.

nis, Dauid ad aliud prolatum pro se vsurpet.

Ecquid agunt qui me pungunt, agitantq́, notantq́,
Ad portum impregnant flabris mea vela secundis.

Peucer Gener Meläct. con. Paulũ Gellium in artic. Torgensibus an. 1574.

Non sic impij, non sic, vt superius ostensum est. Nouas enim & varias voces (ipsismet fatentibus) sub nouo quoque principatu, nouo quoque anno, nouo quoque die assumunt, *vno momento mutati, repudiato eo quod prò certo, & vero habuerunt, amplexati sunt contrarium.*

DECIMA-TERTIA PARS.

Cur Reformati tam iniquè sentiunt de libris Machabaeorum.

S. Aug. de ciuit. l. 18. c. 36. & lib. 1. de cura pro mortuis, c. 1. S. Isidor. l. 6. Etimol. c. 1. Orig. lib. 1. con. Celsum.

IDem S. Augustinus paulò ante ab ipsis Ministris tot encomijs celebratus, de his libris ait: *Libros Machabeorum nõ Iudaei, sed Ecclesia pro Canonicis habet.* Idem, totidem prope verbis, S. Isidorus affirmat. Illi autem, & reliqui Patres in 3. Concilio Carthaginensi, & in Trullano Generali, ignorare non debuerunt, qui libri sacri, & canonici, haberentur. Attamen Ministri non acquiescunt. Nimirum, *molesta res est contentio* (ait Origenes) *& destinata voluntas resistendi etiam manifestis, pudore discedendi à consuetis opinionibus.* Aiunt enim primò, non prostare hos libros in Canone Hebrȩorum. Quod certum est, cum antiquior Canõ ab Esdra, qui Machabeos praecessit annis amplius trecentis, compositus fuerit. Posteriorem autem ipsos habuisse Canonem, quem propter luculenta erga Christum & fidem Christianam, testimonia, exauthorauerint, ex S. Isidoro desumitur.

S. Isi. de diu. off. l. 6. c. 1.

Nec admodum prudenter voluit Witakerus ex supposititio Canone 84. Apostolorum (tãtum enim 70. agnoscit Zepherinus) etiam tertium librum Machabeorum declarari authenticum; cùm id in Ministros militet, qui primis duobus diuinã authoritatem impiè negant; nequaquam in nos, qui Canonẽ confictum (in quo constitutiones & epistolȩ S. Clementis pro Canonicis obtruduntur, Apocalipsis verò S. Ioannis excluditur) obnixè explodimus. 2. Varios Patres recensent Ministri, qui

qui hos libros in catalogo diuinorum non computarunt. Hoc autem, nobis non officit, qui Patrum tum paucorum, tum priuatorum placita, cum œcumenicis Concilijs, (quibus cognitis ipsi libentissimè consensissent) & publica Ecclesiæ declaratione, minimè conferenda, profitemur. 3. Instant: descriptiones Ieremiæ affingi, quæ in ipso propheta non reperiun- *2. Mach. 2. 1.* tur. Id quoque cernere est in capite 27. 9. sancti Matthæi. Vnde tantum ostenditur (quod delendum est) intercidisse aliqua Ieremię scripta. 4. obijciunt: in primo libro Antiochus Babiloniæ, in secundo verò Nanneę dicitur defunctus. Et in illo Iudas occisus Seleucidis anno 152; in isto, anno 188 dedisse ad Aristobulum epistolas, manifestatur. Verùm, cùm diuersi An- *Vide S. Hieron. con. Pelag l. 2 sub finem Et Ioseph. Antiq. Iud. l. 20. c. 8.* tiochi Iudæq; fuerint, vt ex S. Hieronymo, Iosepho, alijsq; constat: diuersa quoque de ijs consignari, nil vetat. Neque omnis quæ specie tenus videtur repugnantia, repentè vt Scripturis fidem deroget, Christiano (quem in obsequium fidei captiuare suum decet intellectum) sufficere debet. Quis enim Christianorum nisi proteruæ, ac protritę frontis, in Euangelistis re- *Mat. 27. 9. & c. 11. 13.* quiret diuinam authoritatem, quia in S. Mathæo, dicitur esse in Ieremia, quod nunc in solo Zacharia reperitur? Sic Iuellus *Iuellus in Def. p. 361.* ait, in S. Marco Abiather legi prò Abimelech. Et in eodem *Mar. 15 25.* S. Marco, Christus Dominus crucifixus dicitur hora tertia; at verò in S. Ioanne, astitisse Pilato hora sexta. Sic deniq; in san- *Ioan. 19. 14.* cto Luca, Arphaxad dicitur auus Sale, qui tamen in Genesi, *Luc. 3. 35. 36. Gen. 11 12.* pater eiusdem nuncupatur. Hæc inquam, & plura alia similia, *Crashaus de fundamētis vtriusque religionis.* quæ in Gulielmo Crashao lib. 2. pag. 20, alijsque, cuiq; legenti, recurrunt, licet primo aspectu sibi inter se repugnantia, sacræ tamen Scripturæ eleuare non debent fidem. Cui omnis pius Abraham cœca facilitate obsequens, immolabit fide cōtra fidem, filium speratæ posteritatis. Cui, S. Petrus cōfidētior, mysteriorum cœlestium liquidum æquor, intrepidus inambulabit. Cui S. Thomas certior, etiamsi oculis nec corporis, nec mentis mysteria percipiet, prompte tamen, diuinæ certitudinis infallibilitate edoctus, assensum alacrem adhibebit. Cæte- *Scalig. de emendat. temporum lib. 4.* rùm, consulendus est Iosephus Scaliger à nostris Ministris, vt

ad

ad ſingula obiecta reſponſionem prolixiorem de annorum maximè concordia, vel à proprio conſorte ſortiantur. Noſtræ iam vices erunt inueſtigare, cur tam inuiſi, tamq; infenſi, miniſtris ſint Machabeorum libri. Id enim oſtendere ab initio ſuſcepimus. In illorum certè vlcere ſcaber, rigiduſque vnguis, eſt dictum iſtud: *Sancta ergò, & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur*: vtpote quo purgatorium ineluctabiliter aſſeritur. Quod ipſe Lutherus teſtatur, dicens: *Ego qui credo fortiter, imò auſim dicere, ſcio purgatorium eſſe, facilè perſuadeo* (ſinite ergo Miniſtri, vobis perſuaderi) *in Scripturis de eo fieri mentionem. Quemadmodum illud Matthæi inducit Gregorius in Dialogis: Non remittitur neque in hoc ſeculo, neque in futuro. volens peccata quædam remitti in purgatorio. Admitto & illud Machabeorum ſecundo: Sancta eſt, & ſalubris cogitatio pro defunctis exorare.* Ecce, quibus Scripturis, *fortiter credidit, auſus fuit dicere, ſciuit, perſuadere Lutherus voluit*, purgatorium credendum eſſe: Et Miniſtri increduli ambigere pergent? Quibus Lutherus eſt [a] *ſupremus pater Eccleſiæ*, [b] *cui par ſpiritu & fide, ſapientia & intelligentia veritatis, nunquam toto orbe Chriſtiano quiſquam fuit, nec erit; Verus Paulus, verus Elias, vir remorandæ iræ Dei ſufficiens, cuius non puderet Auguſtinum eſſe diſcipulum.* [c] *Currus Iſrael & auriga eius;* [d] *cuius vnum folium omnium Patrum ſcriptis præfertur;* [e] *qui & hominum & angelorum futurus eſt Iudex;* [g] *qui in cælis ſecundus eſt à Chriſto Domino.*

Chriſtus habet primas, habeas tibi Paule, ſecundas.
Aſt loca poſt illos proxima, Luther habet.

Mirum certè eſt, quod Parenti tam enormiter commendato, purgatorium ſtabilienti adijcere fidem nolint Miniſtri, ſed ipſo nihil obſtante *à fide, audacia, ſcientia, perſuaſione ſupremi Patris Eccleſiæ, hominis incomparabilis in tota Eccleſia, Pauli & Eliæ Miniſtrorum*, retrocedere. Quam duram, diramq; laudantes Lutherum, & libros Machabeorum abnegantes, neceſſitatem ſibi impoſuerunt? Pro Colophone, Anglos Miniſtros, moneo; S. Hieronymo (ſaltem quoad hos libros) in Colloquio Hamptonenſi impoſuiſſe Bilſonum, cùm dicat indefinitè ab eo Canonicos haberi, qui alioqui ſunt apocryphi, *ad informandos mores, non ad fidem*

2 Mach. 12. 45.
Lut in diſp. Lipſiaca cō. Io. Eccium. Vide eund. in declarat. quorundam articul.
[a] Matheſ. conc. 8. de Luth p 88.
[b] Amſdorph. In præf. ad 1. tom Luth.
[c] Albertus con. Caroloſt. ad. lib 7. B. D. 8.
[d] Fox. in actibus & Mon. p. 404. 416.
[e] Muſcul. in præf. l. de diaboli tyrannide Germ.
Vide Hoſpin. in hiſt Sacr. fol 346.
[f] Ipſe Luth. aduerſus falſo nominatum ſtat. Eccl. prope initium.
[g] Cyriacus Spāgeburg. con. Steph. Agric f. 6 a.
Colloq. Hāp. pag. 60.

fidem confirmandam. Caietanus quidem, à Cano meritò (non tamen pro merito acerbè) reprehensus, hoc dixit; non verò sanctus Hieronymus de his libris, sed de Sapientia tantùm, & Ecclesiastico; idque secutus Iosephum, & priorem, non verò posteriorem Iudæorum canonem. Nōdum enim generale Concilium aliquid de eis statuerat. Adde, tantum illum dicere, ab Ecclesia quidem legi istos ad ædificationem, non autem in canonem (cùm ipse viueret) fuisse conscriptos. *Canus l. 2. de loc. Theo. c. 11 S. Hier. in prologo Prouerb.*

Cùm verò hic finem iam imposuissem, ratus abūdè defensos Machabæorum libros: ecce nouum genus Britannomachiæ, inter Catholicum Anglum Anonymum (quem tamen Iasonem Raguelem libet insignire, à duabus I. R. sub quibus latet literis) & Equitem Auratum *Eduardum Hobbium*, pariter Anglum, eorundem occasione librorum. Hic enim Eques, veluti Ministris repulsis succenturiatus, conditionem (qua nihil in vulgo humilius fuit, teste Calpurnio) gladiatorum non dedignatus, infamis arenæ hostiam se constituit. Licuit id quidē olim sub Augusto (quod Dio admirabundus obseruauit) vt nimirum Equites theatrali pugna, popularis auræ causâ, sese interimerent. Verùm Senatus consulto vetitum paulò post fuisse, narrat Suetonius. Tandem autem magnus noster Constātinus, cum Ethnicismo, gladiatorum cædes profligauit. In Anglia tamen Franciscus Hastingus, ac Eduardus Hobbius *Dio lib. 56. Sueton. de Augusto c. 44. Euseb. de Cōstātino, lib. quarto.*

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ
Atque hostem sibi quisque parat, *Manilius lib. quarto.*

Cum bella quiescunt, saltem inter milites. Quo autem euentu, iam de Hastingo satis superque passim innotuit, & de Hobbio hic constare debet. Scripsit Hobbius epistolam ad M. T. H. nescio quem, aut quam, in qua libris Machabeorum Augustini authoritate, (si credere fas est) denegatam vult authenticæ Scripturę dignitatem, & Purgatorij omnem sublatam fidem. Et quidem ad fidem dictis conciliandam, sancto Augustino affingit hæc verba: *Machabeorum Scriptura recepta est ab Ecclesia non inutiliter, si sobriè legatur, vel audiatur, maximè propter istos Martyres. Sed ob hanc causam in Canone morum, non fidei, censeri posset.* Cum *Hobbius in epist. pag. 60*

 verò.

verò Iaſon Raguel egregius pugil ſemperq́; ſolitus,

Debellare virum qui auſit prior eſſe moleſtus,

Summa benignitate manifeſtam Equitis fraudem (tranſlata in Miniſtros qui palpum Equiti ignaro obtruſiſſent, culpa) redarguiſſet; oſtendens centonem iſtum [*ſed ob hanc cauſam in canone morum non fidei cenſeri poſſet*] tam apertè quàm perfidè eſſe aſſutum: Equiti nimirum magnanimo, terga dare nec irâ, nec pudore libuit. Aggreditur itaque Iaſonem, canis perſonam induens, terrifico libri titulo, & plauſtris conuitiorum, quę Iaſon curat, ſcilicet. Talis autem eſt pudendi libri caninus titulus.

Iſmael Rabsheceheb ſeu Antihirritus contra Cecropium Lycaonitam, Authore Eduardo Hobbio.

Quis vnquam in Equeſtri ordine Anglicano (in quo priora ſęcula illuſtrem virtute Heroa, veritatis propugnatorē, genere illuſtre, probitate & rebus præclarè geſtis virum inclytum, non falſarium, non meribibulum, non ventoſa lingua pugnacem, videre conſueuerunt) *Eduardum Hobbium* canino hirritu ringentem, recenſendum iudicaret? Cæterum, *Iaſon Raguel* ex S. Auguſtino iure optimo ait: *Frænatis atque coercitis vana indignationis aculeis, auditori lectoriq́; conſulens, non ago vt efficiar homini conuitiando ſuperior, ſed errorem conuincendo ſalubrior*. Et in primis oſtendit, ab inſcitia vel nequitia obtrudi ſancto Auguſtino librum *De mirabilibus Sacræ Scripturæ*, cuius ipſemet author ſe vixiſſe declarat anno ſalutis 627. & ex cuius verbis [*extremo anno Ibernienſium, &c.*] veriſimilius eſt popularem meum fuiſſe quàm illuſtriſſimum illum Eccleſiæ Doctorem annis iam ducentis vita functum. Sed & ſanctus Thomas Aquinas quadringentis ab hinc annis, iſtos libros ex ſancti Auguſtini expunxit operibus. Quod Hubbius ſorbillãdo Tobacci fiſtulâ haud facilè comperiſſet, multò verò minus à Miniſtris (de ſancto Thoma, eiuſq; doctrina proinde ac de folijs Sibillarum) ignaris, didiciſſet. Deſinat verò *Hobbius* harum rerum ſatagens Tobacci ſeſe fuligine conſpurcare, quandoquidem vt ipſemet dicat,

S. Aug. lib. 3. con. lit. Petil. cap. 1.

In tom. 3. S. Aug. author li. de mirab. ſacra Script. l. 2 c. 4 ſub fi. S. Thom. 3. p. q. 45 art. 3. ad 2.

Fœda

Fæda Tobacciferi quid vult contagio fumi?
Præter inauditam per tua membra luem.

Hobbius in Antibirrum pag. 38.

Inde enim fiet, vt si minus ab omni lue liberetur, defęcatius saltem habeat cerebrum, vt opera S. Augustini vera à supposititijs internoscat. Verũ, se probè intellexisse affirmat, quàm lõgè abesset istud à sancto Augustino opus: ad nostræ tamen opprobrium ignorantiæ, qua S. Augustino asscribitur, illud reticuisse. Respondet noster Iason; *Hobbium* potius mendacem, & improbum, quàm ignorantem malle videri. Dixisse enim sanctum Augustinum *planè & determinatè* in supposititio opere, aliquid affirmasse; si ab ignorãtia non fuit, certè à mẽdacio & improbitate fuisse oportet. Nec nobis (à quibus ad appendicem operum S. Augustini isti libri distincto charactere reijciuntur, præfixo hoc titulo; *Anonymi cuiusdam*) istud ignorantiæ opprobrium attribuatur, sine noua eademq; profundissima ignorantia simul & impudentia. Velit igitur, nolitq;, διδακτρον, seu Minerual, Iasoni à quo errorem dedoctus est, debere se *Hobbius* non neget.

Hobbius loc. cit. p. 28. 29. I. R. in triũpho Purgatorij pag. 38.

Pergit Hobbius sancto Augustino, simulq; Lirano, imponere verba quibus licitum esse vt aliquis seipsum interficiat, sentire videantur. Pari vel maiore quàm superius, ignorantia, impudentia, improbitate, hoc illis affingit. Raziæ enim mortem Scriptura *quemadmodum facta esset* (inquit S. Augustinus) *narrauit, non quasi facienda esset commendauit*. Et Liranus, cùm dicat Hebræos in duobus quidem euentibus meritoriam reputare spontaneam mortem; quando scilicet ad idololatriam esset quis compellendus, vel in Dei contemptum ludibrio habendus: ipse tamen *semper illicitum esse* propria manu consciscere sibi mortem vel *infamiæ, vel cruciatuum vitãdorum causa*, definit. Quod etiam confirmat authoritate S. Augustini; dicẽtis: *qui seipsum vel quemlibet occidit sine lege iusta, vel Dei mandato expresso, vel certè sine Spiritus sancti instinctu*, manifestum constitui homicidam. Quibus & Glossa ordinaria ibidem astipulatur, dicens, *Facinus Raziæ proponi, non laudari; vtpote iudicandum potius quàm imitandum, quasi magis nobile & virile quam prudens, & potius*

S. Aug. cont. Gauden. lib. 2. c. 23. Liran. in c. 14. 2 Mach. tom. 4. pag. 2579. 2580.

S. Aug. de ciuit. Dei, c. 20. 21. 23.

Gloßa Ord. apud Liran. loc. cit.

magnum, ac malum, quam bonum. Hæc autem verba S. Augustini, Lirani, & Glossæ Ordinariæ, nisi fallor, non continent illam clausulam [*sed ob hanc causam in canone morum nõ fidei censeri posset Scriptura Machabeorum*] quam *Hobbius* falsarij crimine & conscientia attexuit. Sed neque in ea tota Scriptura, aut Doctorũ istorum allata sententia, voluntarium commendatur homicidium: propter quod Reformati nostri Religionis scrupulo à libris Machabeorũ admittẽdis dicũt se deterreri, & prohiberi, quod probandũ nobis fuit. Cur ergo Eques iste tot mẽdaciorũ nobis offundit caliginem? cur errorum suorum, & ignorantiæ tenebras, in hac meridie scientiarum, in qua nunquam fuit mundus adeò

dignoscere cautus
quid solidum crepet, & picta tectoria linguæ

nobis obducere nititur? Cur Heliodori, Alchimi, Antiochi, Simonis, Nicanoris & aliorum diro exemplo admonitus, inuictissimis Machabeis, eorumque historiæ, non cessat esse infensus? Si fortè calamo gloriam quam Mars negauit, aucupetur: conuitijs abstineat, ne fęmina passim habeatur. Si verò purgatorij pœnas experiri horrescat: maneat qualis est hæreticus, & tutus ab ijs earum formidine careat. Cui erigendæ fiducię, hoc sibi habeat diploma.

Esse negas, HOBBI, *qui noxas expiet, ignem?*
Credo nec hoc mendax crimine labra mades.
Ille tuas, HOBBI, *noxas haud expiat ignis*
Scilicet inferior flamma tenenda tibi est.

Restat vt quod in causa sentiam, ingenuè patefaciam; non *Hobbium*, sed Ministrorum quempiam, hos nobis in Antihirritu errores procudisse. Ministri enim nominibus proprijs vel infames, vel obscuri, Nobilium & subinde Principum titulis spurios & abortiuos fœtus cohonestare assolent, vt imperitæ plebeculę commendatiores aduenjant. Omnia loca his plena sunt. Verùm ita decorum, mendacij immemores passim negligunt, vt interpretes ipsius Apocalypsis (cuius quot verba tot S. Hieronymus credidit esse mysteria) septemdecim annorum

rum Principes nobis exhibeant. Ad quos nequit non ſpectare personatus Rogerus Widdringtonus, qui ſuã pro iure Principũ apologiã, cũ dicat in admonitione ad Lectorẽ, *tres totos annos* ante editionis annũ qui fuit 1611. *eam à ſe fuiſſe constructam*; adeóque in anno 1608. vel prius eam ſe conſtruxiſſe: mihi luculenter conſtat D. Rogerum Widdringtonũ, cuius præfert nomen, illo ipſo tempore Rothomagi, in ſcholis noſtrę Societatis, dediſſe Philoſophiæ operam. Sed de Hobbio quod me præſumere dixi, in animum mihi induco, ratus ex Seneca, generoſum animum concitari ad honeſta, & ſordidis non delectari. Ait enim Sophocles: *Senec. ep. 39.*

> *Generoſa ſic ſunt pectora: turpia odio*
> *Habent, honeſta glorioſa exiſtimant.*

Cùm igitur Hobbius de ſeipſo vt veriſimile eſt, (alioqui enim ad rem non pertineant) illa proferat; *perſtringi à Iaſone Raguele (ſeu I.R.) homines origine illuſtres, dignitate eminentes, iudicio profundos, linguarum peritos, doctrina & virtute celebres, varijs itineribus rerum expertos:* non eſt cur ab ipſo conuitia, deprauationes, mendacia vbique obuia, profecta eſſe credamus. Miniſteriũ enim, & Puritani geniũ ſapiunt opprobria iſta; *falſificator cecropidanus, vlulans rugienſq; Lycaonita, ſpurciſſimi oris catulus à Cerbero genitus, ruſticus & fugitiuus rodomãtado, & Romeus Renagado, &c.* Hęc inquam ab Equite aliena Miniſtri ac Puritani indolem redolent, vel certè ſoli dementato Equiti conueniunt. In cuius enim hominis *origine illuſtris* pectus ſubire potuerunt hæc vota; *Sacerdotibus & Ieſuitis ſummam quæ poteſt eſſe (vtpote inferni canibus) ſeueritatem deberi: quibus ipſa miſericordia ſe viuo non ignoſcat, nec in hac vita nec in futura.* Aut iſta verba, ex ore inceſto, de Romana Eccleſia: *Eius ſubornati carnifices, ſibilantes procuratores, lethiferæ cruditates, malignæ aſperſiones, crapulares ſtomachi, medicatæ confectiones, & infernales purgationes ex ſulphureo puteo deprompta &c.* Dicam duo ad hæc omnia. Primum ex S. Hieronymo ad rem præſentem opportunè: *Iſte* (inquit) *ſunt machinæ hæreticorum, vt de perfidia conuicti, ad maledicta ſe conferant.* Siquidem non nobis ſuppetunt (quæ diu à Reformatoribus efflagitamus) illa ſancti

Hobbius in Antibirrtu pag. 2.

Vide Triũphum Purgat. I. R. in præf.

Hobb. in epi. pag. 4. & 6. Vide Triũphũ loc. cit. pag. 7.

S. Hier. apolog. 3. cont. Ruffin. c. 11.

Augustini verba; *Sed ob hanc causam in canone morum non fidei historia censeri Machabeorum posset*: vt neque per nostros Doctores approbari voluntarium, vt ab Hobbio iactabatur, homicidiũ. Itaq; ad rem nihil faciunt, nisi fortè vt nos de Puritanico ac Ministrali virulento stylo quem prærancidè redolent, ac omninò produnt, efficiant certiores.

Secundum est; frustrà alium pro fide canonem, alium prò moribus inuestigari. Prò arbore enim, fructuque, non debet diuersus sed idem esse succus, pro muro & tecto eadem esse amussis, pro terra marique idem centrum, denique credendi,
Deut.4.1. agendique eadem lex, regula, & gnomon. Ait enim Deus se
Ierem.11.7. docere, vt quæ docuit faciamus; se fidem dare; vt opera bona
Ioan.13 16. 17. exequamur; se Ducem præstare, vt quemadmodum ipse fecit,
1.Ioan. 2.3. ita & nos faciamus; se regulam seu canonem proposuisse, vt
Luc. 6. 40. quicunque hanc regulam sequuti fuerint, pax super illos per-
Philip.3. 16. maneat. Idem nobis dux est & doctor. Eadem *Veritas* cui cre-
Ioan.14. 6. damus, *via* quam imitemur, *vita* quam credendo & quæ ad eã iuuant faciendo assequamur. Discant igitur Reformati cum
2.Cor.10.16. Paulo; *non in aliena Regula in ijs quæ præparata sunt gloriari*: adeóque non in scirpo nodum quęrere, seu in Machabeorum libris ansam per quam non ad fidem, sed tantum ad mores, canonici esse credantur, affectare. Hæc omnia, non tam pro meo Iasone Raguele, quàm ex eo, dicta & docta sunto. Ex quibus qualis hinnulus, seu catellus, Equitis nomen mẽtitus, in qualem leonem irruperit, & quæ cui victoria cesserit, & quàm futiles friuolęque rationes Reformatoribus scrupulum contra Machabeorum libros iniecerint, vnusquisque probè intelligat.

Concludo ex his omnibus Britãnomachiam Ministrorum de Scripturis authenticis, apocryphisque, in verbis Thomæ Bilsoni Ministropiscopi, ad rem quidem propositam appositissimis, sed à communi Ministrorum sensu & consensu remotissimis: quę tamen ea omnia quæ diximus, & eos omnes in quos diximus, euidentissimè concludunt. Lector autem obiter attendat quàm eius producenda verba bellè concinneq; congruant cum his Witakeri contra primam Campiani rationem

tionem, dicentis; *quo iure recipi Scriptura potuerit temporis successione quæ semel fuit repudiata, vt quam initio fidem minimè haberet, eam tacitis hominum iudicijs paulatim obtineret, se nolle quærere.* Nisi enim valde fallor, non ita loquitur Bilsonus; dicens: *Scripturæ vbilibet non fuerunt omninò receptæ, nequidem Eusebij ætate. Ait enim, epistolas Iacobi, Iudæ, secundam Petri, secundam & tertiam Ioannis, Apocalypsim, aliquamdiu in Ecclesia Syriæ non fuisse receptas, vt neque in Ecclesijs Arabiæ.* Audiant reliquum, qui audiendi aures habent Reformati. *An hinc propterea* (inquit Bilsonus) *existimabitis partes illas Scripturæ non fuisse Apostolicas? aut ideò opus non esse hodie haberi indubitatas, quia olim de ijs dubitatum fuit?* Quibus auditis, nequeo prò Veritate in Hæresim, & prò Scripturarum authoritate in Reformationem, læto Epiphonemate non exclamare.

Bilson. in Exam. passionis Christi, edit. an. 1604. p. 664. Fuit autem hic reformatè consecratus Vintoniens. Ministropiscopus 13. Ian. 1596. hodieq; viuit.

Habet, peractum est: quas petis pœnas, dedit.

Senec. in Tragœd.

His enim, Scripturę canonicæ quas Reformatores exauthorarunt suę dignitati postliminio restituuntur. His dogmata omnia, saltem pleraque, quę cum Sectarijs in controuersia hactenus fuerunt (adiudicata nobis lite) non amplius apocryphis, sed authenticis scripturis, diluuntur. His illa *Dudithij*, quæ secundo primi libri capite recensuimus verba [*A capite ad calcem si percurras omnia, nihil propemodum reperias ab vno affirmari quod alter statim non impium esse clamitet,*] & similia passim recurrentia, luculenter comprobantur. His denique, Reformatorum porcina, & diaphonica quam obijcimus discordia, vel lippientibus planè ostenditur. Nunc igitur, ad alia bonis auspicijs stylum studiumque quin transferamus, nihil vetare videatur.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

Poſt Scripturas publicum Eccleſiæ officium obtinere primas partes. Triginta ſex eius officij, pro quo Apollogiam Iuellus emiſit, errores. Quale tandem officium extitit in Anglia ſub Henrico, Eduardo, Elizabetha, Iacobo, & quale in Scotia?

IN pręfatione ad librum Publicarum precũ multa, & mira dicuntur, quę partim inferius examinanda erunt vbi de Sacramentis agemus, partim indigna ſunt quibus inſiſtamus. Illud certè, pro certo pręſumitur; totum illũ librum in Anglia, à Scripturis ſacris eſſe proximum, vtpote *in quo* (ſi credere libeat) *nihil lectu præcipitur præter ipſum purum putum verbum Dei, ſacras Scripturas, aut quod euidenter in illis fundatur*. Hoc autem quàm ſit falſum, in primo libro, capite tertio ſub finem, pagina 33. liquidò patefecimus. Et porrò vt hic amplius patefaciamus, ex Alano *Alanus Copus dialogo 5 pag. 707. 708. 709.* Copo (aliàs Nicolao Harpsfeldo) quem nõnulli cum Gulielmo Alano Cardinale imperitè confundunt, triginta ſex craſſiores errores, quos vel expreſsè cõtinet dictus liber, vel quos eiuſdem Apologeticus, in priſtina Reformata Angliæ doctrina (cui Reformata doctrina Angliæ hodierna ſtrenuè repugnat) pro indubitatis venditat, hic recenſebo.

Triginta ſex errores priſtinæ doctrinæ Reformatæ in Anglia.

1. *Duo tantum eſſe Sacramenta.*
2. *Infantes pertinere ad populum Dei antequam baptizentur.*
3. *Verum Christi corpus non eſſe in Euchariſtia, nec aliud quàm panis ſubſtantiam.*

4. Com-

4. *Communionem sub vtraque specie necessariam.*
5. *Non licere presbytero soli communicare.*
6. *Nefas esse conseruare aut attollere Eucharistiam.*
7. *Malos non comedere corpus Christi.*
8. *Arcendos ab Ecclesia qui non communicant.*
9. *Clauem Ecclesiæ esse solum in aperiendo verbo Dei.*
10. *Confessionem priuatam esse tollendam.*
11. *Cæremonias Ecclesiæ esse abrogandas.*
12. *Preces in Latina lingua esse barbaras & contra præceptum Pauli.*
13. *Neminem legi satisfacere posse.*
14. *Non posse plures vno die vno in templo Missas dici.*
15. *Vnitatem non esse notam Ecclesiæ.*
16. *Oecumenica Concilia per priuata tolli posse.*
17. *Ecclesiam errare posse in fide.*
18. *Præcepta Ecclesiæ de statis ieiunijs esse doctrinam dæmoniorum.*
19. *Petrum non fuisse Principem Apostolorum.*
20. *Romanum Pontificem Antichristum esse.*
21. *Dissensionem de fermento & paschate leuem esse.*
22. *Ethnicum esse sanctorum cum Christo regnantium opem inuocare.*
23. *Reliquias sanctorum non esse colendas.*
24. *Nulla esse sanctorum in cælis merita.*
25. *Vanas esse Ecclesiæ indulgentias.*
26. *Nihil legendum in Ecclesia præter Canonicas Scripturas.*
27. *In œcumenicis & priuatis Concilijs laicorum Principum ad dogmata fidei explicanda consensum esse necessarium.*
28. *Licere solis laicis, repugnante omni clero veterem religionẽ inducere.*
29. *Non esse Episcopum qui non doceat.*
30. *Solam fidem iustificare.*
31. *Nulla esse bonorum operum merita.*
32. *Licere presbyteris ac monachis vxores ducere.*
33. *Nullum esse purgatorium.*
34. *Nullum esse externum Ecclesiæ sacrificium.*
35. *Aqua sacra ac crucis signo dæmones abigi non posse.*
36. *Nefas & horrendum facinus esse, si quis Christi imaginem in Christianorum templis excitet.*

In capite septimo primi libri, quàm bellè in plerisque cum pristina hac Reformatorum doctrina, concordet moderna eorundem persuasio: non obscurè ostenditur. Quod etiam in tertio libro, vbi de sacramentis in particulari Deo fauente disputādū erit, latius manifestabitur. Nisi enim doctrina prius Reformata doctrinæ posterius Reformatæ repugnaret, nulla causa assignari posset cur posteriores Reformati priorum librum Ecclesiastici officij reijcerent. Reiectum autem ab eis fuisse, capite tertio & quarto primi libri demonstraui. Neminem verò Ibernorum legendo hactenus comperi, qui prius Ioanne Trauerso Theologię Doctore reformatam doctrinam Angliæ, scripto confutauit. Is autem, & quia fœlici martyrio scripta sua consignauit, & in martyrio eius scribendi zelum diuina bonitas pręclaro miraculo comprobauit, & quia popularis meus quem debitis encomijs celebrare harum rerum scriptores omiserunt, fuit; Et denique quia tribus, vt aiunt, verbis, neque abs re præ manibus referri potest: inclytum eius facinus, martyrium, miraculum, sicco pede pertrāsire nec volui, nec debui; vt posteri quos scribendo pro Christi supremo Vicario, quosque sufferendo pro fidei defensione imitentur, ob oculos habeant.

Illustre miraculum Ioannis Trauersij Iberni, Doctoris sacrę Theologię, Authore Alano Copo, dialogo sexto, pag. 995. Ex Ioanne Stoneo Augustiniano, oculato teste, & Martyre.

IOANNES TRAVERSIVS quædam scriptis mandarat, quibus Summi Pontificis dignitas asserebatur. Abreptus itaque ad Tribunal, & ea de re interpellatus, nihil negauit, sed protensâ manu intrepidè respondens: His inquit digitis ista à me scripta sunt, quorum nulla vnquam in

tam

tam bona causa pœnitudo me cepit, aut capiet. Mirum dictu, (sed verum tamen est, si modò illis credendum sit qui se rei gestæ interfuisse dicunt) cum atrocia de more supplicia exsolueret, manusque illa à tortore abscissa, & in ignem, spectante populo, coniecta fuisset, reliquam quidem manum absumsit, sed pollicem cum proximis duobus digitis quorum ad scribendum officio vtimur, ignis quantumuis sæpius data opera accensus, absumere nunquam potuit. Hæc Copus.

Ex his videmus nō ingratum, quin potius gratissimum fuisse & esse eorum Deo obsequium, qui Reformatam doctrinam impugnant, stylumq; pro dignitate Summi in terris Pastoris contra Ecclesiæ perduelles tanta cum alacritate quanta cum pietate stringunt. Vtinam, vtinam Deus cordis mei clementissime, per multitudinem miserationum tuarum, aliquando digiti *Bochelli, Richerij, Hardeuilleri, Marteleri, Clemangij, Lescheßerij, Widdringtoni, Barclai* (si fortè preces meæ ipsi prosint) & aliorum similium, qui terrenorum Regum causa impugnarunt aut etiamnum impugnant Regis æterni in suo Vicario supremā potestatē, saltem igne inextinguibili, illo inquam igne deuorante, ardoribusq; sempiternis, & clibano sulphureo, nō cōcrementur, seu amburantur. Vtique in terris nulla nobis spes est, si fortè in ignem hunc temporalem inijciantur, vt simili miraculoso beneficio ad testimonium sui obsequij, indemnes conseruentur. Saltem *de Marsilio de Padua* hæretico, *Sigeberto* schismatico, *Dante* poëta (scriptis suis de monarchia) damnato, qui eandem pro virili potestatem strenuissimè, aut soli (contrà torrentem Pontificum, Conciliorum, Patrum, Doctorum) aut potissimi, frustra tamen oppugnarunt, tale nihil legētibus hactenus transmissum, accepimus. Benè quidem multorum scriptis, certa relatione, & quotidiana experientia, non pauca ad aliorum cautelam vbique prostant monumenta, de eorum luctuoso exitu, deq; exitio Regum, & Principum, qui fidē illis accommodarunt. Dixit enim ipse Lutherus; *experientiā constare*

Vide Scultken pag. 130. 131.

stare

Luth. in colloq. titul. de mundo, & eius natura.

Carol. Mag. l. 7. Capitulorum seu legum Eccl. cap. 104. 105. 188. edi. Paris. an. 1588.

stare eos qui in bona (seu iura, par enim est ratio) *Ecclesiastica inuolarunt, tandem ad mendicitatem redactos esse*. Immò verò dixit *Carolus Magnus*, Regum decus & ornamentum. *Nouimus multa regna & Reges eorum propterea cecidisse quia ecclesias spoliauerunt, resq́; earum vastauerunt, alienauerunt, vel diripuerunt, Episcopisq́; & Sacerdotibus, atque quod magis est Ecclesiis eorum abstulerunt & pugnantibus siue militibus loco stipendij dederunt. Quapropter, nec fortes in bello, nec in fide stabiles fuerunt, nec victores extiterunt, sed terga multi vulnerati & plures interfecti verterunt, regnaq́; & regiones, & quod peius est, regna cælestia perdiderunt*. O vocem à maximo Regum, maximè regiam! O sententiam meliore (quod etiã consequutum est) omine & prolixa panegyre dignam! sed satis superq́; occasione Trauersij digressus, ad semitã me recipio, dicturus ordine de libro Publicarũ precũ, sub nouo saltem Rege semper nouo ac diuerso, nec tamen ipsorum fratrum calculis hactenus comprobato.

Vide superius p. 28. 30. 31. 33. 34. 35. 53.

1. In libro primo cap. 4. nu. 2. & in primo capite huius libri, numero 4. nonnulla dicta sunt quæ breuitatis causa hic omitto. Proximè post Biblia (de quibus, vt vidimus, hostiliter atrociterque altercati sunt) liber communium precum, dignitate vt dicere cœpi cæteris scriptis longè antecellit, tam ratione publicæ authoritatis à qua cõfici iubetur, quàm ratione doctrinę ac disciplinę totius cuius est synopsis, quã ratione impẽsi laboris, ac studij doctorũ multorũ, à quibus procuditur. De eius autem nomine non ero sollicitus, sed iam librum communium precum, iam liturgiam, iam confessionem, iam pastorale, nuncupabo.

2. Quoties nouus Princeps hactenus, toties saltẽ nouus, & à priori totus diuersus fuit Communium precum liber. Id prolixè Douæus in cap. 4. primi libri declarat. Nec tamen potuit quantũuis cognitus recognitusq́; ita emẽdatus prodire, quin à Puritanis, modo quo ibidẽ ostẽditur, idq́; millenario ministrorũ numero, flagitiosissimè pro impio, absurdo, superstitioso, habitus fuerit. Verũ ordine quædã breuissimè sunt exponenda.

3. Primus liber Precum communium, seu Pastorale Anglicanum Reformatorum (si potius sex articulorum non mauis

vocare.

vocare decretum) prodijt anno 1536. cũ hoc titulo: *Articuli per Regem excogitati.* Quẽ titulũ Heroina quæpiã Reformatarũ, improbans, veluti in causa religionis insolitũ & ineptum: Respõdit ex Aulicis astantibus festiuus quidã, isq; vt fertur, Frãciscus Brianus Eques auratus; si omninò oporteat cõmenta de religione admitti: prestat, meo saltẽ iudicio, à Rege, quã à Rabula, (qualis est Martinus vester) haberi. In hoc autem quod primò prodijt cõtra priscã religionẽ, edicto, vel pastorali, sola tria (vt videtur) Sacramẽta proponebantur. Id enim ex cohortatione populi colligo, armata manu obsistere imponendæ hæresi cõspirantis, ac dicentis: *Videte amici, quatuor etiamnum vobis adempta esse Sacramenta, & à tribus reliquis haud multo post etiam priuabimini, nisi tempestiuè prospiciatis.* Cæterũ, in hoc libello, seu decreto, sex erant præcipui articuli, quos qui non teneret, hæretici penam non euaderet. Primus, *Eucharistiæ Sacramẽti transsubstantiationem asserebat.* Secundus, *vnam Sacramenti speciẽ ad salutem sufficere.* Tertius. *Sacerdotum cælibatũ retinendũ.* Quartus, *vota castitatis esse implenda.* Quintus, *missas, easdemq; priuatas, celebrandas.* Sextus, *confessionem auricularem faciendã.* Cæterũ, *Baptismus, pænitẽtia, & Eucharistia, strictè duntaxat præcipiebãtur:* ea enim ponenda *pro tempore,* Lutherus quem primi Angliæ Ministri sequebãtur) decreuit. Deniq;, hæreses alias Hẽricus nõ ferebat, præter illas que Romani Pontificis primatũ & monasticas religiones, opesq; impugnabant. In Papæ autẽ nomẽ, ita exarsit, vt in cuius quocũq; libro deletum nõ exstaret, capitis dãnaretur. Et hinc per Calẽdaria, per Indices & scripta Patrũ, per totum ius Canonicum, & scholasticos scriptores expunctum, & ob literatum in tota Anglia, in vetustioribus exemplaribus cernitur.

Hall. in vitã. an. 28. Hẽr. 8. fol. 228.

Ibidem.

Sander: de schism. Person. de tribus Conuers.

Fox. in Act. & Mon. pag. 991. col. 2.

Luth. de capt. Babil. c. de Euchar.

4. Eduardi sexti tẽpore, quãta religionis perturbatio Hẽrici mortẽ exceperit cõmemoratu difficile erit. De lib. Publicarũ precum meum est omissis ceteris ostendere, diuersum vt aliquoties dixi, semper sub diuerso Principe, apparuisse. Et quidem sine ambagibus, ipsa publica acta inficiantibus fidem efficient. *Quandoquidem* (inquiunt) *in hoc Angliæ regno dudum diuersæ fuerint formæ Publicarum precum, quæ vulgò Ecclesiasticum officium dicuntur, tam quoad matutinas & vespertinas preces*

Statuta an. 2. Eduar. 6. cap. 1.

quàm quoad Communionem vulgò Missam appellatam, &c. considerato etiam, Regiam Maiestatem (ex consilio amantissimi auunculi D. Protectoris, & cæterorum suæ Celsitudinis Consiliariorum) sæpius obuiasse innouationibus, ritibusq́, ergà suprà dicta: non tamen res ex voto successit. His non obstantibus, sua Celsitudo (ex prudentissimo commemorato consilio) fragilitati ac infirmitati populi sui indulgens, non solum abstinuit à pœnis exigendis, verum etiam (vt vniformis, pacifica ac pia norma proponatur) mandauit Archipræsuli Cantuariensi, & quibusdam alijs Doctoribus & prudentioribus Episcopis, considerare, & ponderare, præmissa: adeoq́; oculos, mentesq́; in sincerissimam, & purissimam Christianam Religionem in Scripturis, & primitiua Ecclesia propositam, intendere, & secundum illam excerpere & formare vnum eundemq́; ordinem, obseruationem, & formam, precum communium, & administrationis Sacramentorum. Quod ipsi hodie ope Spiritus sancti conformi consensu, exequuti, concluserunt, emiserunt, & exhibuerunt suæ Celsitudini, non sine magna ipsius consolatione, & animi quiete, cum hac inscriptione, Liber communium precum & administrationis Sacramentorum. Hactenus verbatim ex regni statutis.

Huic tamen haud multo post, Ioannem Rogerum, Ioãnem Hoperum, & alios primarios Ministros opposuisse diuersum librum, puriorem, & Scripturis ac primitiuæ Ecclesię, vt ipsi contenderunt, conformiorem, cum alterius prædicti cõdemnatione, ipse Foxius declarat. Horum igitur spiritus quos vocant sanctos, non admodum concordes inter se fuisse, nemo non cernat, nemo deinceps non impudẽtissimus ibit inficias. Si tamen (vt fit) proteruior aliquis refragabitur, Couellum insuper obijcimus, qui in suo Modesto & rationabili examine, rixas & tumultus Ministrorum contrà hunc Eduardi librum, latè prosequitur. Iam aliquoties id ostensum, adeoq; cũ temporis & laboris dispendio non replicandum.

Foxius in Act. & Mõ. pag. 355.

Couell. c. 13. pag. 182. & seq. edi. Lõd. an. 1604. Itẽ cap. 6 p. 72.

5. In primo quoque libro, in initio quarti capitis ex D. Douæo manifestaui, erecto semel Elizabethæ sceptro, displicuisse Pastoralia vniuersa priora, & aliquoties noua, ac diuersa, accuratius elaborata, in lucem fuisse edita. Sed non dum inspirationes sui spiritus ita Ministris plerisque Ministri probare

potuerunt,

potuerunt, quin obstreperis clamoribus, perenniq; reclamatione ad rauim ogganirent, dicerentque *in Liturgia Anglicana, multas simul Religiones miscellanea confusione conflari, Christi & Antichristi, Dei & diaboli, &c. 2. Sacramenta in eo impiè mutilari, & prophanari: nec Domini cœnam comedi, sed scenicam ostentationem propriã exhiberi. 3. Publicum baptismum puerilibus, & mimicis superstitionibus impleri. Denique corruptionis, confusionis, superstitionis, idololatriæ, impietatis, & omnis prauitatis, Pastorale publicum meritò improbari.* *In positionibus periculosis, pag. 51. 56 lib. 2. c. 9. hac, & plura alia, ex varijs quam plurimorum Ministrorũ querimonijs perhibetur.*

Vide superius non minora, nec pauciora, contrà librum eũdem à postrema recognitione sub moderno Rege Iacobo excusum. Quod enim Puritani in suo examine contrà librum Publicarum precum ibidem effuderunt: hoc noua editione anno 1610. iterato, auctioriq; odio, (tam bellè consentiunt) repetierunt. Huc spectat quidem, sed differtur, non aufertur. *Lib. 1. c. 4. n. 2. &c.*

Denique Brounistarum iudicio, Protestantium Formalistarum vniuersa *Liturgia, consuta est ex Papæ Breuiario, estq; idololatrica, superstitiosa, cultus Dei fictus, farrago infinitorum crassorum & blasphemorum errorum, pseudodiathesis, ementitum nouum Euangeliũ, idolum, ingens chaos prolixarum, & plurimarum in vnam consutarum absurditatum.* Non ergò omnes idem in Britannia sapiunt Ministri, sed ijs conuitijs, tumultu, rixis feruent, fremuntque, quibus, *Richard. Alisonus de Brounistis, anno 1590. ad Thom. Hennegium Vicecamerarium Reginæ.*

Tum plausu, fremituq; virum, studijsq; fauentum
Consonat omne nemus, vocemq; inclusa volutant
Littora, pulsati colles clamore resultant. *Virgil. 5. Æneid.*

6. Quia verò non Anglomachiam Ministrorum, sed Britannomachiam agonothetes spectamus, conuertere tandem obtutus conuenit in Scoticos Ministros, vt videamus an & ipsi theatrales suas strenuè obeant partes. Anno 1558. elucubrauit Ioannes Knoxius Liturgiam Scoticam, cui calculos Ministrorum conquisiuit. Hanc tamen complices *Imaginationem deuotam,* (sic enim appellarunt) statim reiecerunt. Fecit tamẽ Knoxius, vt volentes, nolentes, non pauci subscriberent. Quo semel obtento, in omnes causas regni, Ministrorum iurisdictio repentè inuolauit. Sandersonum quendam, verbi gratia, ob *Knox. in hist. Eccl. Scot. p. 218. 234. Ibid. pag 502. 504. Ibid. à pag. 523. ad 534.*

adulte-

adulterium publica pœna rerum iam Domini mulctarunt, ex qua tamen, vi fuit ereptus. Integram deinde multitudinem Edinburgi, ludicro tumultui immixtam, excommunicarunt. Episcopos omnes superbiæ ac idololatriæ prætextu, è gradu deiecerunt, & eorum domos incenderunt: Regique ne aliquãdo eosdem restitueret, vel ad comitia admitteret, imperarũt. In quo tumultu ingẽtiores illis animos fecit Theodorus Beza; inquiens: *ne vnquam illam pestem* (sic Episcopos vocat) *admittant, quamuis vnitatis retinendæ specie blandiatur.* Omnem denique Ecclesiasticam iurisdictionem sibi suóque foro consistoriali vindicarunt. Leges regni pro arbitrio immutarunt. Regi, proceribusque leges dederunt: vt iam capite nono primi libri latius explicaui. Sed nunc quęritur, an (quod huius disquisitionis interest) in Liturgiæ suæ doctrinam, omnes consona hactenus symphonia coniurauerint? Minimè profectò gentium. Ait enim Serenissimus Rex Iacobus: *eum fuisse numerum diuersorum catechismorum, ab vnoquoque qui videbatur aliquid esse, cõsignatorum, vt quæ in vna congregatione catechistica esset doctrina, in altera vix admitteretur, prò solida.* Rursum: *ita exẽpli causa M. Craig terrificis verbis abiurationum, & detestationum, populum perterruit, vt cùm omnia non caperent, ad Papismum relaberentur.* Hęc verò tam de Anglis, quam de Scotis abundè ad contestãdam Ministrorum Britannomachiam, circa Liturgiarum doctrinam, (maximè cum Anglicana Ecclesia practicè & speculatiuè Scotizantem doctrinam impensè execretur, & plurimis libris pro impia, ac seditiosa, redarguat) credo sufficient. Plura tamen capite quinto, & sequentibus, vbi Puritanorum dogmata exhibebimus, donec satis superque euincatur malè dissimulata hæc discordia, (quæ profectò in rete etiamnum saltitat) affatim suppeditabimus, Dogmata autem illa prò Puritana Liturgia (quæ vix reperiatur) nobis deseruiant. Adeóque, non minus in Ministros omnes erga omnium Ministrorum confessiones, seu Liturgias. Agrippæ epigrãma, quàm in Puritanos (in quos Ormerodus illud distrinxit) erga Formalistas, militare perhibeamus.

Beza ep. 79.

Vide superius c. 9. l. 1. & in cap. 4. num. 6.

Colloq. Hãton pag. 44.

Ibid pag. 39.

Vide Posit. peric. passim. Examẽ prætensa discip. passim, &c.

Inter

Inter Diuos nullos non carpit Momus.
Inter Heroas monſtra quęque inſectatur Hercules.
Inter dæmones Rex erebi Pluton
Iraſcitur omnibus vmbris.
Inter Philoſophos ridet omnia Democritus,
Contra deflet cuncta Heraclitus.
Neſcit quęque Pyrhias.
Et ſcire ſe putat omnia Ariſtoteles,
Contemnit cuncta Diogenes,
Nullus hic parcit Agrippa.
Contemnit,ſcit,neſcit,flet, ridet, iraſcitur,
Inſectatur, carpit omnia.

Cornelius Agrippa.

Sic Miniſtri Miniſtrorum vniuerſa ſcita contemnunt,ſciũt, neſciunt,flent,rident,inſectantur, ac carpunt: & tamen diſcordes haberi renuunt,quia fortè concordia eorum,non concordia ſed diſcordia eſt.Ego igitur ijs Agrippam agere debui. Verè enim fanatica eorum omnia deliramenta contemno. Technas futiles diſſimulandi has diſcordias ſcio, lugeo, derideo,inſector, carpo. Qua fronte niſi inuerecunda & perfricta ſe tueantur,neſcio. Quod non reſipiſcant, iraſcor, & defleo. Sed niſi Deus profuſa benignitate immutet proteruos horũ Cadmei fratrum animos,quicquid agamus, ridendo, flendo, carpendo, eorum tamen iracundiæ ſenecta nulla obtinget. Etenim:

Illi inter ſeſe iam iam pugnare parantes
Obtendunt pariterq́ manus, præacutaq́ pila.

CAPVT QVARTVM.

De cæremonijs, nulla Reformatis concordia. Quàm miserè suorum obiectionibus respondent? Et quomodo profitentur suam à nobis discrepantiam, non esse de vllo fidei articulo, sed de solis rebus adiaphoris?

1. DE omnibus particularibus hic non agam. Ea enim quæ ad Sacramenta spectant, inferius discutienda erunt. Cęremoniæ, vestesque Ecclesiasticæ, iam in Anglia in vsu, Puritanis sunt *reliquiæ Antichristi Romani; faces superstitionis & idololatriæ; Pharisaica larua; lacinæ Papisticæ, execrabile fermentum presbyteratus papistici, &c.* Ob quas, quàm atrociter inter se congrediantur, vsque ad sputa, & execrationes: superius in capite 8. primi libri pagina 56. num. 2. locupletissimo testimonio, demonstraui. Non tamen ob eas solas litem ipsam agitare, capite tertio, num. 3. pag. 33. ad oculum detexi.

In periculos. posit. pag. 56. lib. 2. cap. 9.

Lib. 1. c. 8. num. 2.

2. Magna mea fuit expectatio, ex modesto, & rationabili Guilielmi Couelli examine, (hunc enim titulum indidit vni suarum Apologiarum prò Ecclesia Anglicana contrà Puritanos) tandem intelligere, obiectis Puritanorum idoneam per singula responsionem. Verùm lusit Minister alioqui non pessimus spem meam: cùm præ se ferendo exactè, & bona fide, respondere, solummodo imitetur Gulielmum Barloum in sua defensione articulorum religionis Protestãtium. In qua, proponuntur quidem veluti diluendę obiectiones, sed casso conatu, siquidem vt Sisyphi saxum, in molientem, perenni recursu, totoque pondere identidem deuoluuntur. Sic Couellus verbo respondet, sed cum hoc discrimine, à Barlo: quod Barlous etiamsi quoad totam rem nihil omninò dicat, adeoq; sit merus Tacitus, & Silius, & solos Cyparissi fructus proponat: tamen ampullis, & præstigijs verborum, videtur primo aspectu

Edit. Lond. per Humfr. LoWnes an. 1604.

Vide con. Barloum P. Personi librum posthumum.

spectu

pectu, superficieq; tenus, ad singula respondere. Contra verò Couellus, ne videretur facere quod non facit, sicco pede difficiliora omnia transilit, delibatque leuiora, eademq; leuissimè, & strictissimè, minus quàm sesqui folio chartæ vniuersa obiecta eludit. Hæc enim verbi gratia refutanda sibi obijcit: 1. Liturgię Anglicanæ formam, ab Antichristo fuisse acceptã. A pag. 185.
Ad quod respondet, *se suosq; gloriari, quod parcè, & illibenter, ab Ecclesia Romana, (à qua ipsi, vt pleraque Ecclesiarum fidem hauserunt)* ad pag. 195. *desciscant; non omninò dissensuros, si per corruptiones licuisset.* Pag. 185. Verùm (vt nihil dicam de Catholicis, qui istas corruptiones pernegant) hoc Puritanis nihil est dicere: cũ ipsi nõ aliud velint, quã se pari iure deficere irreprehẽsos posse à Formalistis, prætextu corruptionum. Interim, in his verbis (*se gloriari ab Ecclesia Romana modicè desciscere, hancq; cæteris Ecclesijs fidem transfudisse*) plurimum pro nobis respondet plurimo dedecori Reformatorũ. Sed pergit ad secundum. Ait igitur sibi obijciendo, Ecclesiam Pag. 186.
Anglicanam dissimilem esse cæteris reformatis. Ad quod Couellus respondet: non minus alias Ecclesias, Anglicanæ esse conformandas, quàm è contra. 3. Lectionem Epistolarum & Pag. 187.
Euangeliorum, in vsu, mutilam esse, & imperfectam. Ad hoc Couellus respondet, in prisca Ecclesia ita lecta fuisse. 4. Lon- Pag. 188.
gas preces, concionibus tempus tollere. Respondet, hanc calumniam, arguere paruam pietatem, & futiliter garriendi in Puritanis cupiditatem. 5. Malè sine pacto Scripturarum peti, ab omni aduersitate liberari. Respondet Couellus; aliud esse petere liberationem præsentem, aliud liberari à malo pœnæ pręsentis. Hanc responsionem fateor me non intelligere, nisi fortè per pœnam præsentem intelligat pœnam peccato præsenti debitam, olim luendam. Sed hoc nobis statim pariet nostrum purgatorium. Denique ad alias viginti duas similes obiectiones, totidem sunt similes ineptissimæ responsiones; omnes vtrinque tam illę quàm istæ prorsus indignæ quæ proferantur. Non enim talem velitatem, iocularémve pugnam Puritani hodie postulant, sed qua pedi pes, densusq; sit viro vir. Cum quibus, aut non dimicandum, aut certè, donec trium-

 phentur

phentur; quorum alioqui, irrequieto nisu,

——glomerare manum bello, & concurrere ad arma
Cùm socijs, ardent animi: furor iraq; mentem
Præcipitant.

Virg. Æneidos 2.

Proindeque, potentioribus spiculis quærat Couellus si fortè inueniat septemplicem in eos clypeum, vt iugulo causæ intenta tela animosè depellat. Stultum vtique est, cùm signũ pugnę seuerioris acceperit, ventilare. Puritanorum autem primum quod reticetur, dissimulaturq; telum amentatum, & exitiosum est; Formalistas nec à Scripturis, nec à Patribus fulciri, in quacunque suę doctrinæ parte. Non quidem à Scripturis, in quibus nunquam ostendant sua tria symbola tanti æstimata; nomen Trinitatis, personæ aut Sacramentorũ; discẽsum Christi ad inferos; genuflexionem in cœnæ perceptione; alternantes in chore preces, veluti pilas (sic loquuntur) dadatim ludentium; hierarchiam in vsu Ecclesiasticam; festa; traditiones omnes; confirmationes Episcopales; &c. quæ inter traditiones recensui capite decimo primi libri. Neque etiam à Patribus fulciuntur sibi fauentibus (nisi fortè quoad quædam fucata fragmenta) à quibus potius omnibus schismatis, & hæresis, deficiendo à Romana Ecclesia manifestè condemnantur. Patres enim vniuersos à Romana Ecclesia (cui soli patrocinãtur vita & doctrina) stare: superius in primo libro, capite quarto, numero quarto, & capite quinto, numero secundo, & capite decimo fusius ostensum est, & vulgò compertum. His verò præsidijs contrarij, quales tandem Christiani habendi sunt? Secundum hoc Puritani minaces vibrant pilum, prorsus lethiferum. *Concedimus* (inquiunt) *in rebus adiaphoris non improbandam esse communem Ecclesiæ consuetudinem, & eam improbare, insolens & insanũ esse*. Atqui in Romana doctrina solas res adiaphoras, Formalistæ (qui ea opinantur quę in capite septimo primi libri, ex Doctore Willeto declarantur) culpare solent: quomodo ergo *insolentes & insani* haberi non debent? *Tota enim dissensio* (inquit Confessio Augustana) *est de quibusdam abusibus, qui sine authoritate in Ecclesiam irrepserunt*. Et paulò post: *Cùm Ecclesiæ apud*

Vide in lib. 1 cap. 4. n. 4.

Witak. de Eccles. contr. 2. q. 4. resp. ad vlt. arg.

Conf. Augustana, art. 21. pag. 22. libri Latini Concordiæ, edit. Lipsiæ an. 1580.

apud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab Ecclesia Catholica, tãtum paucos quosdam abusus omittant. Propter abusus autem deficere à fide prisca, quàm maximè improbat Regia Majestas in colloquio Hamptonensi. Tertium, & vltimum, vix, aut ne vix quidem, euitabile iaculum, est; Omnis infallibilitas fidei, & Doctrinæ Formalistarum (ipsis superius fatentibus in libro primo, cap. 6. pag. 47. innititur, non Scripturarum sensui ex proprij spiritus interpretatione, sed ex Conciliorum & Patrum consentientibus suffragijs, quibus certi sunt se veras & non suppositirias habere Scripturas, & quorum soli testimonio in cæteris omnibus confidunt. Vel ergò hæc testificatio infallibilis est, vel fallibilis. Si infallibilis, (cùm ex eadem omnis & sola doctrina Romana comprobetur) oportet esse infallibiliter hæreticos, qui eandem Romanam doctrinam nõ tenent. Si verò dicatur fallibilis: quomodo fides super eã (Ecclesiæ, Conciliorum, ac Patrum) testificationem fundata, fallibilis quoque non erit? Quæ omnia ità applicare licet: vt quo nomine commendatione digni sunt Formalistæ, quædam à Romana Ecclesia mordacius retinendo (verbi gratia, ritus baptismi, patrinos, preces alternatas mane & vesperi, festa pleraque, vestes Ecclesiasticas &c.) Eodem prorsus nomine, condẽnatione non sunt indigni, deficiendo in minimo ab eadem doctrina, cuius omnis infallibilitas par est ergà omnia ac aliqua; vt passim sacra Scriptura conuincit. Inquit enim: *Portæ inferi non præualebunt* (vel omninò, vel ex parte) *aduersus eam. Vt non deficiat* (vel magis, vel minus) *fides tua. Docebit vos omnem* (non aliquam tantum) *veritatem. Columna, & firmamentum* (stabile & inconcussum) *veritatis, &c.* Hæc autem omnia & similia sexcenta tantum valent prò omni Ecclesiæ doctrina, quàm prò quacũque: ità vt si vlla sit certa infallibilitas, necessariò debeat esse vniuersalis.

Colloq. Hãpton. pag. 6. 12. 44. 72. 73. 75. 87.

Vide superius de oratione Manassæ, lib. 2. c. 2, num. 2.

Matt. 16. 18. Luc. 22. 32. Ioan. 16. 13. 1. Tim. 3. 15.

3. Formalistas itaque citrà controuersiam superari à Puritanis, non sibi sed nobis vincentibus, conclamatum est. Ipsis quoque Puritanis victoribus, desperata est omnis salutis spes, cùm à Formalistis mutuis vulneribus læthaliter sauciati, ex-

tremum ſpiritum tantum non trahant, ſi tamen trahãt. Frigidus enim illis obſtat ſanguis circum præcordia. Proindeque rectè Manilius:

Ecce patrem nati perimunt, natoq; parentes.

Et Horatius:

Cedimur, & totidem plagis conſumimus hoſtem.

In vana enim Scripturarum (non tantum ſine ſenſu, ſed ſine ſono) ſola iactantia, Puritani conſiſtunt: quo nihil omnibus hęreticis procliuius, nihil in ſe futilius. Quibus & Anabaptiſtis, proprium in primis eſt, nullis ſe arbitris diſcendo ſubdere, nec quærendo miſcere, ſed cenſendo omnibus præponere; relictóque omnis Eccleſiæ omni canone, ad peregrinam & adulterinam interpretationum proprij cerebri chimeram, & enthuſiaſmum, veluti ad ſacram anchoram, transfugere. Petunt Formaliſtæ vnum ſaltem ex ſacra pagina textum, prò ſuæ Diſciplinæ in normam ſeu ſymbolum fidei, pro decimo tertio articulo inſitione; prò Epiſcoporum peruicaci contemptu; prò Principum è gradu arbitraria depoſitione; prò diſcenſus Chriſti ad inferos ſpretis Scripturarũ teſtimonijs abnegatione; prò Caluiniani Catechiſmi in Eccleſijs affectata lectione, reiectis libris ſacris quos gratis vocant apocryphos; pro Eccleſiaſtica Miniſtrorum parilitate; prò omnis iuris Eccleſiaſtici ac ciuilis in conſiſtorialem iuriſdictionem conuerſione; prò Miniſtrorum à ſenioribus ſolis, excluſo populo, electione; prò ſchiſmatis manifeſti defenſione; & vt ipſi ſine ſuffragijs ſe publicos gerant morum & doctrinæ cenſores, conceſſione; prò orationis Dominicæ deteſtatione; prò verſiculi [*Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*] abiuratione; prò ſigni crucis pertinaci odio, prò baptiſmi priuati infantium abnegatione; prò illegitimorum opinata damnatione, &c. Hęc autem ſunt Puritanorum deliramẽta, paradoxis inſulſiſſimis poëtarum æquiparanda, vnà cum cęteris ſuo loco partim recenſitis, partimq; paulo poſt acuratius recenſendis. Petunt autem Formaliſtæ, repetunt, vociferantur, ad rauim exclamant, ſed hactenus profectò fruſtrà, vt ſaltem Scripturarum vnicam apertam ſententiam

Sutcliff. in reſp. ad certas calumnioſas petit. &c. p. 139. 141. Bilſon. Bancroft. Barl. Whitgift. Cowel. &c.

tiam, vel ſententiæ quantulamcunque particulam, his & ſimilibus ſuæ Liturgiæ & Diſciplinę documẽtis aſtruendis, ſuffragari manifeſtent. Quis ergo poſt tam pertinax ſilentium non videt, ideo reſpondere alioqui ſemper loquaces iſtos non poſſe, quia à Formaliſtarum confoſſi amentatis ſpiculis, vocem amplius edere nequeant?

4. Mihi certè in parte pœnarum fuit, gladiatorios hos cõgreſſus, & Miniſtrorum funeſtos, nullo cogente Nerone, in mutua vulnera, & funera, commemorare impetus. Veruntamen nequiſſimorum hominum vltrò qui bella voluerunt, quique Theomachi, & Eccleſiomachi ſpõtè extiterunt, ſuprema pericula, habent ſuam talem qualem voluptatem. Sed quibus? mihine? procul id à me, ô procul abſit. Vtinam, vtinam, ex imo pectore, poſita rebellandi libidine probis omnibus luctuoſa, aliquando reſipiſcant pacati. Is enim ſum, cui communi aliquando cum ijs inſania per ſingularẽ Dei beneficiũ defuncto,

Nullus in vrbe cadat, cuius ſit pœna voluptas.

Quem potius quotidiè miſeret pereuntium, & angit cura, tangitq; affectus, diuino adminiculo liberare quos vſpiam (quocunque capitis mei periculo interpoſito) eripere valeam. Nec alius mihi huius ſuſcepti laboris ſcopus fuit quàm præferre ad frugem reuerſuris ſalutiferam facem; vt diræ diſcordiæ ſemitis relictis, viam ingrediantur ad quam Chriſtus Dominus aberrantes iugiter reuocat, pacis & proſperitatis. Seneca.

Votum ſecundet, qui poteſt, noſtrum, Deus.

Cùm verò toties de Puritanis ſermo incidat: ſemel vt loquimur prò ſemper, quales ſint, quidq; credant, doceantq;, quoad ex fidei tabulis oſtendere liceat, declarare aggrediamur.

Pro mantiſſa tamen huius capitis, æqui boniqúe, vt ſpero, lectores conſulent, ſi articulorum omniũ Doctrinæ reformatæ tam Anglorum, quàm Gallorum, ſaltẽ Titulos proponam, quibus, veluti in ſpeculo contemplemur, quàm diuerſo, quàm inuerſo, quàm præpoſtero ac perturbato ordine, ſuam doctrinam cothurnalem profiteantur. Inde enim duo nobis euidentius conſtabunt; primo, non mihi defuiſſe ampliſſimam hos homines

homines refutandi materiam; cùm de singulis articulis, vel in re, vel in modo peccent. Secundò, Reformationem iam nūc indigere noua reformatione: cùm in hos articulos neque ipsi Principes Reformatores qui diem obierunt, neque primogeniti qui etiamnum supersunt, neque posteri qui fortè (nisi prius in auras Reformatio, vt spes est, elabatur) succedent, iurare velint. Siquidem in Scripturis solis neque hi, neque isti, neque illi, hos articulos prò præcipua parte, maioreq; numero, vnquam deprehendent. Adeoq; nec volunt, nec debent, nec possunt (per articulum quintum Gallorum, & sextum Anglorum) illis fidem adhibere. Accidit (vt obiter, tamen ad hāc rem non impertinenter, dicam) elapso anno 1613. *Vauldemortium* Ducis Lotharingiæ fratrem per Germaniam iter habuisse, & ad Marquionem *Tourlacium* Lutheranum diuertisse. Hic, inter colloquendum de Religione, nihil dubitauit confidentissimè asseuerare, suos posse Ministros totidem verbis in Sacrosanctis Scripturis ostendere articulos suæ fidei vniuersos, tam quos affirment, quàm quos negent; idque vt loquimur, *formaliter*, disertisq; terminis. Tandem cùm ex condicto de Disputatione conuentum esset, ac quid in quoque suorum esset animi ac virtutis, vtrique Principes disputatione inita periclitarentur: Ministri Lutherani hos nouem suę fidei articulos, magno pudore suorum, non haberi in Scripturis tandem ingenuè professi sunt. Videlicet,

Vide Fuite honteuse des Ministres d'Allemagne imprimé à Pont à mousson, & à Reims. Anno 1613.

1. *Missam non esse sacrificium propitiatorium.*
2. *Matrimonium non esse Sacramentum.*
3. *Esse duo duntaxat Sacramenta.*
4. *Non esse Purgatorium.*
5. *Solam fidem nos iustificare.*
6. *Non esse inuocandos Sanctos.*
7. *Ecclesiam Romanā à Christo super Petrum non fuisse fundatā.*
8. *Quadragesimale ieiunium esse illicitum.*
9. *Cælibatum Sacerdotum esse prohibitum.*

Sed & Sedanenses Ministri literis sub nomine sui Gubernatoris 8, Sept. 1613. debuisse id Lutheranos necessariò confiteri,

fiteri, & non posse inficiari (*Gonterio* Herculea fortitudine ab vtrisque inuitis veritatem extorquente) agnouerunt. Ex quibus præsumamus, ex sequentibus articulis benè multos non fide (quę ab hæreticis remotissima cognoscitur) in vllis Scripturis fundata, sed perfidia, & insania, insomnijs ac enthusiasmis acquisita, Reformatos nostros profiteri.

39. Articuli Doctrinæ Reformatæ Anglorum, & 40. Doctrinæ Reformatæ Gallorum.

Art. 1. Reform. { Ang. *De fide in sanctam Trinitatem.* / Gall. *Deum esse vnum, &c.*

2. { Ang. *De Verbo incarnato.* / Gall. *Reuelari Deum per Scripturas.*

3. { Ang. *De discensu Christi ad inferos.* / Gall. *Scripturas has solas esse authenticas, 5. Moysis libros, &c.*

4. { Ang. *De Resurrectione Christi.* / Gall. *Cognosci à nobis Scripturas interno spiritu.*

5. { Ang. *De Spiritu sancto.* / Gall. *Scripturas sufficere ad omnem fidem.*

6. { Ang. *De Scripturarum ad salutem sufficientia.* / Gall. *Mysterium Trinitatis.*

7. { Ang. *De vetere Testamento.* / Gall. *Creationem rerum visibilium & inuisibilium.*

8. { Ang. *De triplici Symbolo admisso.* / Gall. *Prouidentiam diuinam omnia disponere, Deum tamen nō esse Authorem malorum.*

9. { Ang. *De peccato originali.* / Gall. *Naturam hominis lapsi esse corruptam, & habere voluntatem ad malum duntaxat.*

10. { Ang. *De libero arbitrio hominis tantum ad malum,* / Gall. *Originale peccatum.*

11. { Ang. *De iustificatione hominis.* / Gall. *Post baptismum manere peccatum originale quoad culpam.*

12. Ang. *De bonis operibus.*
Gall. *Electos sine respectu operum saluari, reprobos damnari testandæ iustitiæ causa.*

13. Ang. *De operibus ante iustificationem.*
Gall. *Per Iesum Christum donari nobis omnia.*

14. Ang. *De operibus supererogationis.*
Gall. *Incarnationem filij Dei abiurata hæresi Serueti.*

15. Ang. *De Christo solo sine peccato.*
Gall. *Vtramque naturã in Christo incõfusibiliter coniunctam.*

16. Ang. *De peccato post baptismum.*
Gall. *Christum mortuum esse, & resurrexisse.*

17. Ang. *De prædestinatione & electione.*
Gall. *Sacrificio solo cruento Christi nos Deo reconciliari.*

18. Ang. *De speranda salute ex solo Christi nomine.*
Gall. *Reiectis omnibus meritis obediẽtiam Christi tegere omnia peccata electorum.*

19. Ang. *De Ecclesia, & Rom. Ecclesiam errasse.*
Gall. *Christum esse vnicum Mediatorem & Saluatorem.*

20. Ang. *De Ecclesiæ autoritate.*
Gall. *Sola fide, merita Christi participari.*

21. Ang. *De Conciliorum generalium per Principes indictione.*
Gall. *Fidem datam non auferri.*

22. Ang. *De purgatorio excluso.*
Gall. *Fidem neceßariò germinare bona opera, sed non iustificatiua.*

23. Ang. *De ministrando in Congregatione.*
Gall. *Omnes legis figuras expirasse aduentu Christi.*

24. Ang. *De lingua vulgari in Congregatione.*
Gall. *Inuocationem Sanctorum esse illicitam, purgatorium, vota, cælibatum, delectum ciborum, confeßionem, &c.*

25. Ang. *Sacramenta duo tantum esse.*
Gall. *Disciplinam Ecclesiæ debere esse sacram & intemeratam.*

26. Ang. *Indignis Ministris non frustrantur Sacramenta.*
Gall. *Non cedendum edictis & authoritati obsistenti.*

27. Ang. *De baptismo infantũ, & vera in baptismo regeneratione.*
Gall. *Ecclesiam esse cœtum fidelium verbo diuino obsequẽtium.*

28. Ang.

28. Ang. *De Cœna Domini.*
Gall. *Omnia esse in papatu corrupta, dempto baptismo.*

29. Ang. *Impios non participare corpus & sanguinem Domini.*
Gall. *Gubernandam esse Ecclesiam à pastoribus, supervigilantibus & diaconis.*

30. Ang. *De vtraque specie.*
Gall. *Omnes pastores parem habere potestatem.*

31. Ang. *De sacrificio Christi consummato in cruce.*
Gall. *Ministros initiandos electione & suffragijs vocationis.*

32. Ang. *De matrimonio Sacerdotum.*
Gall. *Superintendentes posse præscripta sancire.*

33. Ang. *Quomodo vitandi excommunicati.*
Gall. *Omnes leges humanas quæ conscientias ligant, abrogari.*

34. Ang. *De traditionibus Ecclesiæ.*
Gall. *Sacramenta esse pignora, & signa externa, nō tamē inania.*

35. Ang. *De homilijs.*
Gall. *Baptismum & cœnam solummodo esse Sacramenta, & batizandos esse fidelium infantes.*

36. Ang. *De consecratione Episcoporum & Ministrorum.*
Gall. *Carnem Christi in cœlo existentis, substātialiter nutrire in cœna.*

37. Ang. *De ciuili magistratu.*
Gall. *Animam non minus pasci in cœna corpore Christi, quàm corpus pane & vino.*

38. Ang. *Bona Christianorum non esse communia.*
Gall. *Renuntiamus Sacramentarijs solis signis, & tropis, credentibus.*

39. Ang. *De Christiani iuramento.*
Gall. *Obediendum esse ciuili Magistratui.*

40. Gall. *Soluenda Principibus tributa, modo Dei potestas illibata maneat.*

In primis (vt apparet) in numero non cōueniunt; cùm Anglica confessio triginta nouem articulis, Gallica verò articulis quadraginta constet. Tertius etiam articulus Anglorum apud Gallos Reformatos prorsus est exclusus. Vigesimus primus damnat Gallorum vigesimum nonum, vt patet in glossa

ad propositionem primam pag. 114. in medio, & prop. 2. art. 27. pag. 206. Idem facit trigesimus sextus Anglorum, quo Episcopi probantur, quos Reformati Galli obnixè execrãtur. Adeoq;, idem articulus pariter damnat trigesimum Gallorũ. Vigesimo septimo articulo Anglorum, quo vera in baptismo regeneratio, ipsius Sacramenti virtute, asseritur, euertit trigesimum quintum Gallorum, quo baptizandas creditur solo signo inani fidelium tantum proles esse. Cùm denique intuentium oculis subijciantur vtriusque gentis articuli, adeò vt discrimen iuxtà se positorum vnicuique elucescat: non est cur in hoc negotio, veluti iudicio lectorum diffisi, diutius immoremur.

CAPVT QVINTVM.

De varijs definitionibus seu descriptionibus Puritanorum.

Becan. controu. Anglic. sub finem.

VT Becani (ter illustris Caluinomastigis) de Puritanis ancipitem *Quid qualésve Puritani sint*, incidam deliberationem: paucis ipsos, ipsorumque dogmata in medium producere decreui. Primò itaq; traditas à varijs descriptiones, seu definitiones eorũ magis graphicas, magisque genuinas, relictis ijs quæ crassiore penicillo hinc inde referuntur, commemorabo.

Magni nominis in Anglia medicus, *Butlerus*, explorata diù Puritanorum indole, & veluti comperta omnium physiognomica constitutione, rogatus vt tandem prò sua physiognomia *Collo. Hãpt. pag. 37.* crasin seu complexionem eorum manifestaret; paucis dixit: *Puritanus est Reformatus, pulsus seu absterritus è potestate mẽtis.* Quia nimirùm Puritani enthusiasmis, & maniæ obnoxij, nullam amplius habere crisim, sed proprio exuberante sensu dementes, à cæteris omnibus prorsus delirare censentur. Hanc autem definitionem, oblata occasione in celeberrimo Colloquio Hamptoniensi, nonnulli fecerunt tanti, vt eam palam prius

prius recitandam, deinde typis memoriæ transmittendam, putarent.

A Serenissimo Rege Magnæ Britanniæ dicuntur *Furiosi; Incendiarij; Efferis latronibus perfidiosiores; Regicidæ; periuri*. Quod certè tanti Arbitri iudicium, meritò dicatur præcipuum de ijs præiudicium. Quia, *Vide Becan. in controu. Anglic. pag. 268. num. 3. edit. an. 1613*

——ab obscuris & à celebribus
Idem profectus sermo, non idem valet.

A Formalistis passim nuncupantur *factiosi, contumaces, libellarij, amentes, ignari, capitosi, obmurmurantes, sacrilegi consistoriales, hypocritæ, canes mordaces viuorum, ac mortuorum; ogligarchitæ, famelici vultures; Martinistæ; calumniatores Satyrici; Aeriani; schismatici; hæretici; ex hæreticis, schismaticis, & perduellibus conflati; quibus nulli sunt pares superbia, inuidia, perfidia; Religionis prætextu Magistratui insidiãtes, discipuli Sathanæ, &c.* Vnde & Ormerodus illos cõparat *Pharisæis, Apostolicis, Ærianis, Pepuzianis, Petrobruzianis, Florinianis, Cerinthianis, Nazarenis, Begardinis, Ebionitis, Catabaptistis, Enthusiastis, Donatistis, Iouinianistis, Catharistis*, &c. *Sutcliff. in Resp. ad art. calumniosos, in ep. dedic. & p. 10.13.24.33. 52.54.55.56. 62.68 69.72 73.89.93 99 103. Ormerod. in quatern. N. 4 sub mediũ dial primi.*

A Brounistis, (*qui dicuntur esse numero incredibili*) quos ipsi genuerunt, & cum quibus quoad pleraque consentiunt, vocantur *impostores perniciosissimi, Baalamitæ, Caluinistici cometæ, noua Angliæ portenta, fucatæ hypocritæ, Pharisaici concionatores, Gnathones nobilium, Apostatæ perfidi, &c.* Et alia id generis numero innumero, *Bancroft. in Exam. Prat. Discip. pag. 236. Vide Stapletoni triplic. pag. 239.*

Quorum onus haud portet centum ratis obsita remis. *Homer. de congressu Ænea & Achillis.*

Bone Deus! hęccine est Euangelica fratrum Reformatorum concordia? An non potius oblatratus est, & rixa canum? Sed cuiusdam Principis Lutherani de Puritanis (sub nomine Sacramẽtariorum) iudicium certè solers, & exactum, quo nobis Puritana effigies natiuis coloribus conspicua proponitur, prò colophone referamus, ex Nicolao Plumio apud Gretserum nostrum in Paræn esi, Iudicio quarto, pagina octaua.

Quindecim Puritanorum proprietates.

„ 1 Puritanus, seu Sacramentarius, est homo nec credens nec
„ confidens Deo & verbis eius; 2 inflatus opinione sanctitatis,

 sapientiæ,

„ ſapientiæ, & eruditionis peculiaris & eximiæ; 3 contemnens
„ & calumnians omnes non euntes in ſententiam ſuam; 4 eri-
„ piens Chriſto homini majeſtatem diuinam; 5 eum æquans,
„ vel gradibus certis præferens Angelis & beatis hominibus;
„ 6 negans omnipotentiam & veritatem Chriſti; 7 & ſubinde
„ patefaciens aditum ad Neſtorianiſmum, Arianiſmum, Mahu-
„ metiſmum, & Ethniciſmum; 8 decipiens Magiſtratũ & alios;
„ 9 peſſundans ſe ac ſuos in exitium corporis, vitæ, & animæ;
„ 10 replens regna, principatus & ciuitates ſimultatibus, ſedi-
„ tionibus, odijs, bellis, lamenis; 11 ſalutarem concordiã vbique
„ deſtruens; 12 clam & ſeditioſè agens pleraque fucumq; faciẽs
„ ſimplicioribus; 13 negans ſe eſſe qui eſt, affirmans ſe eſſe qui
„ non eſt; 14 mutans ſententiam ad popularẽ auram, innitensq;
„ brachio mundano & carni mundi non carni Chriſti; 15 ob-
„ ſeruans occaſiones elabendi & rurſus emergendi.

Siue ergo calculos Lutheranorũ qui Puritanis Patres ſunt ſpectemus, ſiue Brouniſtarum qui filij, ſiue Formaliſtarum qui fratres, ſiue Reformatarum reliquarum Eccleſiarum quę ſorores, ſiue Principum qui Patroni aliquando fuerunt: iam non poſſumus amplius ignorare, quinam qualéſve ſint Puritani. Vt tamen vlterius exploremus, & intus ac in cute agnoſcamus dogmata eorum quæ nobis certiſſima ſint mentium internarum ſimulacra, expendamus. *Libri tui* (inquit S. Auguſtinus) *totum te nobis exhibent. Si enim propterea te non nouimus, quia faciem corporis tui non vidimus, hoc modo nec ipſe te noſti, nam tu quoque non vides eam.*

S. Aug. in epiſt. 9.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

Dogmata Puritanorum de Deo, eiusque Verbo, & in eum fide, ac spe.

1. *Odium quod Deo attribuitur esse Dei essentiam.*
2. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, non esse dicendum.*
3. *Christum solum, non verò Spiritum sanctum, docere omnem veritatem.*
4. * *Christum eundem esse cum S. Michaele Archangelo: incertumq́; esse dari Archangelos.*
5. *Christum Iesum esse prædicatum Verbum, seu Scripturam.*
6. *Non esse genuflectendū ad nomen IESV, neque ad Communionem.*
7. *Christi mortem non fuisse prò vniuersis hominibus.*
8. *Iudæos, Apostolos, Discipulos omnis sensus fore expertes, si Christum crederent Deum esse viuentem, quem oculis suis miserum homuncionem intuebantur*
9. *Mendacium contineri capite 3. v. 8. & capite 12. v. 9. 12. 15. Tobiæ: & capite 9. v. 4. 10. 13. Iudith: & capite 24. v. 11. 12. Ecclesiastici.*
10. *Scripturas esse mortuam literam, & fidei gignendæ insufficientem.*
11. *Scripturarum in templis prò concione, lectionem, non pascere, sed deteriorem esse Scenica actione.*
12. *E symbolo Apostolorum tollendos esse duos articulos, de Christi discensu & sepultura: substituendamq́; consistorialis disciplinæ credendæ necessitatem: Totum interim symbolum esse mendax & commentitium rapsodium.*
13. *Orationem Dominicam non esse legendam, nequidem ad vitæ conseruationem.*
14. *Orationem Dominicam non esse orationem; sed quandam doctrinæ formam.*
15. *Non esse ex proscripta ab hominibus forma, orandum.*

16. Ora-

1 Fennerus apud Sutcli: in Resp. ad art. Calum. p.141.n.28. 2 Exam. public. precum pag. 47. 3 Ibid p 99. 4 Ibid. p 59. 214. 5 Penrius apud Sutcli. loc cit. n.291 6 Exam. certaiñ à pag. 70. 86. à pag. 168. ad 204. 7 Willet in Synopsi pag. 985 987. 8 Carturighteus in 2. repl. p. 192. 9 Examen lib. Public. precum, pag. 217. 10 Apud Sutclif. loc. cit. pag. 142. num. 30. 11 Ormerod. in Puritano pap. dial 2. quat. N.3 b. num.1. 12 Sutclif. loc. cit p.141. recenset. Barrous in Discouerie, p.76 apud Art. Eccles. Angl p 40.

13 Resp. Oxon ad libellum Suppl. pag 12. Item Alison ad D. Th. Heneg. 14 Tho. Vitus in Detect. Brown pag. 11. & post 26. 15 Apud Whitg. pag. 77. Resp. ad Admonit.

16 Respon. Oxon pag. 12. 16. *Orationes publicas alternatim cantatas in templis, esse cantilenas meretricias, & veluti pilas datatim proiectas.*

17 Apud Collo. Hápt. pag. 14. 16. 28. 17. *Præsumendam esse salutem absque pœnitentia, non obstantibus quibuscunque peccatis.*

18 Willet. in synopsi pag. 562. 18. *Non pro omnibus promiscuè sed prò solis electis esse orandum.*

Annotationes in hos Articulos.

1. SVpponendum in primis est Puritanos in plerisque astipulari Caluino, eumq; ante omnes pro suo idolo habere. *Non recusabimus* (inquit Puritanorũ coryphæus Cartwrightus) *Magistri Caluini iudicium, in quacunque re controuersa.* Id tamen ità intellige, vt ijs liceat aliquando suprà Caluinum sapere. Ità vt, sępius apud eos illud epiphonema Paręi Heidelbergensis plurimum valeat: *Esto, id dicat Caluinus, non tamen propterea id dicturi sunt Caluinistæ:* vtpote qui in nullius tenentur verba magistri. Quare cauendum est, ne dictis Caluini adijciatis; *starum:* vt eadem semper habeatur sententia Caluini-*starum*, quę Caluini: cùm id Paræus deprecetur; hoc carmine quo contendit Caluinistis Caluini sententiam de Deo authore peccati non esse tribuendam, licet eam Caluinus sæpius profiteatur,

Cartvvrig. l. 1. pag. 33.

Vide Becan. de Attributis, cap. 16. n. 15. pag. 292.

Vos quoque promissi memores, delete litura
Ingenua, STARVM, *impegistis quod male nostris.*

2. Aduertendum est, postquam Reformati sub prætextu Scripturis se conformandi totius Ecclesiæ primitiuæ doctrinæ, Conciliorum ac Patrum decretis, denique symbolo, orationi Dominicę, præceptis Decalogi &c. nũtium remisissent; vt etiam in his articulis ad oculum cernitur: eò tandem perfidię ac impudentiæ abijsse, vt Scripturas ipsas, fatente Luthero, *contemnant, in ordinem cogant, adulterent, irrideant, exagitent.* Iam est aliquoties (pagina 62. 63. 132. 134. 135. 143. ad 151.) ostensum, nec noua indiget probatione.

Luth. in colloq. Isleb. de Verbo Dei. fol. 22. 23.

3. Aduertendum, odium Puritanorum ergà orationem Dominicam, aliasque præscriptas orationes, partim esse Caluino,

uino, partim Luthero referendum. Caluinus enim contrà repetitas orationes, & cõtrà quatuor posteriores orationis Dominicæ petitiones, data opera declamat. Lutherus verò execrabilem, aut nullam orationem Dominicam, vult legi. *Nemo* inquit *Pater noster rectè precari potest, quin simul diras & execrationes admisceat. Nam Pater noster sine diris, & execrationibus, non rectè oratur*. Puritani autem, à Formalistis fratribus dicuntur execrationibus supra omnem modum dediti. Abs te igitur Luthere, audire in gratiam posteritatis discupimus reformatum orandi modũ, quem prò tua ergà pietatem comperta propensione ne celaueris. *Oraturus* (inquit Lutherus) *memento vt audacter, & fronte perfricta, siue adstes, siue genua flectas, hocq; modo Deum appelles: Domine Deus, rogo, vtq; annuas volo: vt ità, & Amen, esse debeat, & oporteat. Sic inquam, & non aliter: Alioquin neque te oro, neque oratum volo*. Ab hoc vtroque didascalo, Puritani didicerunt preces publicas vitare, & solis prædicationibus vacare, nec certè immeritò si fato subijciantur omnia. Hoc enim impijssimo fundamento semel iacto, meritò ait Lutherus: *Quid orando frustrà obtunditis aures Dei? Neque enim aliter Deus cum hominibus vnquam egit, aut aget, quàm verbo promissionis*. O tempora misera, & calamitosa! fidem auferũt Scripturis & Symbolo, spem orationibus & ieiunio, charitatem præceptis decalogi, & id faciendo se in melius omnia reformare iactitant. Sed ne videar falso crimine onerare bonos fratres, quasi imprecatorijs precibus, seu execratorijs his orationibus crebrius vti consuescant: duo mihi facienda quam queam breuissimè, iudicaui. Primum, vt in aliquo exemplo illustriori quod instar sit omnium, id ità esse citrà ambiguitatem transponam. Secundũ, vt à solis symmistis, fratribusque Reformatis, rei seriem ex Actibus Consularibus petitam, in summarium compendium transcribam. Habetote itaq; Gulielmi Haketi nostrorum (cum quibus nũc sermo est) Puritanorum Regis, orandi, cum eiusdem vita morteq; paucis comprehensa, consuetudinem; ad cuius exẽplum totus (ni fallat parœmia vulgò recepta) subditorum componitur multitudo.

Calu. Instit. l.3.c.20.nu. 29.35.43.
Luth.tom.4. Germ. Wit. fol.37. ad c. 5. Matth.
Doctr. Angl. art.39, p. 219
Luth.tom.5. Germ. Wit. de orat.cont. Turcas fol. 475.
Luth. in assert.art.36.

Gulielmi Hacketi, Regis Puritanorum (vt à Sutcliffo in responsione ad Articulos calumniosos pagina 139. & alibi, nuncupatur) *vita, orandi modus, & mors, ex Actis consularibus, per Bancroftum postea pseudo-Archiepiscopum, in toto libro cum hoc titulo;* CONSPIRATIO PRO PRÆTENSA DISCIPLINA.

Edit. Lond. Anno 1591.

Liber Conspirationis, pag. 2.

GVlielmus Hacketus ex humili hominum genere, omniū literarum rudis, primo famulus Husseo nobili armigero, in paucis fuit contentiosus, thrasonicus, reipsa autem meticulosus, ac perfidus.

Pag. 3.

Memoria fuit fœlici, qua abutebatur in repetendis per symposia ad ludibrium Ministrorum concionibus, quas ob aliud non frequentauit.

Ibid. pag. 7.

Duxit in coniugem cuiusdam Mortoni viduam vtcunque diuitem, quam breui luxu & luxuria consumptis facultatibus depauperauit. *Pag. 2.* Ad Puritanismum statim animum adiecit, factus discipulus Ægidij Wiggintoni, primo Ministri *Sedbergæ*, & *Dentæ*, deinde in ordinem redacti, ob insolentiam & legum contemptum incomparabilem. *Pag. 4.* A quo Hacketus eundem cōtraxit contradictionis spiritum, spretis omnibus, derisis, & publicè denigratis, qui Formalistæ essent.

Ibidem.

Solemne ipsi fuit templum non subire nisi precum diuino officio finito, ne à publicis precibus pollueretur; item propriū Ministrum fastidire, ac seditiosissimos inuestigare ac suspicere.

Ibidem.

Vno facinore in famulatu D Hussei se omninò nobilitauit. Cùm enim simultas D. Husseo cum Freckingamo artifice *Oundellæ* in Northamptonia esset oborta, Hacketus eiusdem filium ibidem ludimagistrum familiariter & amicè aggressus, atque ab eo pari beneuolentia admissus, ex improuiso in terram deiecit, eiq; nasum dentibus euulsit, nec chirurgo volenti

restituere

restituere tradidit, sed (vt fertur) barbara immanitate deuorauit.

Quam imprecandi ac iurandi consuetudinem iuuenis habuit, eandem euangelij professor etiam inter orandum retinuit. Agebat enim cum Deo facie ad faciem (*quã Lutherus paulò antea orandi rationem tradidit*) dira sibi imprecans, nisi in cunctis sincerè ageret. Atque hanc ferè formulam verborum retinebat, *Tu habes potentiam, ego habeo fidem, ergo fiet.* Pag. 5. 24.

Potator scortatorque fuit enormis, virginisque quæ ad eum consilij causa accessit constuprator, nec non in publicis vijs latro, simulque hypocrita nobilissimus. Pag. 6.

Eboraci, ac Lincolniæ, induens Prophetæ personam, publicè vapulauit, & statim in exilium pulsus fuit. Pars autẽ prophetiæ fuit, Angliam fame, peste, gladio eo ipso anno affligendam, nisi Disciplinam consistorialem admitteret. Item nullos Romanos deinceps fore Pontifices. Pag. 7. & 8.

Extemporaria orandi formulâ, omnis eius stetit gloria. Pag. 8. Qui cùm orando verbis vteretur exquisitis & sesquipedalibus, vulgus id habuit pro singulari cælitus concesso dono. Vnicum pium virum non putauit in tota Anglia esse, donec 9. Wiggentono impulsore, duobus prophetis stipatus fuit. Alter fuit Edmundus Coppingerus *propheta Misericordiæ*, alter Pag. 56. Henricus Arthingtonus *propheta Iudicij*; vterque non ignobilis, neque indoctus; vt maximè mirum sit quali, quantaq; impostura Hacketi fascinati in eam amentiam peruenerint.

Veneficum fuisse Hacketum *Rodulphus Kaius* eiusdẽ hospes Pag. 22. inde collegit, quod virens chamæmelum ab ipso conculcatum, statim arescens nigresceret; quodq; palam ipsemet profiteretur, omnibus in Anglia orantibus pro pluuia, ipso verò renuente, nullam pluuiam futuram.

Finxit se cum Catholico quodam inijsse certamen hac lege, vt Hacketus se diris execrationibus, adeoque æternæ damnationi è vestigio subeundæ deuoueret, deinde idem faceret Catholicus: atque ab aduentu prospero vel aduerso huius vel illius, alterum in alterius debuisse transire religionem. Ad si- Pag. 25. 35. 39.

milem quoque (vt dicebat) orandi modum duos Procerum (quibus noxam perduellionis obiecit) prouocauit: vt si ipsi præmissis eiusmodi execrationibus sospites perseuerarent, Hacketus pœnam talionis subiret. Sin minus eas execrationes aut nollent nuncupare, aut illæsi non interponerent, ad propulsandum crimen læsæ maiestatis quam Hacketus ipsis intẽtauit; iisdem verò Hacketus in accusationis fidem indemnis vteretur; capitis supplicio illi condemnarentur. Sed vt impos mentis, cum orandi detestabili quam stabilire voluit formula, reiectus fuit.

Per hanc tamen orandi normam, mirum dictu quantum suis prophetis cęterisque imposuit, & id quidem imponere potuisse, se pro peccatis hominũ à dæmonibus, sagisque, sexaginta diebus ipsas inferni pœnas tantum non pertulisse.

Pag. 24. 25. 26. 37. 38. 39. 41. 43. 44. & seq. p. 36. 37. Prò Regina orare noluit, nec orantem audire. Et cùm detecto esset capite quamdiu prædicans concionabatur, vbi semel orationibus astantium Reginã commendari intellexit, galerum capiti imposuit. Reginam quippe dignitate & vita priuare in animo habuit, & totum Magistratum innouare.

Pag. 34. 35.

Pag. 39. Arthingtonus in vaticinio à se edito, inter alia vaticinatus est (orandi modo quẽ Hacketus excogitauit) seipsum sociosq; extraordinariè esse vocatos, & Hacketo post Christum Iesum neminem mortalium esse potentiæ maioris.

Pag. 47. 48. 50. 51 55. Coppingerus verò, aiebat Hacketum esse Regem vnicum totius Europæ: quo ipsum deinceps nomine priuatim cum socio compellauit. Nec abnuit Hacketus, dicens nihil in se posse homines vel dęmones. Tandem eò processerunt amentiæ, vt parem Christò Domino ipsum facerent, & in toto consortem, ipso Hacketo adeò non repugnante, vt inter orandum diceret; *Pater, scio te non minus teipso me diligere*.

Ibid. & pag. 53. 56.

Pag. 55. 60. Cùm ambo prophetæ Hacketum inungere vellent, resistebat, inquiens id iam factum esse in cœlis à Spiritu sancto. Saltem permisit vt proni adorarent vestigia eius, & exoscularentur asseres in quibus stabat.

Pag. 55. Ab ipso, Coppingerus ac Arthingtonus prædicti prophetæ exquire-

exquirebant quid tandem à ſe fieri vellet; ſuum obſequium ad omnia imperata offerentes. Ipſe autem eos iuſſit per Londinenſes plateas (Londini enim hæc omnia peracta ſunt, 16. Iulij, ſub horam decimam, anno 1592.) audacter progredi clamantes Chriſtum Dominum iudicaturum totum orbem aduenisse, & in tali hoſpitio degere, quē nulli poſſent occidere.

Illi ea promptitudine proceſſerunt, vt Arthingtonus chirothecas prę feſtinatione poſt ſe relinqueret. *Ibid. & pag. 66.*

Addebant verbis à ſuo Rege præſcriptis, magno clamore; *Reſipiſce Anglia, Reſipiſce* Tantuſq; confluebat populus, maximè in pręcipua ciuitatis platea ad quam paruo interuallo diſſiti vociferantes iam peruenerant, vt vlterius progredi nequirēt, nec etiam audiri poſſent. *Ibidem.*

Tandem conſcenſo curru vacuo, verba fecerunt de Hacketi participatione corporis glorificati, & de conuertenda per eum Europa ad Diſciplinam conſiſtorialem, deque eius iudicandi prouincia. Quem volentes videre, offenderent in tali hoſpitio. *Ibidem.*

Totum concludebant execrabili ſuo dicto orandi modo, prædicentes fore vt mutuò vniuerſi ſe interimerent, qui Hacketo non obtemperarent. *Ibidem. & pag 57.*

Aiebant Reginam diademate ſpoliandam, & Hacketum totius Europæ eſſe Regem. Ad quem reuerſi ſtatim atque cōparuit, inquit Arthingtonus in pręſentia omniū, *Ecce Regē terræ.* *Pag. 57. 58. 63.*

Tandem coram Magiſtratu citati, nullam reuerentiam prę ſe tulerunt. Iulij 20. & 23. palam confeſſus eſt Hacketus Reginæ imaginem ſe transfixiſſe ad cor ſtylo ferreo, eamque pro Regina non habuiſſe. *Pag. 60. 61.*

Iulij 26. Tribunali ſiſti iubetur Hacketus, vbi de tota ſerie relata conuictus, lata eſt in eum mortis ſententia, vt nimirum 28. eiuſdem menſis ſuſpenderetur, & in partes diſtraheretur. *Pag. 64. 68.*

Maieſtatem diuinam atrociſſimè blaſphemauit, diriſque omnibus Reginam deuouit. *Pag. 68. 71.*

Hæc fuit vltima eius oratio. *Deus cæli, Potentiſſime Iehouah, Alpha & Omega, Domine Dominorum, Rex Regum, æterne Deus. Tu* *Pag. 71 72.*

me nosti verum istum Iehouah quem misisti. Miraculum aliquod ex nubibus ostende his infidelibus, & libera me ab his inimicis meis. Sin minus cælos succendam, & te è throno detractum manibus meis lacerabo.

Pag. 72. Ad carnificem conuersus, adulterine, inquit, audebis Gulielmum Hacket Regem tuum suspendere? Suspensus tamen est inuitus, ac blasphemans, & deinde momento laceratus.

Coppingerus verò seipsum inedia voluntaria in carcere *Item.* extinxit. Arthingtonus autem gratiam viuendi exorauit.

Et hæc dicta sunto de execrandis imprecationibus Puritanorum, in persona Regis sui; deque lamentabili eorum exitu, qui vagos spiritus secuti, relicto publico tramite, in errorum inextricabiles recessus, demumque infernale barathrum præcipites abiére.

CAPVT SEPTIMVM.

Dogmata Puritanorum de Præceptis Decalogi, cum Annotationibus.

HABEBO per omnes annotationes in hęc dogmata Puritanorum, vulgaris carminis in Polanco rationem (*Corde vel ore negans, &c.*) vt ad singula præcepta, Puritanorum opposita paradoxa ordine quęque suo accommodem.

CONTRA PRIMVM PRÆCEPTVM.

1. *Dei mandata esse impossibilia.*
2. *Transgressione mandatorum non amitti gratiam Dei.*
3. *Licitum esse fidem exterius dissimulare, falsamq; doctrinā profiteri.*
4. *Fraudibus ac periurijs fidem quandoque tuendam.*
5. *Enthusiasmis, seu priuatis spiritibus, perinde ac reuelationibus diuinis esse credendum; etiam cum occidendos priuata authoritate Principes, suggerunt.*

6. Per

1 Io. Walsch Scot. in Replic. cont. Gilb. Brun. pag. 80. & seq. Vide Willet in ps. 122 pag 91. 2. Vide cap. praeced n. 17. 3. In libello Supp. Purit. & Resp. Oxon p. 210. 4. Vide Doct. Bishop cont. Abbatum. Knox. in 2. flatu, prop. 3. Vide apud Doctr. Eccl Angl. p. 210. 221. 5. Vide Sutclif. in Resp. ad art. Calum pag 71. 75. 139. 193 198. 200. Item Bancroft. in posit. pericul. pag. 15. 149 163. 167. 168. 169. 174. 178. &c.

6. *Per solam fidem homines saluari, exclusis praceptis charitatis.* Sic enim Lutherus (qui hoc Reformationis fundamentum post Simonem Magum, Valentinum, Eunomium, Aëtium, renouauit) rem explicat. *Sola* (inquit) *fides iustificat, & non fides qua dilectionem includit, vel coniunctam habet.* *6. Est omniũ Reformatorum. Luth. tom. 1. Germ. Wit. fol. 47. b. ad 2. c. ad Gala.*

Annotationes in Paradoxa de primo pracepto.

1. TAM Reformatis in nos, quam nobis in Reformatos, facilè est comminisci dogmata, ac paradoxa.

Ambobus siquidem probra dicere plurima promptum est. *Homer. de Ænea congressuro cum Achille.*

Quorum onus haud portet centum ratis obsita remis.

Sed fide bona si agatur, bellum non sit (exclusa ignorantia) vtrinque iustum. Aiunt quidem Reformati de Iesuitis, Franciscanis, omnibusq; Catholicis, (per decimum suum in Becano priuilegium) mira, monstraq;: sed ore perfricto, & meretricia impudentia. Exempli causa; 1. *Iesuitas credere Christum esse virorum quidem Saluatorem, & mulieres saluari per quandam matrem Ioannam.* 2. *Franciscanos credere impeccabilem fuisse sanctum Franciscum, & omnes qui volunt saluari debere esse Franciscanos.* 3. *Apud Catholicos damnari omnes signo crucis in fronte non munitos; doceriq́ parem libris insipientium hominum, ac ipsis Scripturis authoritatem, & fidem esse tribuendam, &c.* Et huiuscemodi nugis tricisq;, onusta plaustra effutiunt, tantò vt sibi videntur beatiores, quantò cæteris suorum mentiendo & calumniando audaciores. Nũc tamen de suo remittere furore aliquantum videntur, visis vndique tot Regum, Principum, Præsulum, ac ciuitatum in eorum quos calumnijs ipsi maximè traducunt purgationem authenticis testimonijs: quibus tum quotidianæ fraudis ac falsitatis ipsi irrefragabiliter redarguuntur, tum innocentiæ proborum virorum in perpetuum contrà sycophantas consulitur. Et certè id tandem videntur consequuti (veluti Planus in Horatio) vt nec vera dicentibus habeatur fides. Ego verò cum ijs agendo, diuersum seruabo propositum; nihil dicturus absque Xenocratis quoad putem testimonio, & Metelli tabulis.

1. Doctrina Eccl. Angl. pag. 14. 2. Ibid. pag. 67. 77. 3. Ibid. pag. 77. 106.

bulis. Et quidem pro fundamento annotationum ad hæc dogmata, Glossa in Doctrinam Anglicanam publica authoritate approbata, hunc angularem lapidem mihi suppeditat pag. 221. *Aliqui Puritani docent fidem iuratam non esse seruandam, quādo Dei honor aut Verbi prædicatio præpeditur:* citaturq; ibidē in margine; Annotatio Geneuensis in Mat. 2. 12. Sed reliqua quæ sequuntur, citra controuersiam rem collocabunt.

2. In prioribus duobus Articulis, nullam facient difficultatem. De tertio, & quarto, si sapiant, inficias ibunt. Sed frustrà. Cum & theoricè, & practicè, teneantur. Exemplum sit non vnius, sed omnium simul Puritanorum, fidem exterius dissimulantium, doctrinam falsam iure iurando comprobantium, fraudibus ac periurijs suam disciplinam tuentium. Sic ergò pariter aiunt communicatis consilijs, ac vocibus, in suo Examine libri Publicarum precum.

Exam. lib. Publ. precū pag. 211. edit. anni 1610.

LVCVLENTA PVRITANORVM CVM PERIVRIO EQVIVOCATIO.

PRotestamur corā Deo Omnipotente, Ecclesias Anglicanas vt sunt authoritate publica stabilitæ, à nobis agnosci veras visibiles Christi Ecclesias: in ijsq; nos Ministerij nostri super omnia in mundo ambire iuge exercitium, sine quo vita nobis acerba & molesta erit, &c.

PROTESTATIO PRIORI PRORSVS CONTRARIA.

[a] *In Ecclesia Anglicana nulla est recta Religio. Plures Religiones promiscuè confunduntur, Christi & Antichristi, Dei & diaboli. Officij diuini forma præscripta corruptionibus scatet. Sacramenta impiè mutilantur, & prophanantur.* [b] *Quædam sunt sine sensu, quædam contradictoria, quædam falsa, quædam dubia, quædam Scripturis iniuriosa, quædam ex falsis Apocryphis, quædam cum illicitis cæremonijs, quædam cum discrepantibus precandi partibus, quædam occulta, quædam superstitiosa, quædam peruersa, quædam addendo, truncando, torquendo, peruertendo Scripturas deprauantia, &c.* [c] *In ea Ecclesia denique,*

a Admonitio Parlamenti apud Bancroft. in Posit. pericul. pag. 55 56.
b Exam. lib. Publ. precū. pag. 212.
c In posit. pericul. pag. 47. 48.

Omnia

Omnia cùm liceant, non licet esse bonum.

Regimen Ecclesiæ Anglicanæ stabilitum, læsæ Maiestatis Iesu Christi tenetur: estq; illicitum, falsum, spurium. In statu huius Ecclesiæ nihil est præter vlcera & tabem. Immò verò, malum est cordi intimo exitiosum.

Consulendum est caput quartum & vndecimum libri primi huius Britannomachiæ, & caput tertium libri secūdi, &c. vbi id generis plura affatim reperiantur. Iam verò concludūt; dicentes: [d] *Controuersia non est (vt Episcopi & eorum fautores imponunt) de pileo, de flammeolo, de superpelliceo, sed de rebus grauioribus, vt de ministerio vero, de Ecclesiæ regimine, &c.* [e] *Adeo vt, si vniuersi capitum nostrorum capilli pro diuersis nobis vitus starent, omnes profundere deberemus in sententiæ nostræ defensione contrà Formalistas, &c.* [f] Denique *quod Articulis Ecclesiæ Anglicanæ nec Velint, nec Audeant, nec Valeant subscribere.* [g] *Protestamur tuæ Majestati, nolle nos vlterius subijci Episcoporum illicitæ ac vsurpatæ iurisdictioni, &c. Neque de nobis aliter sibi præsumant.* [h] Demum, *subscriptionem quam Rex exigit, iure non requiri.*

d Roger in Præf. ad art. doctr. Angli. num. 13.
e Ibid. num. preced.
f Ibid. nu. 30.
g Posit. pericul pag. 137. 140.
h Rogerius loc. cit. n. 32.

Hæc, vt opinor, abundè manifestant, Puritanos propria cōfessione esse periuros, qui simul approbent improbentque nō facto tātum, sed professione fidei, iam vt veram, iam vt falsam, Anglicanæ Reformatæ Ecclesiæ doctrinam. Qui, *cum temporis occasione, occultisq; protestationibus, ac conditionibus*, sese tueantur: *hypocrisis* à Formalistis non immeritò insimulantur. Per eam autem hypocrisim, quamdiu melior spes affulgebat, vltrà millenarium (vt ipsi iactitabant) Ministrorum numerum Serenissimo Regi Iacobo supplicarunt, *vt eos exoneraret, ac liberaret, ab onere sub quo gemebant humanorum rituum.* Ex toto tamen illo numero, cùm Rex Puritanos iure impugnare inciperet, vix quarta pars (nullius sanguine hausto) in sententia perstitit. Sic enim ipsi computant.

Oxon. Resp. ad libellum Supplicem, pag. 10.

Anno 1604. Ministri Puritani fuerunt amplius mille.

Anno 1605. sub initium Nouembris, Ministri	Priuati 70. circiter. Concionibus interdicti, 113. Admonitionibus subiecti, 90.	273

Libellus supplex Purit. Exam libri Publ. precū, pag. 161.

Ibid. in praef. pag. 4.

Anno 1605. Totus numerus ante finem anni deuenit ad 260. ità vt vnius anni spatio, à sua disciplina, (Ecclesiae suae vt aiunt nota essentiali) defecerint Ministri 722.

Annot. Geneu. ad c, 2. Mat. 5. 12. Vide Bancroft. in Exa. Prat. discipl. pag. 317. Ormerod, in pictura Purit. E. 3.

Sed & Eccebolorum istorum coryphaeus, *Cartvvrigtus*, duodecim Ministrorum consensu ambiens gradum Doctoralem, opinione Puritana *Ministris prohibitum, cum iuramento otioso coniunctum, Deo manefestè abutentem* (quem tamen non est cõsequutus) dispensandi (qua Puritani amplissima pollent facultate) prodidit ad omne nefas licentiam Puritanicam.

Vide superius cap. 9. lib. 1. Becanus in Quaest. Bauicis à quaest. 8. deinceps &c. Ierem. 2. 22.

3. Quod Enthusiasmis suis obtemperandum sentiant, vt Dei reuelationibus: Formalistae saltem improperant. Loca in margine articuli quinti, allegaui. Sed de occisione Principum sine dubio, dicent regerere id me, vindictae causa, quod ipsi Iesuitis id exprobrent. Non est ità. Iesuitas namque non minus verè quàm solidè, more suo facilè propugnat, & purgat cum alijs innumeris Caluinistarum malleus, Becanus. Puritani verò, si lauerint se nitro, & multiplicauerint sibi herbam Berith, maculati sunt & in iniquitate coram Deo. Id paucis, sed praepotentibus probationibus, (quod & ex parte iam feci toto capite nono, & saepius capite vndecimo primi libri) ostendam.

Bancroft. in posit. pericul. pag. 149. Sutcliff. in resp. ad Art. Calum. pag. 71. 2 3. Goodman. pag. 23. 43. 59. 70. Obedience pag. 25. 99. 103 110. Beza sub Iunij nomine, in Vindicijs pag. 87. Buchan de iure Regni. Beza loc. cit pag 219.

Quid ergo ais, tu *Egertone* inter Puritanos Eximie, de homine priuato, internoq; enthusiasmo ad infandum Regicidij piaculum suscitato: An ei liceat scelus hoc detestabile designare? Respondere detrectas, absque cuiusdam ambagis paraphrasi: interim ais, *agrè te extincturum spiritum, Zelumve impediturum in tali*. Transeo ad Puritanum Goodmannum, & librum Obedientiae, quid de hoc sentiant, auditurus. *Princeps* (inquiunt) *omnino interfici debet nobis contrarius, vtpote tyrannus, monstrum, bellua*. Addunt Beza & Buchananus; *praemia esse interfectoribus tyrannorum, vt olim occisoribus luporum proponenda*. Subditque Beza: *Si latrones & sacrilegi habeantur infames & morte digni, multò magis enitendum esse omni industria, vt tyrannus è medio tollatur*. Quod si dubium sit alicui, vtrùm per tyrannos, qualescunque ab his spiritatis sibi repugnantes Principes intelligantur: Respõdeo ex titulo seu epigraphe libri, [*Vindiciae contra tyrannos, seu de Principis*

cipis

cipis potestate, &c.] id satis declarari. Knoxius quoque id citrà dubium transfert in sua ad Angliam exhortatione pagina 91, & Buchananus per totum suum librum de iure Regni apud Scotos. Verùm ab his tādem percunctor, an verè ipsis annuētibus priuato instinctu facinus fœdum tyrannicidio sit patrādum? Hic enim cardo rei, hic hic latet anguis in herba. Quid igitur ad hoc ais Beza? *Si pijs* (inquis) *semper expectandum putas dum lupi vltrò cedant, vel publica authoritate sint expulsi, tibi minimè assentior.* Ergò priuatam autoritatem interni critirij, sufficere autumas? omninò ais, *subindè à Deo extraordinariè suscitari liberatores sui populi*. Benè profectò vt nunc liquet, Sarauia præuidit extraordinariam vocationem Ministrorum parare aditum ad res nouas extraordinariç vocationis prætextu in Republica moliendas. *Atque ita* (inquit) *si Deo placet stultus & dementatus populus extra ordinem vocatos Reges, & libertatis vindices cum Monasteriensibus accipiet. Nam ratio nulla est, cur in Ecclesia extraordinariæ vocationi potius locus sit, quàm in Republica*. Nec aliter de facto accidit; ab Hacketo Puritanorum (vt Sutcliffus ait) primo Rege, qui extraordinaria vocatione diadema totius Europæ per Elizabethæ occisionē, reste affectans, tandē regnū vitamq; prodegit, & perdidit Londini, 28. Iulij 1593. Hanc autē doctrinam Puritanam, de extraordinario occidendi Principes instinctu, Petrus Martyr Vermilius, post Wicklefum inter primos renouauit, inquiens: *At si quis certus sit, se ad occidendum tyrannum impelli à spiritu Dei, de eo nihil dico.* Nihil quidem deterrendo homini à flagitio, ad eum autem extimulandū Vermili plurimū dicis. Ex quibus liquet, non Iesuitarū, non Catholicorū, non Seminaristarū, sed Sectariorum, sed Reformatorum, sed Puritanorum hanc doctrinam esse. Quorum apopthegma, & pronuntiatum celeberrimum est; EVANGELIVM VVLT SANGVINEM, seu REFORMATIO NEQVIT ESSE SINE SANGVINE, &c. *Quiq; nusquam venerunt, vbi non turbas dederunt, idq; aliqua regna cum extrema pernicie etiamnum experta sunt.* Plura & pulchra in hāc rem collegit doctissimus Schulkenius à pagina 317. ad 325. & solertissimus vetustatis interpres intimè di-

Beza epist. Theol. 68. pag. 318. Vindiciæ pag 87. Sarauia de diuersis Ministrorum gradibus, cap. 2. pag 43 Sutcliff. in resp. ad Art. Calum. pag. 139 193. &c. Vide posit. peric. l. 4. c. 11 pag. 166. 167 168. Pet. Mart. ad c. 11. & 12. 20. primi Regum. Erasm. ad frat. infer. Germ. Martin. in posit. peric. p 140. Solida Compilationis Zuingl. & Calu. Refutatio, p 47. 679 edit. an. 1584 Ros. & eid. de fide her. seruanda.

lectus Heribertus Rosweydus, à pagina 136. ad 185.

Dogmata Puritanorum de secundo præcepto.

1. *Irritum esse iuramentum in ordinatione Episcopis factum, quia cum iure Canonico antiquato quicquid præcipitur ab illo iure, abrogatur.*
2. *Solui iuramentum Principibus factum, si obsistant Reformationi.*
3. *Non esse iurandum coram Episcopo.*
4. *Non esse iurandum per Deum.*

1. Interrogata ab Episcopis an. 1605. Vide Doctr. Eccl. Angl. pag. 212. 2. Ibid in doctri. Eccles. Angl p 221. Annot. Gen. in c. 2. Mat. v. 12. 3. Alison ar. 14. con. Puri. 4. Doct. Angl. Eccl. p. 219

Annotationes in dogmata de secundo præcepto.

Cic orat pro Rosc. Com.

NOn maiore (inquit Cicero) religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci quis consueuit. Cùm verò qualis vita, talis cuiusque soleat esse oratio: præter consuetudinem Puritanorum, qui apprimè mendaces periuríque passim habentur, fit, ipsos non plura pronuntiata, in horum vitiorum commendationem, (quæ saltem mihi occurrerũt) consignasse. Irritum interim iuramentum Regibus & Episcopis factũ, affirmant nulla freti iusta occasione: vt non immeritò infamia videantur inuri, qua vbique (vt antea ostendimus) flagrãt. Sic enim potentissimus noster Rex magnæ Britanniç, de ijs loquitur. *Testor coram Deo, Optimo, Maximo, (non est mentiendi tempus, cùm veluti testamentum hic condam) nunquam apud efferos & limitaneos latrones maiorem te experturum ingratitudinem,* PLVRA ET DETERIORA MENDACIA, AC PERIVRIA, *quàm apud hos phanaticos (Puritanorum) spiritus.* Aliorum testium astipulationem Regio testimonio, non adijcio: tum ob rationem sub initium capitis quinti allatam, tum quod dictum Regis, aliorum iuramento æquiparari debeat. Non pauca etiam vbi de furto, in horum confirmationem, nobis dicenda erunt. Ex his intereà videre possunt, nobis non deesse idoneos testes quibus fidem impetremus, ab ipsis certò credi, non esse (rebellandi oblata occasione) nobis seruandam oppignoratam fidem: quod nobis

Vide superius 4 partẽ cap. 11. lib. 1. p. 98. & seq. Βασιλικὸν δῶρον, edit. Fælicis Kingston, pag. 41. 42

Isocr. orat. 1. ad Nicocl.

bis pro execrãdo dogmate affingere non verẽtur. Nos equidẽ præclarè ab ea calumnia Becanus, Rosweydus, alijq; sexcenti certissimis argumentis vindicãt. At verò qui ipsos purgare conetur nemo est. Nec mirum. Extant enim passim violatæ fidei Acta publica, & tabulæ obsignatę, de fide Catholica conseruanda, & indemnitate Catholicorum *Harlemij* 22. Ian. 1577. *Goezana* eodem anno Martij 22. Item *Vltraiecti* 9. Octobris, & *Amstelrodami* 8. Februarij 1578. & sic de cæteris vbilibet locis idem quoties per vires licuit, toties libuit. Illud certè prorsus profundam arguit perfidiã, non aliã perfidiæ adferre excusationem quam tulit Meteranus; REFORMATA RELIGIO SCILICET SECVRITATI, MAXIME SERVIRE VIDEBATVR. *Meteran. li. 7, hist. Belg.*

2. Iuramentum laicocephalum seu supremi capitis laici, quotquot hactenus iurarunt in nostris insulis, non modica tãgi debent religione periurij, tum ex natura ipsius rei, & tam infandi iureiurandi, tũ ex retractatione crebra eiusdem cruenti & lethiferi iuramenti. Hodie ferè prisca eius forma exoleuit. Sub Elizabetha autem mutatum fuit nomen capitis Ecclesiæ, in nomen Gubernatricis. Nunc alij substituunt pro capite & Gubernatore nomen Primatis. Alij verò hoc nomen respuũt. Tandem successit aliud Primatus iuramentum, nullã vlli Prælato extraneo esse iurisdictionem Ecclesiasticam in Anglia; Et huic aliud fidelitatis verbis horrificum, ac formidabile; verbi gratia, EX TOTO CORDE, ABHORREO, DETESTOR, ABIVRO, &c. De quo ipsa Regia Majestas his verbis luculentissimis, quid sentiat, profitetur. *Dubia (*inquit*) aliqua in vsurpando iuramento fidelitatis concepta fuerunt. Et illa decreti pars qua præcipitur suscipiendum, adeò absurda censetur, vt nemo concipere queat, quinã ad illud nuncupandum vrgendi sint. Nam ego ipse Iudicibus in proscinctu ad obeundas suas Prouincias, cùm scrupulum iniecissem, non potuerunt, vt mihi videbatur, rationabiliter respondere.* Attamen, quis ignorat quot improbatum à Rege ipso iuramentum defensores habeat, omnes eius partes (vt fortè in Admonitione ante librum tertium, Deo annuente, manifestabo) strenuè propugnantes?

Vide diffidiũ Angl. Becani quæst. 4. tom. 3 p. 228.

Verba Serenissimi Regis Iacobi in comitijs Londin. an. 1607 impressa ib. eod. anno cũ Priuilegio.

Dogmata Puritanorum de tertio præcepto.

TRIA in hoc præcepto ponderari solent; 1. tempus indictorum festorum. 2. locus orationum cum ipso diuino officio. 3. res Deo dicata, tam viuens, quàm inanimis.

PRIMA PARS.

De Festis & ieiunijs.

1. *Sabbatum solum sanctificandum, cæteris festis abrogatis.*
2. *Conuiuium instituere in Sabbato, globis ludere, vltrà vnicam campanam pulsare, perinde esse, ac cultro gnatum iugulare, aut homicidium vel adulterium patrare.*
3. *Aliud festum à Sabbato obseruare, non esse minus peccatum, quàm vitulum adorare.*
4. *Tam illicitum esse aliud festum instituere, quàm Sabbatum violare.*
5. *Ieiunia non esse certis temporibus præscribenda, sed ob causas extraordinarias.*
6. *Ieiunium Quadragesimale ad superstitionem ducere.*
7. *Delectum ciborum non esse præcipiendum.*

1. Exam. lib. Public. prec. pag. 39. 65. 2. Roger. de doctr. Angl. in præf. n. 21. 22 23. p. 192. Item Honsonus de Festiuit. 3. Doctrina Sabbati edi. an. 1595. pag. 31. 47. 4 Exam. lib. Public. prec. pag. 66. 67. 68. &c. 5. Ibid. pag. 64. 68. 156. 157. 158. 6. Ibidem, pag. 159. 7. Ibidem, pag. 157.

SECVNDA PARS.

De templis & orationibus.

1. *Templa* (formæ saltem consuetæ) *non esse adeunda.*
2. *Sepulturam in templis non esse appetendam.*
3. *Preces, concionem, campanas, inter sepeliendum, omittenda.*
4. *Separationem chori malè denotare vnius loci ab altero maiorem sanctitatem, & veluti Sanctum Sanctorum reuocare.*
5. *Non à Ministro sed ab Æditiuo cadauera sepelienda.*
6. *Preces pro electis defunctis, eos iniuria afficere.*

1. Art. 13. Purit in Dedritio, p. 10. 2. Ibid p. 12 & in Posit. peric. p. 124. 3. 4. In Exa. prat. discipl. pag. 326. 5. 6. 7. Exam. lib. Public. prec. pag. 40. 51. 52. 80. 157 181. 218.

7. In

7. *In oratione prima Dominica in Quadragesimam (teste Rege) contineri blasphemiam.*

8. *In oratione festi Sanctissimæ Trinitatis, subesse absurditatem.* 8. 9. 10. 11. 12. Ibid. p. 212.

9. *In oratione Sanctorum Innocentum, mendacio dici ipsos esse martyres.* & seq.

10. *In epistola Dominicæ tertiæ in Quadragesima, & Dominicæ decimæ sextæ post sanctissimam Trinitatem, latêre errorem.* 13. Ibidem, pag. 51. 52.

11. *In euangelio Annuntiationis inuolui absurditatem.* 14. Ibidem, pag. 80. 181.

12. *In orationibus Innocentum, Epiphaniæ, Trinitatis, Dominicæ primæ & sextæ in Quadragesima, Dominicæ tertiæ post Pascha, duodecimæ ac decimæ tertiæ post Trinitatem, deesse partium connexionem & soliditatem.* Vide à pag. 7 ad 86. & à p. 168. ad 204 15. Ibid. pag. 79. &c. Vide posit. pericul. p. 49. & resp. ad Admon. Purit. p. 206

13. *Plebem non debere Ministri precibus publicis more consueto respondere.*

14. *Genuflexionem in sacra synaxi esse omnium cæremoniarum maximè idololatricam.* 1. Apud Exam. Prat. disc. pag. 298 300, 301. 306.

15. *Organa, & ornamenta, ex Ecclesijs eijcienda.* 2. Pericul. posit. pag. 59. 3. Exam public. prec. p. 5. 117. 4. Exam. discip. prat. loc. cit. 5. Præf. ad Doctr. Eccl. Angl. per Roger. n. 15. 6. Vide can. Eccl. Angl. 76. & Exa. prat. disc. p. 174. 175. 176 7. Martin. apud Admonit. pop. Angl. à pag. 155. ad 244. Vide Exam. praten. disc. pag. 236.

TERTIA PARS.

De personis, rebusque Deo dicatis.

1. *Excludendos ex Ecclesia, & in ordinem redigendos esse Episcopos.*
2. *Pessimum Puritanorum, esse meliorem Episcopo optimo.*
3. *Episcopi ordinationem, Scripturis non esse consentaneam.*
4. *Pro Episcopis, in Comitijs, substituendos esse 24. Doctores, qui de rebus Ecclesiasticis decernant.*
5. In Eccl. Refor. { *Oculi sunt Doctor, & Pastor,* / *Pedes sunt Seniores.* / *Manus sunt Diaconi.* } *Nota illis deesse caput, & corpus.*
6. *Ministros posse quandoque exuere personam, & denuò redire in laicos.* Reliqua quærenda in Ordinis Sacramento.
7. *Principes debere beneficia, bonaq. Ecclesiastica Episcopis auferre, eosq. modico stipendio alere.*

8. Principes

C ibid.p.239 & seq. Vide epist.66.108. Calu. 9. Admonitio Parlam. 2. anno 1572 Ibid.p.243. 245. 10. Exam. prat. Discip. pag. 236. Rogerius in praf. Doctr. Angl.nu.21. 22.23.& p. 192. Hovvson. de Festiu.Resp. Oxon.pag 13

8. *Principes crimine repetundarum teneri, nisi Ministris Puritanis omnia beneficia Ecclesiastica transcribant.*

9. *Esse sacrilegium, Ministris vniuersa quæ aliquando fuerunt bona Ecclesiastica, non restituere.*

10. *Decimas esse meras spontaneas eleemosynas, tricasq; Papales.*

Annotationes ad primam partem.

1. PRORSVS Iudaica (ne dicam cum Rogerio, *erronea, periculosa, antichristiana*) superstitione colendum Sabbatum volunt Puritani. Ad parentis costam contritam concinnandam, noluit vnus eorum tantillum chirurgi aduocandi causa excurrere. Cæteris omnibus festis aurigare, & arare, homines compellunt. Formalistæ contrà peculiari officio obseruant hæc festa.

Festa hodie in Anglia peculiari officio celebrata, ex Liturgia Anglicana.

Festa hæc in Anglia hodie celebrãt:

- *Natiuitatem. Circũcisionẽ. Epiphaniam. Resurrectionẽ. Ascensionem. Pentechosten. Trinitatem.*
- *B.V. Purificationem. B.V. Annũtiationem. S. Ioannis Baptistæ. S. Andreæ, Thomæ, Matthiæ, Marci, Philippi & Iacobi, Barnabæ, Petri, Iacobi, Bartholomæi, Mathæi, Lucæ, Simonis & Iudæ, Ioannis, Conuersionẽ S. Pauli.*
- *S. Mariæ Madalenæ. S. Michaelis, & omnium Angelorum. Sanctorum omnium. S. Stephani. Sanctorum Innocentium festum.*

Prouinciale Angl.lib.2. tit. de ferijs.

Festum S. Georgij synodali in Anglia constitutione, vtrũque S. Crucis festum, S. Thomæ Martyris, S. Nicolai, Beatæ Virginis Conceptionem, Natiuitatem, Visitationem, Assumptionem; hæc inquam pręscripta festa solemnia (vt etiam forsan S. Gregorij, S. Augustini Anglorum Apostoli, S. Eduardi Regis,

Regis, S. Martini, S. Catharinæ) cum festis cõsecrationis templi, Reliquiarum, Patroni titularis, &c. in Anglia censoria virga Ministri deleuerunt, authoritate quam nos ignorare oportet. Quod autem Puritani delirant de globorum in Sabbatho lusu, ad Ioannem Elmerum pseudoepiscopum Londinẽsem referendum est: is enim hoc nomine à Martino Episcomastige asperius vapulat.

Bauinus in opusculo de festis, p. 60. Vide ad pop. Anglic. Admonit. p. 57. Calu. Inst. l. 2. c. 8. n. 34.

2. A Puritanis nunc aueo scire, qua authotitate Dominicum diem obseruent, omisso Sabbatho in Scripturis sacris toties & tantoperè commendato. Iuuet suos fratres totus Reformatorum grex, quia omniũ & singulorum res agitur. Scripturę enim, Sabbatum conceptis verbis sanctificandum imperant; Gen. 2. 2. Exod. 20. 8. Num. 28. 11. Hier. 17. 21. &c. Vnde etiam Caluinus, Vrsinus (qui tamen Apostolicam traditionem, eam profitetur) Petrus Martyr, Zanckius, Thomas Bellus, reuocandum Sabbatum in pristinum cultum contendunt. Contrà verò, Dominicum diem mordicus retinendum asserunt [a] Whitgiftus, [b] Fulcus, [c] Cartvvrightus, [d] Willetus, [e] Geneuensis Ecclesia, [f] Bullingerus, &c. cùm tamen ex sola traditione Apostolica contrà Scripturas abrogatum Sabbatũ agnoscant. Hoc argumentum paulò accuratius in mea consolatoria ad afflictos Catholicos pagina 97. & 98. prosecutus sum. Puritani autem animi pẽdent, quid in hac re constituãt, id tandem disertè definientes. *Non esse Dominicum diem celebrãdum nisi Scripturarum exigat authoritas, speciatim Ioannis 20. 19. 26. Act. 1. 3. 1. Cor. 16. 1. 2.* Vbi tamen nihil, vel saltem non quicquã alicuius momenti, ad tot Scripturis repugnandum apparet. Hic hærent, hic anhelant Ministri, inuiti traditioni Apostolicæ annuentes, quatenus talis est: qui tamen cur huic obtemperent præ cæteris, quarum vocem ne sustineant quidem, rationem nullam excogitare queant. Item dicant mihi, quare cum Antesignano suo stigmatico Caluino & Turcis, non trãsferunt diei Dominici cultum in diem Veneris, cui adeò videntur deuoti? Siquidem in Caluinum ait Frusius ob hanc causam,

Vrsin. in doctrin. Christ. p. 775. 777. Martyr. in c. 16. Cor. 1, & loc. com. Angl. p. 375. Zanch. de S. Scrip. p 123. 124. edit an. 1593. Bellus in Suruey pag. 1. 7.

[a] In sua Defens pag. 89. [b] Cont. Rhe. Test. fol. 463 [c] Apud Whitg. loco cit. p. 89. [d] In Synopsi pag. 431. [e] In prop. & Princip. p. 80. [f] In decad. Angl. p. 140. Exam. lib. Publ pr..c. pag. 67. 63.

Tu Dominæ VENERI, *Dominum postponis* IESVM.

Vide Bredebachium. Maximè cùm Hollandi non Deo, sed *Veneri*(Deiparam interim Virginem iugiter blasphemantes) demissíssimè supplicádum sibi (vt in libro primo, capite vndecimo, eiusque quintæ parte præmonui) censuerint. Aiunt enim,

Vide Scioppius. præfat. ad Mulsi fidelium, pag. 19

——suaues ex ore loquelas

Funde, petens placidam Belgis, VENVS INCLYTA, *pacem.*

Ad hæc quando opportunum fuerit, Reformati sine dubio respondebunt. Ego verò breui id non autumem futurum.

Vide Picturam Purit. quatern. D, A, b & E. 2. b Posit. peric. p. 157. Coniurationem, pag. 12. Apolog. Prot pag. 113 114. Vide Refutationē meā Rideri, p. 223 Vide Picturam Purit. loco cit.

3. Quam verò Puritani potestatē indicendi ieiunia, Apostolis, Ecclesiæ Catholicæ, suisq; fratribus Formalistis, derogant, hanc, & maiorem sibi vsurpant, ad quoduis scelus patrandum præmisso nouæ formæ ieiunio, plerumque Dominico die, idque non ad prandij, sed ad cœnæ horam, nullo ciborum delectu. Nihilq; in contrarium curant edicta Principum, Comitiorum, Episcoporum, nec septuagesimum secundum Anglicanæ Ecclesiæ Reformatę canonem, quo sub *suspensionis, excommunicationis, depositionis* interminatione priuatis his ieiunijs interdicuntur. In particulari autem cautio ipsis præcipua est, vt in Quadragesimæ singulis diebus carnes (quas extrà Quadragesimam solis quinque sumunt per hebdomadam diebus) comedant. Adeoq; non falsus fuit Naso, inquiens:

Ouid.

Stultus ab obliquo qui cùm discedere possit
Pugnat in aduersas ire natator aquas.

Annotationes in secundam partem.

Vide posit. peric. pag. 95. & epist. 366. Calu. Gretserus de funere Christiano p. 40. 41. 42. 58. 98 108. 107. 127 128. 135. 151.

1. PVritani in Francia in postremo suo conciliabulo, anno 1611. articulisq; eiusdem 14. 15. 16. 17. prętermorem suū intrà ciuitates, in templis ipsis, & interdiu, sepeliendi suos potestatem nequicquam concupiuerunt. An etiam propediem non efflagitabunt campanarum pulsum, vestes lugubres, conciones funebres, epitaphia, orationes prò defunctis? Ne autem actum agam post Gretserum nostrum perillustrem Ecclesię athletam, ac Lutheranorum malleum: reliqua de exequijs

quijs Caluinifticis in eius libris de funere Chriftiano doctiffi- *Vide Resp.*
mè pertractata, pertranfibo. *ad Admon. Purit p 197. 198.199.200*

2. In feptimo loco Puritani affirmant, orationem primæ Dominicæ in Quadragefima continere blafphemiam. Oratio autem ea talis eft. *Domine qui propter nos ieiunafti quadraginta diebus & noctibus: Largire nobis gratiam hac vti abftinentia vt carne noftra fpiritui fubiugata, tuis femper obfequamur infpirationibus, in æquitate & vera fanctitate ad tuum honorem & gloriam. Qui viuis & regnas &c.* *Liturgia public. precum pag. 29. a.* Quod verò noftrum Sereniffimum Regem, blafphemiæ hanc arguere orationem perhibeant, cùm & ipfe officio Ecclefiæ Anglicanæ palam confentiat, & ipfi fint Puritani: nō facilis ijs videatur accommodanda fides. Sed nec in hac oratione fufq; deque fingula difcutiendo aliquid non optimè fūdatum concipiam: multò verò minus idoneam anfam tam irreuerenter perftringendi Apoftolicam Quadragefimę traditionem, agnitam à prifcis Ecclefiæ Patribus, ipfo Kemnitio tefte obferuem. *Vide Barad. tom 2. l. 2. cap. 7. pag 81* Ait enim: *Quadragefimam Ambrofius, Maximus, Taurinenfis, Theophilus, Hieronymus & alij affirmant effe traditionem Apoftolicam.* *Kemnitius in Exam. Conc. Trid. parte 1. p. 89.* Verùm, fi rectè intelligo, in hoc Puritani blafphemiam fuam collocant, quod homines imitentur Chriftum per 40. dies ieiunantem, non tamen humanis, fed diuinis viribus fultum: proindeque veluti alteri Salmonei, Dei blafphemantes æmuli, crimine facrilegij, & blafphemiæ, obftringantur. Sed huius fophifmatis ineptias, vt nimirum omnis imitatio Chrifti debeat effe omnibus numeris par prototypo, & non prò noftrę potius imbecillitatis tenuitate, ter illuftris Bellarminus iam dudum explofit. *Bellar. to. 4. contr. 3. General. contr. 2 principali, lib. 2. c. 7.*

3. Etiamfi orationes, euangelia, & epiftolæ aliquot Puritanis difpliceant: id populus curabit fcilicet? certè litem ipfi mouebunt, fi vel afinus mordeat canem. Porrò, cùm negent idiotam in Ecclefia orationibus quicquam refpondere debere: dicant nobis obfecro quid fanctus Paulus his verbis intimet. *Qui fupplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen?* *1. Cor. 14.* Quomodo quoque S. Hieronymus intelligatur, qui in Romana Ecclefia *ad fimilitudinem cæleftis tonitrui populum reboare Amen,* tradiderit? *S. Hieron. in præf. lib. 2. in ep. ad Galat.*

 An

An populi in Ecclesia respondentis consuetudo ex his pronuntiatis non elucescat? Sed pronum est cuique quidlibet negare: nos autem negandi rationes auemus intelligere.

Vide Whitgifti Resp. ad Admon. Purit. p. 206 4. Organorum adhuc in Anglia in Regio sacello, & cathedralibus Ecclesijs, defensionem, iam dudum susceperunt Formalistæ contra Puritanos, vt nihil nobis sit opus operam superuacaneam pro ijs impendere, aut his aut illis qui se inuicē conficiunt, admodum molestos esse. Sinamus paulisper intestinis odijs exitialiter confligentes, vt propediem dicamus cū *Ierem. 46.* Ieremia propheta; *Fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt.* Quod si quis velit Dominum *Bull,* Doctorem Musicæ, & Archiorganistam Londinensem cæteris Doctoribus ab hęresi ad fidem recenter conuersis (de quibus egi in primi libri præfatione) annumerare: per me liceat. Et Doctor Caluinista, Doctor Lutheranus, Doctor Iuris, & Doctor Musices, ad Christum propè simul conuersi (idque in celebrato anno sexcentesimo decimo tertio) *diuina scientia, Iuris prudentia, & Musica,* diuinę clementiæ plaudentes, symphoniaco choreumate proclament; *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* *Psal. 125. 1.*

Annotationes in tertiam partem.

Colloq. Hāp. pag. 26. 1. IN Colloquio Hamptonensi anno 1604. inter Formalistas ac Puritanos, Pseudo episcopus Londinensis procūbens in genua Regiæ Maiestati supplicauit, vt huius canonis [*Schismatici contra Episcopos non sunt audiendi*] rationem haberet. Et ne Rex haberet difficultatem vtrùm ipse talis esset Episcopus: haud multò post magna confidentia asseuerauit, *nisi ipse suam vocationem Scripturis esse conformem demonstraret, abdicaturum se Episcopatum inter quatuor horas.* Id autem ipsum nec fecisse, nec facere potuisse, Puritani obnixè contendunt. Manent hi igitur in sententia; dijectis Episcopis subrogandos esse Doctores, nec se obsistendo his imaginarijs Episcopis, Schismaticorum infamia denigrandos. Ego certè, salua meliori sententia,

Vide Conc. Trid. sess. 13. c. 7. de Reform. & loca ibid cit. Item Decr. 2 p. causa 2 q. 7. c. 23 24. Colloq. Hāp. pag. 36. Exam. libri Public. prec. pag. 127.

tentia, vtrosque ex parte rectè dicere autumo. Nam Schismaticis contrà Episcopos nullam fidem habendam, nec Puritanos in tales Ministropiscopos gnauiter obstrepentes, schismatis crimen contrahere existimo. Ormerodus quidem plures sententias Sanctorum Patrum in Puritanos, tanquam in Schismaticos distringit, quæ tamen in ipsos Formalistas summo iure retorquendæ sunt, propter sceleratam à Romana Sede defectionem. Vincunt igitur vtrique vtrosque, ità tamen (inquit Sanctus Hilarius) *vt dum hæretici omnes se inuicem vincunt, nihil tamen sibi vincant: Victoria enim eorum Ecclesiæ triumphus ex omnibus est, dum in eo hæresis contrà alteram pugnat, quod in hæresi altera Ecclesiæ fides damnat.*

Ormerod. in Purit. pap. dial. 2.

S. Hilar. li. 7. de Trinit.

2. Non obstantibus Puritanis, Serenissimus Rex noster Iacobus in eodem Colloquio Hamptoniensi, visa Londinensis Ministropiscopi fiducia, suæ (vt aiebat) indubitatę ordinationis: iteratò dixit; *Sublato Episcopo, tolli Regem.* Omnem igitur Puritanorum spem, deiectum iri Episcopos, & substituendos nescio quos Doctores, hoc dicto prorsus profligauit. Ego certè huius dicti magnam rationem, magnamque vt Regia Majestas idoneos habeat Episcopos, necessitatem, animaduertere mihi videor. Sublatis enim Episcopis si intromittantur Puritani, tragedias admirabiles (vt omnium locorum experientia admonet) in Reges, & regiones, repentè suscitabunt. Hoc Rex proprio periculo, & parentum interitu, iam dudum compertum habuit. Ab altera verò parte Ministropiscopi (vt inferius libro tertio ad Sacramentum Ordinis, Deo dante, ostendam) Episcopi non sunt. Interest autem maximi, vt nō histrionici & vmbratiles, sed veri Episcopi, Maiestati regiæ adsint; quandoquidē Parlamentorum (*quibus suprema est in Britannia tota authoritas, ferendis legibus, confirmandis, antiquandis, interpretandis* &c.) vtpote mixtorum Tribunaliū ex Ecclesiasticis ac laicis, mēbrum essentiale Episcopi efficiāt. Cùm ergò sit sexagesima quarta iuris regula; *Quæ contra ius fiunt, pro infectis vtiq; debent haberi*, nec leges sint (stante iure prisco Anglicano)

Colloq. Hāp. pag. 36. 82.

Camd. de Tribunal. Angl. p. 118.

In sexto Decret.

 quæ

quæ in Parlamento mixto non sancitæ; nec mixta parlamenta sint, quibus essentiale condistinctum membrum desideratur: Episcopos & quidem veros, summa est habendi necessitas, vt alioqui infecta non sint quæ contrà ius constituta depræhendentur. Quale autem mẽbrum, an primum (si Rex vt caput & supra corpus non in corpore collocetur) an secũdum vnà cum Regni proceribus Episcopi faciant, non laboro. Sufficit autem mihi per leges Angliæ, & Scotiæ, ipsos ità efficere essentiale membrum, vt pœna capitis id inficiantibus veluti in læsæ maiestatis reos, proponatur. Non tamen per hoc intendo, quin sine veris Episcopis, veras leges politicas sibi faciat Respublica; sed solum, tales non posse eam facere sine Episcopis, per Parlamenta quæ mixta tribunalia reputentur. Non enim mixtum tribunal habeatur, vel ex solis Ecclesiasticis, vel solis laicis, sed ex vtrisque simul congregatis.

Vide Diuers Reportes P. anno 36. & 37. H. 8. fol. 60. & 1. H. 7. 14. & 11. H. 7. 27. Vide Acta Parlam. Edimburgi an 1584. c. 3. & cap. 10.

3. Tam Geneuæ, quàm in Scotia, quot annis; Hagæ, quoq; biennio; Londini verò, in Gallorum Ecclesia, quoq; triennio, expresbyterãtur reformati Seniores: ità vt qui prius *ecclesiasticus iudex, Christi vicarius, verus presbyter, clauibus Regni cælorũ Præpositus sit: cras laicus, & idiota,* (quod nomen auidè retinent) prodire debeat. *Hodie* (inquit olim de Sectarijs Tertullianus) *Diaconus qui cras lector, hodie presbyter qui cras laicus.* Bãcroftus namque plures Ministros à Puritanis ad Brounistas deficientes abiurare suam ordinationem affirmat: qui etiam Puritani vt essent, Formalistarum ordinationem excusserunt. Nõ igitur immeritò Formalistæ (non minus ipsis Puritanis laici) septuagesimo sexto pseudo synodali canone, huic malo, vt ipsi interpretantur tam enormi, occurrendum sibi iudicarunt, cùm tamen quicquid agant, dempto solo nomine, tam ipsi Formalistę quàm Puritani, & tam hi quàm isti, prius & posterius, pariter paresq; sint Episcopi ac præsbyteri, siue ordinationi suæ renuntient, siue non. Quod autem Masonus Cudsemiũ, in ordinationis Formalistarum fauorem torqueat, nihil Formalistas iuuat: cùm vel loquatur de sola externa specie Ecclesiasticorum retenta, vel certè maiori prudentia à peritioribus informatus, diuersimodè

Bancroft. in Exam. prat. Disc. c. 13. 14. à pag. 170. ad 177. 427 Beza de excom. c. 5. sect. 43. Ibid. pag. 60. Tertul. de præscript.

Masonus de consecr. Episcop pag. 12. Cudsem. de Desperata Calu. causa cap. 11 p. 108. pag. 90 posterioris edit.

modè loqui debuisset, & verò voluisset prudens, pro eo quo in Caluinistas est exploratissimo affectu.

4. Querimoniæ à Ministris vndique circumsonant de Principum, Magistratuum, & Nobilium in bona Ecclesiastica sacrilegio. Omnium threnodias plura folia non caperent. Agnoscit Bancroftus, fuisse ad Reformationem auspicandam efficax medium, quod Principes transeuntes ad quintum euangelium attentis auidisque auribus hauserunt: vt ipsi spolia Ecclesiæ sibi haberent. Siquidem (vt dixi in quinta parte capitis vndecimi primi libri)

Prona venit cupidis in sua vota fides.

Inquit enim de hoc irritamento Lutherus, disertis verbis; *Nostrũ Christianismũ à rebus externis inchoamus.* Inquit Bucerus: *Maxima nostrorũ pars, visa est id tantum ex Euangelio petijsse.* Inquit Caluinus: *Vix decimus quisque est, qui alio fine Euangelio nomen dedit.* Inquit Melancton; *Lutherum quidam vt video nulla alia de causa amant, quàm quia, &c.* Inquit Andreas Musculus; *Nihil nostris cordi est, quàm rapere & capere.* Inquit Smidelinus; *Cor eorum opibus Ecclesiasticis inhiat.* Denique omissis cæteris, inquit Zuickius; *Huc enim ventum videtur (quod tamen non sine gemitu dixerim) vt magna nostrorum pars credat sese tum demum regnum Antichristi euasisse, si de bonis Ecclesiæ ludant pro libito.* Hac autem proposita semel illecebra, non fuit difficile *excæcare oculos sapientum mundi, & mente corruptos veritate priuare, quippe qui existimant quæstum esse pietatem.* In hanc igitur fraudem illecti, quomodo remunerarunt suos duces, operæ pretium est audire. *Nisi* (inquit Lutherus) *esset spolium quod rapuimus Papæ, omnibus fame pereundum esset.* Subdit: *Hoc ipsum tamen quod reliquum est etiam deripitur à Magistratu, spoliantur parochiæ, & scholæ, non aliter quàm si fame necare nos velint.* Idem prò Germania Sarcerius, Leiserus, diuersiq; alij ingeminant; prò magna Britannia Knoxius, Brucius, Pouellus, Bancroftus, Whitgiftus; prò Hollandia, Gandensis Anonymus; prò Francia Caluinus, Viretus, & alij quamplurimi, lugubri accentu consonāt. Ex quibus ait Knoxius; *Nullos esse in Ministros, aut duriores, aut ijs tenaciores, qui in plura bona Ecclesiastica*

Bancroft. Exam prat. Discip. p. 237 & seq.
Vide superius pag. 104
Luth. tom. 2 Germ. Ien. fol. 103 n. 3. &. tom. 7. Wit. fol. 362. n. 3.
Bucer. l. 1 de regno Christi cap. 4.
Cal in Dan. c. 11 & in 2. Pet. 1.
Melanct ep. ad Camerarium fol. 151.
Musc. de die nouiss f. 84.
Smidel. cōc. 3. de planctis fol. 92.
Vide epist. Calu. in fol. edit. Geneu. an. 1576. pag. 13. 34. 56. 57. 368.
Deutr. 16.
1 Tim. 6.
Luth tom 6. Lat. Wit. an. 1580. fol. 631 in c. 47. Gen.
Knox. in hist. pag 503.
Vide praef. Bibl. edit. Eden. an. 1579. & Brucium cōc 1. in psal. 76.

siastica inuolarunt. Quod etiam, Epistola dedicatoria Bibliorũ, & Brusius pluribus confirmat. Quorum, & multorũ aliorum dicta id generis, veluti in diuite penuario, quærenda sunt in Scioppij Ecclesiastico, in Gretseri Exegetico commentario, Summulisque, & affluentissimè apud Bancroftum loco superius allegato. Sed quid tandem viri boni concludunt? Nimirum, cùm ita ipsi indignè à principibus bulimia bonorum Ecclesiasticorum laborantibus destituantur, omnes Principes bona Ecclesiastica sibi vsurpantes, esse sacrilegos. Id Viretus instar omnium, per totum suum dialogum tertium Alborum dæmonum, prolixè probare nititur. Verùm ego in hac Britannomachia, malo vnius Britanni superioris dignitatis testimonio, rem concludere. Possem (inquit Admonitor Populi Anglicani) *maiori ratione ac authoritate probare contrariam propositionem, nempe esse illicitum erogare laicis beneficia, Ministris & Concionatoribus pijs legibus debita*. Supprimit Orator quod rusticus nõ celaret; nempe, *aliter facientes quoscunque laicos esse patrimonij Deo deuoti expilatores sacrilegos*. O iustum Dei iudicium! O Reformatoris (dicentis per summum nefas; *Veni nobiscum, omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs*) promeritam vindictam! Atque ita iustissimo Dei iudicio, vt in libro primo præmonui, malè parta malè dilabuntur.

Bancroft. à pag. 232. ad 250. & 456. in fine.

Author Admonitionis (quem Puritani dicũt esse Whitgiftum) pagina vltima.

Prou. 1. Vide superius cap. 11. par. 5 pag. 104. & seq.

Circumretit enim vis, atque iniuria quemq;
Atque vnde exorta est, ad eum plerumque reuertit.

Sed cum his Reformatis Agyrtis seu verbi declamatoribus, de bonis Ecclesiæ nihil omninò debeatur: quandoquidem spectanda maximè sit interpretatiua voluntas Fundatorum (qui ex duobus procul dubio multò libẽtius ad Principes, quã Ministros, suas fundationes deuolui malunt) ab Ouidio, quoad hoc, consilium, Principes, sumite.

Henriquez. pag 393. 394. Soto l. 5. Inst. q. 3. a. 3. ad 2.

Fallite fallentes: ex magna parte profanum
Sunt genus: in laqueos quos posuere cadunt.

Non enim alia mensura digni sunt direptores patrimonij Christi, quàm vt bolum per execrãdam rapinam acquisitum, ab alijs deuorari inhiantes cernant, ipsis interim inedia tabescen-

bescentibus, & vacuis faucibus in rei alienæ raptores frustrà allatrantibus.

5. Qui in bona Ecclesiastica siue Ministri siue Principes inuolarunt, an fortè rem ampliorem inde fecisse, & antecessoribus multò opulentiores euasisse, credantur? An potius, vt superius insinuaui, hoc aurum Tholosanum, hoc Christi patrimonium, hoc peccatorum pretium, hoc pauperum depositum, hoc animarum præsidium bonis sæcularibus admistum, veluti virga Moysis virgas magorum deuorans, depascente contactu non exhauserit? Ad quod penitius explorandũ, quid nobis Reformatores nostri sponte suppetãt ex parte vidimus. Duo tamen supersunt æquiore statera, vt quo loco statuque res hæc versetur, cognoscamus, ritè, rectéq; expendenda, Primò, an scilicet (vt hic innuere videmur) verè depauperentur magis ex his sacratis opibus rapaces earum depeculatores. Secundò, an Reformati suis progenitoribus effusius pauperum succurrant miserijs. In quorum examinatione, admiscebo nõnullas Regum & Patrum sententias dictis Reformatorum, ne tanti momenti quod ex hac inquisitione dependet fides, testibus innitatur tam incertis. Plura tamen vt consueui ipsorũ Reformatorum quàm aliorum conferam testimonia, *quod gloriosius victoriæ genus sit ab ijs cum quibus decertamus arma capere, & testes citare illinc stantes, istinc dicentes.*

Vide superius partem 3 & 5. cap. 11 libri primi.

Claud. Mamert. lib. 11. c. 10.

6. Quantum ad primum, magnum est ad fidem conciliandam à Carolo Magno istud testimonium, magnaq; veneratione, & æterna memoria à cæteris omnibus, à bonorum verò Ecclesiasticorum raptoribus simul magno pauore suscipiendum. *Nouimus multa regna, & Reges eorum propterea cecidisse, quia Ecclesias spoliauerunt, resq; earum vastauerunt, abstulerunt, vel diripuerunt, & pugnantibus loco stipendij dederunt: quapropter nec fortes in bello, nec in fide stabiles fuerunt, ----- regnaq; & regiones, & quod peius est, regna cælestia perdiderunt, &c.* Plura habet sparsim in libro sexto capitulorum, quorum hæc verba totum continent argumentum. Ait verò Optimo Principi cõsentiens optimus Pater S. Augustinus; *Qui aliquid de Ecclesia aufert, vel furatur, Iudæ proditori*

Carol. Mag. lib 7. capitulorũ Francicorum, seu legum Ecclesiasticarum & ciuil. cap. 104. 105. 188. Vide Decreta lib. 2. c. 1. & capitularia Frãcica li. 6, 2. 3 5. & à c. 320. ad 325. S. Aug. hom. 45. in Ioan. Euãg.

proditori comparatur. De Catholicis autem Principibus, Patribusq; innumera prostant testimonia. De hæreticis verò, pauca sunt huc conferenda, & in tertium librum, vbi de alendis Ministris sermo erit, transferenda reliqua. Vbi inter alia carmina Erasmi Alberi, ad rem præsentem illud Deo annuente recitabitur.

Ecclesias diripiunt
Nec inde lucrum sentiunt.

Luth. in postilla Eccles. Dom. 4. & Dom. 26 post Trinit. & in c. 47. Genes. Colloq. Mēs Tit. de bonis Ecclesiast. Tit. de mundo & eius natura. Vide Tit. de Eccl. Ministris. Sanderus lib. 1. de schismate Anglic. fol. 113. Camden. in fol. edit. Lōd. an. 1607. p. 118.

Cui Lutherus astipulatur; inquiens: *Bene habet, cape, furare, rape, quoad lubet. Veniet tempus cum versa vice, præda tua alijs prædonibus præda erit*. Rursum: *Graue & insupportabile est eorum peccatum & iudicium, qui templa spoliant, & bona Ecclesiastica ad se rapiunt; quos Deus seuerè puniet*. Denique expressius: *Experientia liquet eos qui in bona Ecclesiastica inuolarunt, tandem ad mendicitatem redactos esse*. Planè ità est, in mea ipsius experientia quotidiana, vt nihil dicam de innumeris exemplis inter legendum perpetim recurrentibus. Vnicum exemplum instar omnium nobis erit Henricus octauus. Qui anno 1535. monasteria trecenta septuaginta sex, orbe stupente, & Anglia ingemente oppressit, in fiscum Regium annuo censu cedentibus centum viginti millibus aureorum. Hæc autem monasteria veluti tenuioris prouentus sibi vltrò donari, precibus armatis impetrauit. Anno verò sequente, ad maiora audenda animum adiecit, & in ditissima *monasteria* sexcenta quinque, *collegia*, (demptis ijs quę sunt in Academijs) nonaginta sex, *Hospitalia* centum & decem, *cantarias & liberas capellas* bis mille trecentas septuaginta quatuor, irruit, simulq; vniuersa diruit, & ipsos lapides ac rudera (nedum supellectilem, campanas, plumbum) in profanos vsus conuertit. Videbantur liberandi subditi (eam enim spem ipsis fecerat) ab omni deinceps tributo: quod tamen cæteris omnibus progenitoribus longè intolerabilius, eodem anno, illis imperare cœpit, & annis sequentibus adeò multiplicauit, vt in totis prioribus quingentis annis reliqui simul omnes Angliæ Reges nihil simile imposuerint. Is tamen, exhaustis thesauris suis, ac suorū, eò indigentię redactus est, vt non tantum stanneam cuprinamq;,

namq́; , ſed coriaceam pecuniam ſolus omnium Regum Anglorum procudere coactus fuerit. Et poſt hæc omnia, propago eius tota ſtirpitus eradicata euanuit, nullo à tribus gnatis conſpecto nepote.

7. Quod iam attinet ad ſecundum, quęcunque hic præmittere ſtrictim decreui, nihil erit neceſſe in proprio quem præmonui loco, replicare; cùm non tanta intercedet intercapedo temporis, nec tanta lucubrationis huius prolixitas, vt hic dicta vetuſtas facilè obrüat, aut deleat obliuio. Ea autem ferè ſolis duorum Miniſtrorum Pouelli, & Wigandi, conſtabunt teſtimonijs. Et in primis quidem ait Pouellus, *Plurimis in locis Rectores Eccleſiarum olim domos habuiſſe perhoſpitales & apertas, vbi pauperes & peregrini refici & curari ſolebant, in quibus nunc, tempore euangelij, propter prædictas cauſas non datur pauperibus poculum aquæ frigidæ, &c.* Wigandus autem lamentatur *ſacra bona, prouentusq́; Eccleſiæ à Politicis rapaciter contrectari, & per fas nefasq́; profanæ poſſeſſioni adijci, quibus tamen veluti pennis aquilæ reliqua corrumpuntur* (vnde proximè dicta cõfirmantur) *& iniquam copiam certiſſima inopia concomitatur.* In eandem quoque ſententiam multa congerit Hokerus, Couellus, Sarauia, & pro ſua virili parte vnuſquiſque reliquorum Miniſtrorum, ineptiſſime exiſtimantium ſuam ſe cauſam agere, quaſi ipſis vt Eccleſiaſticis, bona ſpiritualia debeantur. Id verò Principes minimè ſibi (ſaltem ſi ſapiant) perſuaderi patientur, cùm ſit palàm falſiſſimum, & à mente fundatorum, qui beneficia Eccleſiaſtica erexerunt, & Miniſtros à rebus humanis abreptos, votis omnibus affectarunt, remotiſſimum. Quæ omnia à nobis in rem ſcitu (maxime hoc tempore) oppidò neceſſariam, dicta, & ſubinde dicenda, à ſancto Auguſtino auream hanc ſibi habeant coronidem. *Maiores* (inquit) *noſtri ideo copijs omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & cenſum Cæſari reddebant. Modo autem quia diſceſſit deuotio, acceſſit indictio fiſci. Noluimus partiri cum Deo decimas, modò autem totum tollitur.* HOC TOLLIT FISCVS, QVOD NON ACCIPIT CHRISTVS. Hæc ſapiẽtiſſimè S. Auguſtinus. Nec minus ſapienter Catholicus quidem Princeps in Germania

David Pouel. Annot. in lib. 1. Itinerarij Cãbriæ, ad c. 2. pag. 829.

Ioan. Wigãdus in ſua Admonit. apud Sur. ad an 1566. ad mẽſem Ian. pag. 859.

Hokerus lib. 5. pag. 249.

Couell. in modeſt. Exã. cap. 11. per totum, pag. 142. & ſeq.

Sarauia l. 2. de Miniſtris Eccleſiæ c. 4. 5. 14. 22, 23. 28. 29. &c.

S. Aug. de 50. hom. hom. 48. cap. 2. tom. 10.

 reſpondit,

respondit non ità pridem cuidam Principi Reformato sciscitanti quid vtilitatis haberet ex tot in ditione sua Monasterijs; *Multum* (inquit) *mi frater, multum. Nam si pecunijs egeam hic semper paratas inuenio. Ito tu necessitate pressus, ad deserta, vel aliorsum conuersa monasteria tua: videamus præter vacuas manus quid relaturus sis.* Non enim nunc (vt ipse Sutcliffus obseruauit) Principes vrgente necessitate, è religiosis domibus illa habent opportuna quæ consueuerunt habere subsidia Equitum, peditumvé, aut pecuniarum: cùm, disclusis religiosis, omnia luxu vestium, mulierum mundo, & cupediorum crapula (exhaustis miseris ad ipsa ossa vilicis) prodigé dilapidentur. Quæ de his dicta sint; tanta alibi breuitate (cùm vsus requiret) perstringendis, quãta vtilitate sæpius quidem censeantur inculcanda, sed semel plenè planeq; manifestanda.

Vide Gretse. comment. Exegetico, c. 14. ad finem, pag. 229. Sutcliff. in Resp. ad articulum pag. 31. 32.

8. Nimis verò perfunctoriè hoc tertium pręceptum transmitterem, si nihil de legibus Sectariorum, ne bona mobilia laicorum donari pseudo-Ecclesiasticis suis possint, in mediũ adferrem. Incipiunt enim (vt ait Sarauia) pastoribus Ecclesiæ numerare stipendia de fisco, pari ac ciuilibus Ministris distributione, & prohibere ne aliunde ditescant. In quos proinde ait Sarauia, *Sarcasmus est Iulianæ Apostatæ, & hostium Christianæ Religionis, deprædatis Ecclesiarum opibus, insultare Doctoribus & Pastoribus Ecclesiarum, ac dicere ipsos esse pauperes oportere, ad Christi Seruatoris, & Apostolorum ipsius exemplum.* Hoc quidem vt malè à Sarauia de lupis prò pastoribus intelligitur, ità non perperam ad veros Pastores transferri possit. De legibus enim eiusmodi in Christi vnctos sancitis, grauissimè subinde conqueruntur Patres. Ait enim S. Hieronymus: *Pudet dicere. Sacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & scorta, hæreditates capiunt. Solis clericis, & monachis hoc lege prohibetur.* Idem ad Valentinianum Iuniorem scribit S. Ambrosius, stylo quidem magis oratorio, sed sensu prorsus eodem. Et de simili (par enim est ratio, ne portio terræ à sæculari iurisdictione transeat ad spiritalem, & ne ciuis Reipublicę sęcularis, fiat religiosus) lege Mauricij Imperatoris, ait S. Gregorius: *Requirat rogo Dominus meus pijssimus, quis prior Imperatorum*

Adrian. Sarauia de diuersis Gradibus lib. 2. cap. vlt. Ibid. cap. 5.

Vide Ribadiner. de Principe lib. 1. cap. penul. & vlt. S. Hieron. ad Nepotianũ. S. Ambr. 31. Vide Gretse. lib. 3. Cõsid. ad Venetos, consid. 1. pag. 273. S. Greg. lib. 2 epist ep. 62. Ibid ep. 65.

Imperatorum

Imperatorum talem legem dederit, & subtilius æstimet, si debuit dari. Rursum: *Quam legem, primum (sicut ij dicunt qui leges veteres nouerunt) Iulianus protulit: de quo scimus omnes quantum Deo auersus fuerit.* Diuersus certè fuit à Iuliano Leo Macelles, Orientis imperator sub annum 475, cuius in doctrinæ ac pietatis professores munificentiæ, cùm Eunuchorum quispiam inuideret; diceretque præstare effundi illas opes in milites: respondit Imperator, *Longè optatius sibi fore, vt in sua ætate, militum stipendia in Philosophos conferantur.* Nec tamen omnium Imperatorum eo felicior vllus fuit, aut hostibus formidabilior. Nunc autem quotus quisque est, qui cum HVSSO, ab inuidia non dicat; *quotidie possessiones accrescere Clero, Baronibus decrescere: Plusquam quartam partem regnorum ad manum mortuam deuolui, adeoq. à Republica esse decisam.* Dixit olim hoc ipsum M. Antonius Capellus, & dixisse meritò luget. Non enim, vt in controuersia secunda capite 60, & sequentibus, ipsemet ad se reuersus, (numeris hominum, opumque ad Ecclesiasticum statum pertinétium subductis) decimam partem vel harum, vel istorum, sorti Ecclesiasticæ adiungere potuit. Faciam id ego celeri trãscursu, saltem de opibus, omninò perspicuum. In Francia (vt de vno loco pro omnibus certiores simus) sub Carolo nono quindecim animarum milliones numeratos fuisse scriptitant. Certe Ecclesiasticorum, tota Francia non recenset (vt sensui communi apparet) quatuor milliones; seu quadragies centena Ecclesiasticorum millia. Imo omnes simul, non sesqui millionem, seu quindecies centena millia; adeoque nec decimam partem reliquorum attingunt. Iam verò de opibus totius Galliæ Ecclesiasticis, à rerum peritis inita ratione, vix quinque milliones deprehenduntur. Ex quibus in singula capita Ecclesiasticorũ qui dicuntur habere quartam partem omnium prouentuum, (modò vel decimam illam populi partem attingant) ad omnia humanæ vitæ pro victu & amictu necessaria, quinque aurei integri non resultant. Hanc autem summam ita dispensari, prima specie, agnoscitur esse tum ridiculum, tum absurdum. Porrò cùm Serenissimus Iacobus Rex noster, dicat *immensas opes in templa,*

Suidas ad literam L.

Hussus li. de ablatione bonorũ tẽp. à Clericis.

Capellus cõtrou. 2. c. 61.

Capell. c. 62.

Apolog. pro Iuram. fol. 148. 149.

in templa, monasteria, & præsertim in Iesuitarum Sectam effusas esse: meritò quidem hoc dixerit, Antonio Arnuldo credens: qui in Francia sola duos milliones Iesuitas acquisiuisse in sua declamatione anno 1594, apertè delirando finxit. In rei tamen veritate, in tota Francia cùm vt opinor plus minus mille duc̄eti Iesuitę tunc temporis reperirentur (quamuis la Martelier dicat ipsos quàm alibi esse istic ditiores) dicunt tamen ipsi, Gallicè: *Ils offrent vous faire transport de tout ce qui se trouuera leur appartenir en France, au dessus de cinquante mil liures, &c.* Hoc est, vltrò offerūt, (idq; impressis syngraphis) pro quinquaginta millibus francorum, seu viginti scutorum millibus monetæ Italicæ (ijs qui cautionem dabunt de hac illis summa quot annis præstanda) vniuersa quæ ad suam vitam tolerandam obtinent. Quod satis clarè ostendit, multis millionibus, ne dum millibus pauperiores esse Ecclesiasticos quàm vulgi simplicitas, aut augens omnia liuor, persuasum hactenus habuit. Nō enim hæc tempora Ecclesiasticis centena ista millia cōferunt, quin potius (vt his quę dixi liquet) auferunt. Adeoque pijs omnibus Principibus auferendæ potius hoc tempore sunt leges Ecclesiasticis derogatoriæ, quā citra vsum opusq; alieno tēpore stabiliendæ. Siquidem solus Henricus octauus Anglię Rex plura bona Ecclesiasticis ademit, quàm toti fortè ordini Ecclesiastico ab eius Schismate inchoato, aut aliquot sęculis (vt probabiliter conijciamus) frigescente charitate accrescent.

Vide Paul Gimont en l'aduis sur le plaidoié de la Martelier, pag. 44. & seq.

Vide Francisc. Montani Apol. c. 34

De quarto præcepto, Puritanorum dogmata.

1. *Iugo Disciplinæ debere subesse omnem Magistratum.*
2. *Ciuilem Magistratum in rebus Ecclesiasticis non posse esse, moderatorem, iudicem, arbitrum.*
3. *Principem Christianum, & Ethnicum, in rebus Ecclesiasticis par ius habere.*
4. *Plebem Rege esse meliorem, & posse pro arbitrio Regem deponere.*
5. *Seniores Christianis Principibus tales esse, quales fuerunt Lacedemoniorum Ephori in Spartana republica.*
6. *Generalem duntaxat synodum esse in rebus spiritualibus competentem iudicem.*

1. Knox. in exhort. ad Angl. Geneuæ an. 1559. Ian. 12. pag. 91. 92.
2. Carturig. de Discipl. l. 2 p. 154. 165.
3. Ibid. l. 3. p. 162. 163.
4. Buchan. de iure regni pag. 13.
5. Fenner. Theol. sacr. pag. 186.
6. Acta Edinburgi 24. Octob. 1605.
7. Knox in loco citato.

7. De

7. *Deponendum esse Principem Consistorio non obsequentem.*
8. *Consistorium, etiam rurale, posse Principem excommunicare, excommunicatumq́; ab vnoquoque tollendum.*
9. *Nihil alicuius momenti determinare Principem posse sine comitijs.*
10. *Exterminandas esse è Republica Christiana tres illas orbis terrarum pestes, & quisquilias; 1. Pontificiam Ecclesiam, 2. Nobilitatem, 3. Iuris prudentiam.*
11. *Reges omnes ac Principes innata quadam proteruia, Ecclesiasticæ obsistere libertati.*
12. *Sublimatis in Ecclesia Senioribus, Consistorij, debere Magistratum sedere in inferiori subsellio.*

8. *Vide resp. Sutcliff. ad Art. calum. pag. 139. n. 4. & p. 71. 75. Buchan. loc. cit. pag. 70.* 9. *Apud Sutclif. ibid. p. 140. nu. 16. Exam. libri publ. prec.* 10. *Colloq. Cabillon. Prateol. in Alphab. l. 2. cap. 22.* 11. *Basilicon doron. p. 39.* 12. *Danæus de potest. Eccl. cap. 24.*

Annotationes in dogmata Puritanorum, de quarto Præcepto.

1. TOrtor quidam Formalista, ait, Primatū Regiū Ecclesiasticū Puritanis probari. *Profitētur* (in quit) *subscribunt, iurāt in dies. Sed & illi quod faciunt, ingenuè faciunt.* Si tamē Articuli, seu dogmata hic recensita Puritanorum sint, vt certè sunt vel maximè: hæc Tortoris verba, procul à veritate ad simulationem detorta, videātur. Cū enim Disciplina cōsistorialis, fidei Puritanorum pars essentialis, habeatur: nequeūt prius Magistratui obtēperare, quā suæ Disciplinæ nūtiū remiserint, adeoq; fidē abiurauerint. Vnde & à Serenissimo Rege Iacobo anarchi, & passim acephali (quia nulli potestati parere consentiunt) esse dicūtur. Deinde Carturigtus omniū præcipuus, omniū nomine dicit aliquoties; *Christianū Principem, non nominandū quidē Ecclesiæ supremū post Christū caput.* Quin potius, *omnem omninò Magistratū debere lingere pulueres pedū Seniorū; alioqui pijs omnibus esse abdicandum,* dictis factisq; vt vidimus definiunt. Prò Scotia & Geneua, necnon pro cæteris locis ad quæ obrepere funesta illa potuit disciplina, rei euētus (nedū testes omni exceptione maiores) id clamat. Vnde etiam fit, vt Geneuæ sedēte Magistratu *in subsellio inferiore, conspicui in editiore loco sedeant Seniores, ex fæce populi: tū vt populo appareant, tū vt Ministri cōcionantis doctrinā facilius intelligāt.* Nimirū hoc est quod animaduertit Eccles. inquiens:

Tortura Torti p. 379. Monitoria præf. Præf. Rogerij ad Art. Doctr. Anglic. num. 15. Carturight. de Discipl. l. 1 p. 192. 193. l. 2 pag. 48. 154. 157. 165 167. l. 3. pag. 162. 163. Sutcliff. loc. cit. pag. 140. n. 15.

Danæus de potest Eccl. cap. 24. Rennecher. in ps. 2. p. 37. 72. 74. 78. Eccles. 10. 7.

Vidi

Vidi seruos in equis, & Principes ambulantes super terram quasi seruos. Prensat ergo Puritanorum Consistorium (quibusdam Proceribus, exigentibus eorum peccatis, certa pernicie charum) vt sibi liceat dicere:

Seneca in Herc. Fur.

——Nobiles non sunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus.

Basilicon Doron p. 39. Brusius Sco. conc. 1. in ps. 76. Colloq. Cabil. Bancroft. in Exam prat. Discip. p. 275

Quia nimirum, testante Serenissimo nostro Rege, persuasum habent, *Reges omnes & Principes innata quadam proteruia suæ affectatæ libertati Ecclesiasticæ resistere*. Item, *Magnatibus Deum nequiores hostes non habere*. Denique (vt in articulo decimo affirmant) *exterminandam esse Nobilitatem, veluti Reipublicæ Christianæ pestem*. Nobilitate autem proscriptâ, dominabuntur (inquiũt) soli Seniores, nempe *fabri, laniones, bynefices, ærementarij circulatores, pistores*, eiusdemque farinæ reliqui. Quorum tribunali subijci debent vniuersa quæ sub ciuili gladio comprehenduntur, ex quibus Ecclesię qualecunque scandalum exoriatur. Adeoque, *fornicatio, ebrietas, iuramenta, rixæ, execrationes, iurisdictionis Ecclesiasticæ contemptus, violatio Sabbathi, verba obscena, petulantes gestus, neglectus concionum aut cœnæ, suspecta auaritia, luxus vitæ aut vestium, tripudia, ludi dispendiosi & theatrales, tabernarum frequentia, & omnis denique vitæ inordinatio*; hæc inquam omnia Magistratus foro subtracta, sibi decidenda & determinãda, Seniorum dictorum reuerendus consessus, ad inuidiam nobilitatis & magistratuũ, impotenti arrogantia vindicauit.

Bancroft. ibid. p. 283. & seq. omnia exẽplis & testimonijs conuincens.

2. Non Principem, sed *generalem duntaxat conuentum, esse in rebus spiritualibus competentem iudicem*, præcipui in Scotia Ministri, synodali decreto definierunt; appositis nominibus: *Ioan. Furbes, Ioan. Walsh, Ioan. Monro, Andr. Duncan, Alex. Stancon, Iac. Craig, Gul. Furbes, Rob. Gongston, Nathan. Inglis, Car. Ferme, Iac. Irvving, Ioa Sharpe, Rob. Durie*, &c. Tantumq; abfuit vt in Regis Primatum iurarent, vt potius exclusis foribus eius nuntios insolenti temeritate spreuerint.

Acta Edinburgi 24. Octob. an. 1605

S. Greg. l. 8. in Iob c. 2. Vide Alex. ab Alexand. Gen. dierum l. 6. c. 24.

3. Solere hæreticos *alia apertè dicere, alia occultè cogitare*, affirmat S. Gregorius. Seniores autem Puritani in Principes, Ephororum vicem sibi exoptant. Quo alijs verbis clarioribus significant,

Annotationes in Dogmata Puritanorum, de sexto ac nono præcepto.

1. SI iſtorum Articulus primus (repugnans palam ſancto Paulo capite quinto ad Epheſios) quicquam valeret; matrimonium præcedens occaſionem Incarnationis Chriſti, nō poſſe præfigurare vnionem eius cum Eccleſia: quomodo Sol, & Luna, Angelique, (vt ipſi aiunt) myſticé denotant Conſiſtorialem Diſciplinam, cùm Adami & lapſum, & creationem anticipauerint; adeoque Puritanorum Diſciplinam (ſi credere fas eſt) à Chriſto in Eccleſia inſtitutam, tam quoad ſe, quàm quoad occaſionem, præceſſerint? De ſecundo autem Articulo, meritò dixit Miniſtrorum quidam in Colloquio Mompelgartenſi: *Non vellem mille florenos, imò ne totum quidem terrarum orbem accipere, vt talia meis auditoribus proponerem, tam manifeſtè falſa: quod videlicet, perpetrantes peccata contra conſcientiam, ſcortatores & adulteri, ſi ſint electi, retineant in ipſo actu peccati, fidem & Spiritum ſanctum?* Hæc tamen impia Bezæ doctrina, radices altiores in Anglia egit. De tertio Articulo, quinto item, & ſexto, latius Deo dante inferius agemus. *Eph c.5.v.32 & ſeq. Vide Exam. prat. Diſcipl. p.422.423. Colloq. Mōp. pag. 465. Colloq. Hāp. pag. 42.*

2. Animi pendeo, qua freti occaſione ſpurijs (per quos Reformatorum potiſſimum creuit res) Puritani aliquot Synodalibus decretis tantoperè aduerſentur. An quia (vt autumat Becanus) promiſſio facta Abrahæ, eiuſque hęreditati, ad ſolos legitimos ſpectat? An ex verbis ſolis (quæ inſtar oracula ipſis) Caluini, dicentis; *Meritò quæris, an idololatrarum, & excommunicatorum liberos, donec reſipiſcant Parentes, ad baptiſmum admittere liceat?* Si primum: vbi ex Scripturis probatio? certè quia temporalium hæreditas ad ſolos legitimos pertingebat, cùm filij concubinarum ſolis muneribus gauderent, non ideo ſequitur ſalutis hęreditate ſpurios ſpoliari. Alioqui enim ſuo ſibi ſe Reformati iugulant gladio, cùm nemo de natalitijs ſuis ità ſit ſecurus, vt certus ſit à fidelibus parentibus, in legitimo thoro transfuſam ſibi Abrahæ factam promiſſionem. Atque ità ſicut *Becā. Apho. 22. Calu. Vide Adri. Iungium de doctrin. & morib. Euā. lib.3.c.7. Calu. tom. epiſt. p.322. Gen. 25. 6.*

qui per imprudentiam filius sibi videtur Iosephi, qui est filius Iudæ: sic qui persuasione sua certò est electus, vnius literę mutatione, non electus, sed eiectus, comprobetur. Iuxta illud:

Frus. epig. 59

Tu tibi securam ne polliceare salutem,
Electum nec te finxeris esse tumens:
Litera mutetur cognominis vna superbi,
Rectius eiectum te vocitare potes.
Namq; fores superas pulsans quasi filius hæres,
Seu Nothus, ac effrons, eijciere foras.

Vide Refut. Riders, pag. 137.

Exam. lib. Publ. prec. pag. 104.

Si secundum: omnis iactata hactenus certitudo salutis, apud Reformatos, collabetur; quandoquidem solius matris testimonio, in propria causa, constet quicquid constat de prolis ortu à parente idololatra, excommunicato, vel fideli. Si verò à non credente vtroque parente progignitur, nihil (inquiunt) baptismus ipsi prodest: quia nimirum in sola fide parentum omnis eius stat salus. Verùm, fusius vbi de baptismo hæc discutienda erunt.

De septimo præcepto, Puritanorum dogmata.

1. Carturig. in Apol. Vide Sutclif. in Resp. ad eandẽ p. 57.
2. Calu. Instru. con. Libert. c. 13.

1. *Vsuram esse licitam.*
2. *Audacter vsurpandas vi vel fraude fortunas proximorum.*

Annotationes in dogmata Puritanorum, de septimo Præcepto.

Hutton. in 3 parte Resp. & in præf.

1. TEstatur Huttonus, duos Geneuæ Ministros depositos ac proscriptos fuisse, quia improbarunt vsuram in eo statu licitam. Prodijtq; Doctoris Pie, *Spiritus vsurarij coniuratio*, ad refutandum emissum in defensionem vsuræ librum, anno 1604. Lucas etiã Challinerus Theologiæ (si Deo placet) Doctor (saltem manifestus seductor) Dublinensis, eandem edito libro, aliquandiu ante annum 1600 propugnauit. Hunc probè noui, ea in matrem impietate, in cęlibatum leuitate, in peierando prodendoq; perfidia, in coniugium improbitate, vt fœdissimo

ſignificant, ſuum eſſe, reprimere Principum inſolentiam; ijs non aſſurgere; ijſq; quid facto opus ſit præſcribere; omniumq; rerum gerendarum cenſores agere. Nam Ephori eò licentiæ proceſsêre, vt Archidamum Regem mulcta affecerint, ideo ſolum, quod cum puſilla coniuge matrimonium contraxiſſet. Alios autem Reges ſæpe ſæpius per meras calumnias, ex aſpectu ſtellarum petitas, regimini cedere & magiſtratu abire fecerunt. Eodem hæc ſpectant Iacobi potentiſſimi Regis noſtri in Colloquio Hamptonienſi, verba: *Hinc de plebe Iacobus & Thomas, Gulielmus & Richardus, de me meisq. Senatoribus, cunctisq. actionibus noſtris, determinabunt: dicēte Richardo, ſic erit; Gulielmo verò replicante, nequaquam, ſed ſic erit.* Intelligenti pauca. Hos ſiquidem Ephoros Rex ſæpius in magno vitæ diſcrimine pernicioſos ſibi ſuiſq; expertus, vt ſibi ab ijs caueat, multa admonitione non indigebit. Ne tamen meis Puritanis longè petitos ſenſus in affectato Ephororum officio, affingere videar: nolo mihi credāt ſed ſuo Rennechero, primario Diſciplinę præconi. *Politicum* (inquit) *imperium eſt ſubalternum tantum Regimen, idq. ad Eccleſiaſticæ œconomiæ præſcriptum.* Inferius: *Eccleſiaſtica diſciplina, eſt inſpectrix & cuſtos Regiminis ciuilis.* Subdit: *Ne Magiſtratus imperet contrà Dei verbum cōtrà naturam, aut bonos mores.* Hoc autem idem eſt, quod Ephori ſibi in Reges aſſumebant. Nolo quoque Rennechero ſoli credant, ſed Bezæ libro de presbyterio pagina 124, dicēti: *Quis tandem Reges & Principes ab hac non humana ſed diuina dominatione eripiet?* Nolo denique, vt Bezę, Renneckeroque ſolis, ſed etiam Sueccano apud Rogerium in ſua Doctrina Anglicana, pagina 206. credant, dicenti: *Non hic excipitur Epiſcopus, aut Imperator. Nulla hic acceptio, aut exceptio eſt perſonarum.*

Colloq. Hāp. pag. 79.

Rennecher. in pſalm. 2. pag. 72. Ibid. pag. 74. Ibid pag. 78.

4. Ex prædictis patet; excommunicationem, depoſitionē, occiſionemque Principum Conſiſtorio repugnantium, ex intima conditione Diſciplinæ conſiſtorialis (quæ præſumit ex verbo Dei, ſe eſſe *Dei ſupremum in terris Regimen; præcipuum totius excellentiæ thronum; Chriſti tribunal &c.*) naturali conſequutione effluere: Puritanumq; non eſſe qui huic Diſciplinæ pari certitudine, ac ipſi verbo, & Sacramentis, non credit. Denique nec

Beza de excom pag. 4. & de presb. p. 124 &c. Cartwright. l. 2. p. 53. Beza ep. 14.

ſiaſtica inuolarunt. Quod etiam, Epiſtola dedicatoria Bibliorũ, & Bruſius pluribus confirmat. Quorum, & multorũ aliorum dicta id generis, veluti in diuite penuario, quærenda ſunt in Scioppij Eccleſiaſtico, in Gretſeri Exegetico commentario, Summuliſque, & affluentiſſimè apud Bancroftum loco ſuperius allegato. Sed quid tandem viri boni concludunt? Nimirum, cùm ita ipſi indignè à principibus bulimia bonorum Eccleſiaſticorum laborantibus deſtituantur, omnes Principes bona Eccleſiaſtica ſibi vſurpantes, eſſe ſacrilegos. Id Viretus inſtar omnium, per totum ſuum dialogum tertium Alborum dæmonum, prolixè probare nititur. Verùm ego in hac Britannomachia, malo vnius Britanni ſuperioris dignitatis teſtimonio, rem concludere. Poſſem (inquit Admonitor Populi Anglicani) *maiori ratione ac authoritate probare contrariam propoſitionem, nempe eſſe illicitum erogare laicis beneficia, Miniſtris & Concionatoribus pijs legibus debita*. Supprimit Orator quod ruſticus nõ celaret; nempe, *aliter facientes quoſcunque laicos eſſe patrimonij Deo deuoti expilatores ſacrilegos.* O iuſtum Dei iudicium! O Reformatoris (dicentis per ſummum nefas; *Veni nobiſcum, omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpolijs*) promeritam vindictam! Atque ita iuſtiſſimo Dei iudicio, vt in libro primo præmonui, malè parta malè dilabuntur.

Bancroft. à pag. 232. ad 250. & 456. in fine.

Author Admonitionis (quem Puritani dicũt eſſe Whitgiftum) pagina vltima.

Prou. 1. Vide ſuperius cap. 11. par. 5. pag. 104. & ſeq.

Circumretit enim vis, atque iniuria quemq;
Atque vnde exorta eſt, ad eum plerumque reuertit.

Sed cum his Reformatis Agyrtis ſeu verbi declamatoribus, de bonis Eccleſiæ nihil omninò debeatur: quandoquidem ſpectanda maximè ſit interpretatiua voluntas Fundatorum (qui ex duobus procul dubio multò libẽtius ad Principes, quã Miniſtros, ſuas fundationes deuolui malunt) ab Ouidio, quoad hoc, conſilium, Principes, ſumite.

Henriquez. pag 393. 394. Soto l. 5. Inſt. q. 3. a. 3. ad 2.

Fallite fallentes: ex magna parte profanum
Sunt genus: in laqueos quos poſuere cadunt.

Non enim alia menſura digni ſunt direptores patrimonij Chriſti, quàm vt bolum per execrãdam rapinam acquiſitum, ab alijs deuorari inhiantes cernant, ipſis interim inedia tabeſcen-

besceentibus, & vacuis faucibus in rei alienæ raptores frustrà allatrantibus.

5. Qui in bona Ecclesiastica siue Ministri siue Principes inuolarunt, an fortè rem ampliorem inde fecisse, & antecessoribus multò opulentiores euasisse, credantur? An potius, vt superius insinuaui, hoc aurum Tholosanum, hoc Christi patrimonium, hoc peccatorum pretium, hoc pauperum depositum, hoc animarum præsidium bonis sæcularibus admistum, veluti virga Moysis virgas magorum deuorans, depascente contactu non exhauserit? Ad quod penitius explorandũ, quid nobis Reformatores nostri sponte suppetãt ex parte vidimus. Duo tamen supersunt æquiore statera, vt quo loco statuque res hæc versetur, cognoscamus, ritè, rectéq; expendenda, Primò, an scilicet (vt hic innuere videmur) verè depauperentur magis ex his sacratis opibus rapaces earum depeculatores. Secundò, an Reformati suis progenitoribus effusius pauperum succurrant miserijs. In quorum examinatione, admiscebo nõnullas Regum & Patrum sententias dictis Reformatorum, ne tanti momenti quod ex hac inquisitione dependet fides, testibus innitatur tam incertis. Plura tamen vt consueui ipsorũ Reformatorum quàm aliorum conferam testimonia, *quod gloriosius victoriæ genus sit ab ijs cum quibus decertamus arma capere, & testes citare illinc stantes, istinc dicentes.*

Vide superius partem 3 & 5. cap. 11 libri primi.

Claud. Mamert. lib. 11. c. 10.

6. Quantum ad primum, magnum est ad fidem conciliandam à Carolo Magno istud testimonium, magnaq; veneratione, & æterna memoria à cæteris omnibus, à bonorum verò Ecclesiasticorum raptoribus simul magno pauore suscipiendum. *Nouimus multa regna, & Reges eorum propterea cecidisse, quia Ecclesias spoliauerunt, resq; earum vastauerunt, abstulerunt, vel diripuerunt, & pugnantibus loco stipendij dederunt: quapropter nec fortes in bello, nec in fide stabiles fuerunt, ----- regnaq; & regiones, & quod peius est, regna cœlestia perdiderunt, &c.* Plura habet sparsim in libro sexto capitulorum, quorum hæc verba totum continent argumentum. Ait verò Optimo Principi cõsentiens optimus Pater S. Augustinus; *Qui aliquid de Ecclesia aufert, vel furatur, Iudæ*

Carol. Mag. lib 7. capitulorũ Francicorum, seu legum Ecclesiasticarum & ciuil. cap. 104. 105. 188. Vide Decreta lib. 2. c. 1. & capitularia Frãcica li 6, 2. 3 5. & à c. 320. ad 325. S. Aug. hom. 45. in Ioan. Euãg.

proditori comparatur. De Catholicis autem Principibus, Patribusq; innumera prostant testimonia. De hæreticis verò, pauca sunt huc conferenda, & in tertium librum, vbi de alendis Ministris sermo erit, transferenda reliqua. Vbi inter alia carmina Erasmi Alberi, ad rem præsentem illud Deo annuente recitabitur.

Ecclesias diripiunt
Nec inde lucrum sentiunt.

Luth. in postilla Eccles. Dom. 4. & Dom. 26 post Trinit. & in c. 47. Genes. Colloq. Mẽs Tit. de bonis Ecclesiast. Tit. de mundo & eius natura. Vide Tit. de Eccl. Ministris. Sanderus lib. 1. de schismate Angliæ. fol. 113. Camden. in fol. edit. Lõd. an. 1607. p. 118.

Cui Lutherus astipulatur; inquiens: *Bene habet, cape, furare, rape, quoad lubet. Veniet tempus cum versa vice, præda tua alijs prædonibus prædæ erit.* Rursum: *Graue & insupportabile est eorum peccatum & iudicium, qui templa spoliant, & bona Ecclesiastica ad se rapiunt; quos Deus seuerè puniet.* Denique expressius: *Experientia liquet eos qui in bona Ecclesiastica inuolarunt, tandem ad mendicitatem redactos esse.* Planè ità est, in mea ipsius experientia quotidiana, vt nihil dicam de innumeris exemplis inter legendum perpetim recurrentibus. Vnicum exemplum instar omnium nobis erit Henricus octauus. Qui anno 1535. monasteria trecenta septuaginta sex, orbe stupente, & Anglia ingemente oppressit, in fiscum Regium annuo censu cedentibus centum viginti millibus aureorum. Hæc autem monasteria veluti tenuioris prouentus sibi vltrò donari, precibus armatis impetrauit. Anno verò sequente, ad maiora audenda animum adiecit, & in ditissima *monasteria* sexcenta quinque, *collegia*, (demptis ijs quę sunt in Academijs) nonaginta sex, *Hospitalia* centum & decem, *cantarias & liberas capellas* bis mille trecentas septuaginta quatuor, irruit, simulq; vniuersa diruit, & ipsos lapides ac rudera (nedum supellectilem, campanas, plumbum) in profanos vsus conuertit. Videbantur liberandi subditi (eam enim spem ipsis fecerat) ab omni deinceps tributo: quod tamen cæteris omnibus progenitoribus longè intolerabilius, eodem anno, illis imperare cœpit, & annis sequentibus adeò multiplicauit, vt in totis prioribus quingentis annis reliqui simul omnes Angliæ Reges nihil simile imposuerint. Is tamen, exhaustis thesauris suis, ac suorũ, eò indigentię redactus est, vt non tantum stanneam cuprinamq;,

namq;, ſed coriaceam pecuniam ſolus omnium Regum Anglorum procudere coactus fuerit. Et poſt hæc omnia, propago eius tota ſtirpitus eradicata euanuit, nullo à tribus gnatis conſpecto nepote.

7. Quod iam attinet ad ſecundum, quęcunque hic præmittere ſtrictim decreui, nihil erit neceſſe in proprio quem præmonui loco, replicare; cùm non tanta intercedet intercapedo temporis, nec tanta lucubrationis huius prolixitas, vt hic dicta vetuſtas facilè obrüat, aut deleat obliuio. Ea autem ferè ſolis duorum Miniſtrorum Pouelli, & Wigandi, conſtabunt teſtimonijs. Et in primis quidem ait Pouellus, *Plurimis in locis Rectores Eccleſiarum olim domos habuiſſe perhoſpitales & apertas, vbi pauperes & peregrini refici & curari ſolebant, in quibus nunc, tempore euangelij, propter prædictas cauſas non datur pauperibus poculum aquæ frigidæ, &c.* Wigandus autem lamentatur *ſacra bona, prouentusq́ Eccleſiæ à Politicis rapaciter contrectari, & per fas nefasq́; profanæ poſſeſſioni adijci, quibus tamen veluti pennis aquilæ reliqua corrumpuntur* (vnde proximè dicta cõfirmantur) *& iniquam copiam certiſſima inopia concomitatur.* In eandem quoque ſententiam multa congerit Hokerus, Couellus, Sarauia, & pro ſua virili parte vnuſquiſque reliquorum Miniſtrorum, ineptiſſime exiſtimantium ſuam ſe cauſam agere, quaſi ipſis vt Eccleſiaſticis, bona ſpiritualia debeantur. Id verò Principes minimè ſibi (ſaltem ſi ſapiant) perſuaderi patientur, cùm ſit palàm falſiſſimum, & à mente fundatorum, qui beneficia Eccleſiaſtica erexerunt, & Miniſtros à rebus humanis abreptos, votis omnibus affectarunt, remotiſſimum. Quæ omnia à nobis in rem ſcitu (maxime hoc tempore) oppidò neceſſariam, dicta, & ſubinde dicenda, à ſancto Auguſtino auream hanc ſibi habeant coronidem. *Maiores* (inquit) *noſtri ideo copijs omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & cenſum Cæſari reddebant. Modo autem quia diſceſſit deuotio, acceſſit indictio fiſci. Noluimus partiri cum Deo decimas, modò autem totum tollitur.* HOC TOLLIT FISCVS, QVOD NON ACCIPIT CHRISTVS. Hæc ſapiẽtiſſimè S. Auguſtinus. Nec minus ſapienter Catholicus quidem Princeps in Germania reſpondit,

David Pouel. Annot. in lib. 1. Itinerarij Cãbriæ, ad c. 2. pag. 829.

Ioan. Wigãdus in ſua Admonit. apud Sur. ad an 1566. ad mẽſem Ian. pag. 859.

Hokerus lib. 5. pag. 249.

Couell. in modeſt. Exã. cap. 11. per totum, pag. 142. & ſeq.

Sarauia l. 2. de Miniſtris Eccleſiæ c. 4. 5. 14. 22, 23. 28. 29. &c.

S. Aug. de 50. hom. hom. 48. cap. 2. tom. 10.

respondit non ità pridem cuidam Principi Reformato sciscitanti quid vtilitatis haberet ex tot in ditione sua Monasterijs; *Multum* (inquit) *mi frater, multum. Nam si pecunijs egeam hic semper paratas inuenio. Ito tu necessitate pressus, ad deserta, vel aliorsum conuersa monasteria tua: videamus præter vacuas manus quid relaturus sis.* Non enim nunc (vt ipse Sutcliffus obseruauit) Principes vrgente necessitate, è religiosis domibus illa habent opportuna quæ consueuerunt habere subsidia Equitum, peditumvé, aut pecuniarum: cùm, disclusis religiosis, omnia luxu vestium, mulierum mundo, & cupediorum crapula (exhaustis miseris ad ipsa ossa vilicis) prodigè dilapidentur. Quæ de his dicta sint; tanta alibi breuitate (cùm vsus requiret) perstringendis, quãta vtilitate sæpius quidem censeantur inculcanda, sed semel plenè planeq; manifestanda.

Vide Gretse. comment. Exegetico, c. 14. ad finem, pag. 229.
Sutcliff. in Resp. ad articulum pag. 31. 32.

8. Nimis verò perfunctoriè hoc tertium præceptum transmitterem, si nihil de legibus Sectariorum, ne bona mobilia laicorum donari pseudo-Ecclesiasticis suis possint, in mediũ adferrem. Incipiunt enim (vt ait Sarauia) pastoribus Ecclesiæ numerare stipendia de fisco, pari ac ciuilibus Ministris distributione, & prohibere ne aliunde ditescant. In quos proinde ait Sarauia, *Sarcasmus est Iulianæ Apostatæ, & hostium Christianæ Religionis, deprædatis Ecclesiarum opibus, insultare Doctoribus & Pastoribus Ecclesiarum, ac dicere ipsos esse pauperes oportere, ad Christi Seruatoris, & Apostolorum ipsius exemplum.* Hoc quidem vt malè à Sarauia de lupis prò pastoribus intelligitur, ità non perperam ad veros Pastores transferri possit. De legibus enim eiusmodi in Christi vnctos sancitis, grauissimè subinde conqueruntur Patres. Ait enim S. Hieronymus: *Pudet dicere. Sacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & scorta, hæreditates capiunt. Solis clericis, & monachis hoc lege prohibetur.* Idem ad Valentinianum Iuniorem scribit S. Ambrosius, stylo quidem magis oratorio, sed sensu prorsus eodem. Et de simili (par enim est ratio, ne portio terræ à sæculari iurisdictione transeat ad spiritalem, & ne ciuis Reipublicę sęcularis, fiat religiosus) lege Mauricij Imperatoris, ait S. Gregorius: *Requirat rogo Dominus meus pijssimus, quis prior Imperatorum*

Adrian. Sarauia de diuersis Gradibus lib. 2. cap. Vlt. Ibid. cap. 5.
Vide Ribadiner. de Principe lib. 1. cap. penul. & Vlt.
S. Hieron. ad Nepotianũ.
S. Ambr. 31.
Vide Gretse. lib. 3. Cõsid. ad Venetos, consid. 1. pag. 273.
S. Greg. lib. 2 epist ep. 62. Ibid ep. 65.

Imperatorum talem legem dederit, & subtilius æstimet, si debuit dari. Rursum: *Quam legem, primum (sicut ij dicunt qui leges veteres nouerunt) Iulianus protulit: de quo scimus omnes quantum Deo auersus fuerit.* Diuersus certè fuit à Iuliano Leo Macelles, Orientis imperator sub annum 475, cuius in doctrinæ ac pietatis professores munificentiæ, cùm Eunuchorum quispiam inuideret; diceretque præstare effundi illas opes in milites: respondit Imperator, *Longè optatius sibi fore, vt in sua ætate, militum stipendia in Philosophos conferantur.* Nec tamen omnium Imperatorum eo felicior vllus fuit, aut hostibus formidabilior. Nunc autem quotus quisque est, qui cum HVSSO, ab inuidia non dicat; *quotidie possessiones accrescere Clero, Baronibus decrescere: Plusquam quartam partem regnorum ad manum mortuam deuolui, adeoq; à Republica esse decisam.* Dixit olim hoc ipsum M. Antonius Capellus, & dixisse meritò luget. Non enim, vt in controuersia secunda capite 60, & sequentibus, ipsemet ad se reuersus, (numeris hominum, opumque ad Ecclesiasticum statum pertinētium subductis) decimam partem vel harum, vel istorum, sorti Ecclesiasticæ adiungere potuit. Faciam id ego celeri trāscursu, saltem de opibus, omninò perspicuum. In Francia (vt de vno loco pro omnibus certiores simus) sub Carolo nono quindecim animarum milliones numeratos fuisse scriptitant. Certè Ecclesiasticorum, tota Francia non recenset (vt sensui communi apparet) quatuor milliones, seu quadragies centena Ecclesiasticorum millia. Imo omnes simul, non sesqui millionem, seu quindecies centena millia; adeoque nec decimam partem reliquorum attingunt. Iam verò de opibus totius Galliæ Ecclesiasticis, à rerum peritis inita ratione, vix quinque milliones deprehenduntur. Ex quibus in singula capita Ecclesiasticorū qui dicuntur habere quartam partem omnium prouentuum, (modò vel decimam illam populi partem attingant) ad omnia humanæ vitæ pro victu & amictu necessaria, quinque aurei integri non resultant. Hanc autem summam ita dispensari, prima specie, agnoscitur esse tum ridiculum, tum absurdum. Porrò cùm Serenissimus Iacobus Rex noster, dicat *immensas opes in templa,*

Suidas ad literam L.

Hussus li. de ablatione bonorū tēp. à Clericis.

Capellus cōtrou. 2. c. 61.

Capell. c. 62.

Apolog. pro Iuram. fol. 148. 149.

in templa, monasteria, & præsertim in Iesuitarum Sectam effusas esse: meritò quidem hoc dixerit, Antonio Arnuldo credens: qui in Francia sola duos milliones Iesuitas acquisiuisse in sua declamatione anno 1594. apertè delirando finxit. In rei tamen veritate, in tota Francia cùm vt opinor plus minus mille ducēti Iesuitę tunc temporis reperirentur (quamuis la Martelier dicat ipsos quàm alibi esse istic ditiores) dicunt tamen ipsi, Gallicè: *Ils offrent vous faire transport de tout ce qui se trouuera leur appartenir en France, au dessus de cinquante mil liures, &c.* Hoc est, vltrò offerūt, (idq; impressis syngraphis) pro quinquaginta millibus francorum, seu viginti scutorum millibus monetæ Italicæ (ijs qui cautionem dabunt de hac illis summa quot annis præstanda) vniuersa quæ ad suam vitam tolerandam obtinent. Quod satis clarè ostendit, multis millionibus, nedum millibus pauperiores esse Ecclesiasticos quàm vulgi simplicitas, aut augens omnia liuor, persuasum hactenus habuit. Nō enim hæc tempora Ecclesiasticis centena ista millia cōferunt, quin potius (vt his quę dixi liquet) auferunt. Adeoque pijs omnibus Principibus auferendæ potius hoc tempore sunt leges Ecclesiasticis derogatoriæ, quā citra vsum opusq; alieno tēpore stabiliendæ. Siquidem solus Henricus octauus Anglię Rex plura bona Ecclesiasticis ademit, quàm toti fortè ordini Ecclesiastico ab eius Schismate inchoato, aut aliquot sęculis (vt probabiliter conijciamus) frigescente charitate accrescent.

Vide Paul Gimont en l'aduis sur le plaidoié de la Martelier, pag. 44. & seq.

Vide Francisc. Montani Apol. c. 34

1. Knox. in exhort. ad Angl. Geneua an. 1559. Ian. 12. pag. 91. 92.

De quarto præcepto, Puritanorum dogmata.

1. *Iugo Disciplinæ debere subesse omnem Magistratum.*
2. *Ciuilem Magistratum in rebus Ecclesiasticis non posse esse, moderatorem, iudicem, arbitrum.*
3. *Principem Christianum, & Ethnicum, in rebus Ecclesiasticis par ius habere.*
4. *Plebem Rege esse meliorem, & posse pro arbitrio Regem deponere.*
5. *Seniores Christianis Principibus tales esse, quales fuerunt Lacedæmoniorum Ephori in Spartana republica.*
6. *Generalem duntaxat synodum esse in rebus spiritualibus competentem iudicem.*

2. Cartwrig. de Discipl. l. 2 p. 154. 165.
3. Ibid. l. 3. p. 162. 163.
4. Buchan. de iure regni pag. 13.
5. Fenner. Theol. sacr. pag. 186.
6. Acta Edinburgi 24. Octob. 1605.
7. Knox in loco citato.

7. De

7. *Deponendum esse Principem Consistorio non obsequentem.*

8. *Consistorium, etiam rurale, posse Principem excommunicare, excommunicatumq́; ab vnoquoque tollendum.*

9. *Nihil alicuius momenti determinare Principem posse sine comitijs.*

10. *Exterminandas esse è Republica Christiana tres illas orbis terrarum pestes, & quisquilias; 1. Pontificiam Ecclesiam, 2. Nobilitatem, 3. Iuris prudentiam.*

11. *Reges omnes ac Principes innata quadam proteruia, Ecclesiastica obsistere libertati.*

12. *Sublimatis in Ecclesia Senioribus, Consistorij, debere Magistratum sedere in inferiori subsellio.*

8. Vide resp. Sutcliff. ad Art. calum. pag. 139. n. 4. & p. 71. 75. Buchan. loc. cit pag. 70. 9. Apud Sutclif. ibid. p. 140. nu. 16. Exam. libri publ. prec. 10. Colloq. Cabillon. Prateol. in Alphab. l. 2. cap. 22. 11. Basilicon doron, p. 39. 12. Danaus de potest. Eccl. cap. 24.

Annotationes in dogmata Puritanorum, de quarto Præcepto.

1. TOrtor quidam Formalista, ait, Primatū Regiū Ecclesiasticū Puritanis probari. *Profitētur* (inquit) *subscribunt, iurāt in dies. Sed & illi quod faciunt, ingenuè faciunt.* Si tamē Articuli, seu dogmata hic recensita Puritanorum sint, vt certè sunt vel maximè: hæc Tortoris verba, procul à veritate ad simulationem detorta, videātur. Cū enim Disciplina cōsistorialis, fidei Puritanorum pars essentialis, habeatur: nequeūt prius Magistratui obtēperare, quā suæ Disciplinæ nūtiū remiserint, adeoq; fidē abiurauerint. Vnde & à Serenissimo Rege Iacobo anarchi, & passim acephali (quia nulli potestati parere consentiunt) esse dicūtur. Deinde Carturigtus omniū præcipuus, omniū nomine dicit aliquoties; *Christianū Principem, non nominandū quidē Ecclesiæ supremū post Christū caput.* Quin potius, *omnem omninò Magistratū debere lingere pulueres pedū Seniorū; alioqui pijs omnibus esse abdicandum,* dictis factisq; vt vidimus definiunt. Prò Scotia & Geneua, necnon pro cæteris locis ad quæ obrepere funesta illa potuit disciplina, rei euētus (nedū testes omni exceptione maiores) id clamat. Vnde etiam fit, vt Geneuæ sedēte Magistratu *in subsellio inferiore, conspicui in editiore loco sedeant Seniores, ex fæce populi: tū vt populo appareant, tū vt Ministri cōcionantis doctrinā facilius intelligāt.* Nimirū hoc est quod animaduertit Eccles. inquiens:

Tortura Torti p. 379. Monitoria praef. Praef. Rogerij ad Art. Doctr. Anglic. num. 15. Carturight. de Discipl. l. 1 p. 192. 193. l. 2 pag. 48. 154. 157. 165. 167. l. 3. pag. 162. 163. Sutcliff. loc. cit. pag. 140. n. 15.

Danaus de potest Eccl. cap. 24. Rennecher. in ps. 2. p. 37. 72. 74. 78. Eccles. 10. 7.

Annotationes in Dogmata Puritanorum, de sexto ac nono præcepto.

1. SI istorum Articulus primus (repugnans palam sancto Paulo capite quinto ad Ephesios) quicquam valeret; matrimonium præcedens occasionem Incarnationis Christi, nō posse præfigurare vnionem eius cum Ecclesia: quomodo Sol, & Luna, Angelique, (vt ipsi aiunt) mysticè denotant Consistorialem Disciplinam, cùm Adami & lapsum, & creationem anticipauerint; adeoque Puritanorum Disciplinam (si credere fas est) à Christo in Ecclesia institutam, tam quoad se, quàm quoad occasionem, præcesserint? De secundo autem Articulo, meritò dixit Ministrorum quidam in Colloquio Mompelgartensi: *Non vellem mille florenos, imò ne totum quidem terrarum orbem accipere, vt talia meis auditoribus proponerem, tam manifestè falsa: quod videlicet, perpetrantes peccata contra conscientiam, scortatores & adulteri, si sint electi, retineant in ipso actu peccati, fidem & Spiritum sanctum?* Hæc tamen impia Bezæ doctrina, radices altiores in Anglia egit. De tertio Articulo, quinto item, & sexto, latius Deo dante inferius agemus.

Eph. c. 5. v. 32 & seq. Vide Exam. prat. Discipl. p. 422. 423.

Colloq. Mōp. pag. 465.

Colloq. Hāp. pag. 42.

2. Animi pendeo, qua freti occasione spurijs (per quos Reformatorum potissimum creuit res) Puritani aliquot Synodalibus decretis tantoperè aduersentur. An quia (vt autumat Becanus) promissio facta Abrahæ, eiusque hereditati, ad solos legitimos spectat? An ex verbis solis (quæ instar oracula ipsis) Caluini, dicentis; *Meritò quæris, an idololatrarum, & excommunicatorum liberos, donec resipiscant Parentes, ad baptismum admittere liceat?* Si primum: vbi ex Scripturis probatio? certè quia temporalium hæreditas ad solos legitimos pertingebat, cùm filij concubinarum solis muneribus gauderent, non ideo sequitur salutis hereditate spurios spoliari. Alioqui enim suo sibi se Reformati iugulant gladio, cùm nemo de natalitijs suis ità sit securus, vt certus sit à fidelibus parentibus, in legitimo thoro transfusam sibi Abrahæ factam promissionem. Atque ità sicut

Becā. Apho. 22. Calu. Vide Adri. Iungium de doctrin. & morib. Euā. lib. 3. c. 7. Calu. tom. epist. p. 322. Gen. 25. 6.

 qui

qui per imprudentiam filius sibi videtur Iosephi, qui est filius Iudæ: sic qui persuasione sua certò est electus, vnius literę mutatione, non electus, sed eiectus, comprobetur. Iuxta illud:

Tu tibi securam ne polliceare salutem,
Electum nec te finxeris esse tumens:
Litera mutetur cognominis vna superbi,
Rectius eiectum te vocitare potes.
Namq́; fores superas pulsans quasi filius hæres,
Seu Nothus, ac effrons, eijciere foras.

Frus. epig. 59

Si secundum: omnis iactata hactenus certitudo salutis, apud Reformatos, collabetur; quandoquidem solius matris testimonio, in propria causa, constet quicquid constat de prolis ortu à parente idololatra, excommunicato, vel fideli. Si verò à non credente vtroque parente progignitur, nihil (inquiunt) baptismus ipsi prodest: quia nimirum in sola fide parentum omnis eius stat salus. Verùm, fusius vbi de baptismo hæc discutienda erunt.

Vide Refut. Riders, pag. 137.

Exam. lib. Publ. prec. pag. 104.

De septimo præcepto, Puritanorum dogmata.

1. *Vsuram esse licitam.*
2. *Audacter vsurpandas vi vel fraude fortunas proximorum.*

1. Carturig. in Apol. Vide Sutclif. in Resp. ad eandē p. 57. 2. Calu. Instru. con. Libert. c. 13.

Annotationes in dogmata Puritanorum, de septimo Præcepto.

1. TEstatur Huttonus, duos Geneuæ Ministros depositos ac proscriptos fuisse, quia improbarunt vsuram in eo statu licitam. Prodijtq; Doctoris Pie, *Spiritus vsurarij coniuratio*, ad refutandum emissum in defensionem vsuræ librum, anno 1604. Lucas etiā Challinerus Theologiæ (si Deo placet) Doctor (saltem manifestus seductor) Dublinensis, eandem edito libro, aliquandiu ante annum 1600 propugnauit. Hunc probè noui, ea in matrem impietate, in cęlibatum leuitate, in peierando prodendoq; perfidia, in coniugium improbitate, vt fœdissimo

Hutton. in 3 parte Resp. & in præf.

significant, suum esse, reprimere Principum insolentiam; ijs non assurgere; ijsq; quid facto opus sit præscribere; omniumq; rerum gerendarum censores agere. Nam Ephori eò licentiæ processêre, vt Archidamum Regem mulcta affecerint, ideo solum, quod cum pusilla coniuge matrimonium contraxisset. Alios autem Reges sæpe sæpius per meras calumnias, ex aspectu stellarum petitas, regimini cedere & magistratu abire fecerunt. Eodem hæc spectant Iacobi potentissimi Regis nostri in Colloquio Hamptoniensi, verba: *Hinc de plebe Iacobus & Thomas, Gulielmus & Richardus, de me meisq; Senatoribus, cunctisq; actionibus nostris, determinabunt: dicēte Richardo, sic erit; Gulielmo vero replicante, nequaquam, sed sic erit.* Intelligenti pauca. Hos siquidem Ephoros Rex sæpius in magno vitæ discrimine perniciosos sibi suisq; expertus, vt sibi ab ijs caueat, multa admonitione non indigebit. Ne tamen meis Puritanis longè petitos sensus in affectato Ephororum officio, affingere videar: nolo mihi credāt sed suo Rennechero, primario Disciplinę præconi. *Politicum* (inquit) *imperium est subalternum tantum Regimen, idq; ad Ecclesiasticæ œconomiæ præscriptum.* Inferius: *Ecclesiastica disciplina, est inspectrix & custos Regiminis ciuilis.* Subdit: *Ne Magistratus imperet contrà Dei verbum cōtrà naturam, aut bonos mores.* Hoc autem idem est, quod Ephori sibi in Reges assumebant. Nolo quoque Rennechero soli credant, sed Bezæ libro de presbyterio pagina 124, dicēti: *Quis tandem Reges & Principes ab hac non humana sed diuina dominatione eripiet?* Nolo denique, vt Bezę, Rennecheroque solis, sed etiam Succano apud Rogerium in sua Doctrina Anglicana, pagina 206. credant, dicenti: *Non hic excipitur Episcopus, aut Imperator. Nulla hic acceptio, aut exceptio est personarum.*

Colloq. Hāp. pag. 79.

Rennecher. in psalm. 2. pag. 72. Ibid. pag. 74. Ibid pag. 78.

4. Ex prædictis patet; excommunicationem, depositionē, occisionemque Principum Consistorio repugnantium, ex intima conditione Disciplinæ consistorialis (quæ præsumit ex verbo Dei, se esse *Dei supremum in terris Regimen; præcipuum totius excellentiæ thronum; Christi tribunal &c.*) naturali consequutione effluere: Puritanumq; non esse qui huic Disciplinæ pari certitudine, ac ipsi verbo, & Sacramentis, non credit. Denique

Beza de excom pag. 4. & de presb. p. 1. 24 &c. Cartwright. l. 2. p. 53. Beza ep. 14.

 nec

fœdiſſimo fœnoris crimini patronus nullus poſſet eſſe opportunior. Cæterùm à Caluino præclara hæc doctrina emanauit, dicente: *ſe non audere affirmare Miniſtris non licere vltrà mutui ſortem aliquid accipere. Nullo teſtimonio Scripturæ ſibi conſtare vſuras omninò eſſe damnatas, ſeu vſuram omnem eſſe prohibitam. Se vſuras in genere non damnare. Publicum vectigal eſſe à mercatorum vſuris.* Vbi verò fas eſt Miniſtris eſſe fœneratoribus, & publicum vectigal vſuris conſtare: quis dubitet Poneropolim Thraciæ, ſeu improborum ciuitatem conſpici, in qua illud Epheſiorum viget plebiſcitum; *Nemo de nobis vir bonus videatur, ſed ſi quis extiterit, alibi, & apud alios eſto.* Néve dubitet quiſquam, Geneuæ, Londini, & vbicunque Reformatio maximè floret, vſurariorum, & omnis nequitiæ ſummam eſſe copiam. Ità vt, de Geneua quidam (quemadmodum in vltimo capite libri primi, pagina 115. denunciaui) pronuntiare non dubitauerit:

Calu. in ep. pag. 346. 355. 356.

Vide Sciop. in præf. ad Mulſi fidelium.

Furum & latronum, atque impoſtorum, & nebulonum,
Natura hic poſuit quicquid vbique fuit.

De Londino verò, & quidem Londini, idque in totius ciuitatis celeberrimo ſuggeſtu, pro concione declamans ſeptimo Octobris 1604. Richardus Ieffreus (vt etiam in loco paulò antè prædicto, præmonſtraui) dixit: *Liberè eloqui poſſum quod manifeſtè vidi in meis itineribus, & adnotaui ex quibusdam diſcurſibus; in Belgio nunquam maiorem ebrietatem, in Italia maiorem luxuriam, in Iudæa maiorem hypocriſim, in Turcia maiorem impietatem, in Tartaria maiorem iniquitatem, quàm in Anglia generaliter, & ſpeciatim Londini eſſe in vſu.* Suffragatur Andreas Muſculus prò cæteris Reformatioribus ciuitatibus; inquiens: *Si quis videre volet ingentem turbam nebulonum, hominum turbulentorum, fallacium, impoſtorum, fæneratorum: ciuitatem aliquam adeat, in qua Euangelium purè prædicatur, cateruatim tales ibi reperiet.* Alibi dinumeratis in hoc loco improbis, *Atheos* aggregat. Denique ait: *Hoc de nobis Euangelicis teſtari cogimur; magis quàm nos guloſos, ſcortationibus, vſuris, circumuentionibus, fraudibusq; deditos, in toto iam mundo nuſquam reperiri.* Sed hęc inferius libro tertio, capite tertio reſumenda, leuiori tranſcurſu hic videntur perſtringenda.

Muſcul. côc. 1. Aduen. & in li. de prophetia Chriſti edit. an. 1560. p. 8. Erfordia. Ibid. de Nouiſſimo die, fol 78. 81.

2. In

2. In secundo Articulo agens contrà Libertinos qui Deū authorem mali fecerunt, Caluinus in persona non sua, sed Libertinorum, rapinam fortunarum licere affirmauit. Ipso verò tandem in eandem sententiam iurante, mirum est quàm effreni Caluinolatrę licentia circumuentionibus deinceps incubuerunt. De quibus ipse Caluinus inter multa sic ait. *Quidam miri ad captandum artifices humaniter excepti spoliant hospites, fugaq́; dillabuntur. Alij ancillas ad flagitium pelliciunt, ipsasq́; coniuges sine scrupulo solicitant. Sunt quoque innumeri impostores, mira enuntiantes, qui facilè credulis emungunt pecunias marsupia implentes. Alij mutuò petunt quantum valeant, quod nunquam sunt reddituri. Alij deposita sibi vsurpant, &c. Ipsimet Pastores turpissima sunt vel nequitiæ, vel malorum aliorum exempla. Et tales scilicet in contemptu se esse apud plebem, aut etiam ludibrij causa digito demonstrari quæruntur. Ego autem potius vulgi miror patientiam, quod non eos luto & stercoribus mulieres & pueri opperiunt.* Quibus per omnia simile scribitur à Mennone, libro de Christiana fide, c. de fide mulieris Cananeę. Ait enim: *Si ad Prædicantes veneris qui de verbo gloriantur, inuenies quosdam apertè mendaces, quosdā fornicarios, & fœneratores, quosdam superbos & fastuosos, tum habitu tum gestu, quosdam calumniatores & conuitiatores, quosdam persecutores & proditores innocentium. Quo iure etiam, ac fide, nonnulli matrimonia contraxerint, cuiusq́; notæ vxores habeant, Domino atque ipsis concedo. Agunt inertem & ignauam vitam, aluntur meris seductionibus & blanditijs ex Antichristi prædis & rapinis.* TANTVM DOCENT, QVANTVM VENTRI DEDITO MAGISTRATVI PLACET, QVANTVMQVE ILLE IVSSERIT. Tutius in his quàm in cęteris, credamus Ministris, cùm nihil magis compertum, & exploratum, proloquantur.

Cal. de scādalis Gallicè K.1.a.b. edit. 1560 per Ioā. Pinereul. Et de scandalis Latinè pag. 65. 66. 118. 127. 128.

Menoc. l. de Christ. fide.

3. Dixi reformatissimas ciuitates his sceleribus esse tantò magis obnoxias, quantò in Reformatione præ cæteris profecerunt. Cuius atrocis accusationis inuidiam ab omnibus Catholicis in se transfert (vt prænarraui sub finem libri primi) Kingus Londinensis hodie Ministropiscopus; inquiens: *Operibus & fructibus pœnitentiæ tam sumus nos peregrini, vt vix sciamus*

Kingus super Ionam sect. 32. pag. 442.

quid

nolentum & saniosum mundo aduenisse comprobant. Proh Deum immortalem! cui aliquando Euangelistæ *(non Reformato)* voces his Lutheri similes, vel per somnium exciderũt? [a] *Hic cædat, iugulet, & trãsfodiat, clam, aut palam, quicũque potest:* [b] *interficiat hic cæsim punctim, quicunque potest.* [c] *Hic clamo, Non, Non, Non, quam diu spiro, vt Cæsari, Regibus, Principibus, diabolis, & quibuscunque illia rumpantur:* [d] *vt fulmine de cælo tacti, igne infernali tosti, pestilentia, morbo Gallico, lepra, anthrace, alijsq; malis affecti, mali malè pereant.* Nequeo ad has Martini Lutheri ferales voces non exclamare.

O mites Diomedis equi, Busiridis aræ
Clementes, iam Cinna pius, iam Spartace lenis,
Martino collatus eris.

Nec à Parente degenerant filij, sed fatente Castalione, passim Ministri *cum omnibus conspirant, dum sanguinem effundere liceat, sed aliena manu, quoniam nobis (inquiunt) non licet occidere quemquam. Vbicunque* (inquit Ioannes Scutz) *pacem externam perturbare possunt, & efficere vt corpora etiam occidantur, nil faciunt reliqui ad summam diligentiam. Quos volunt* (ait Sturmius) *& quæ volunt, improbant, vexant, condemnant, proscribunt, palo propè & cruci affigunt, in ipsas propè vstrinas & rogos impellunt. Postremò si Magistratus his hominibus per triduum gladium suum concederet, crudelissima statim sequutura condemnationum tonitrua, fulgura, fulmina, quæ ne in abnepotum quidem conquiescerent supplicijs.* Hæc ab ipsis Ministris de Ministris, non certè à Catholicis decantata, & sexcẽta huiusmodi, cum quotidiana omnium locorum experientia, *sanguinariũ Reformatorum Euangelium* esse, liquidò manifestant.

2. Licet odia intestina ac vatiniana Reformatorum ex prędictis abundè concipiantur: iuuabit tamen de ijs Lutherum paucis audire. *Tam diabolica* (inquit Lutherus) *malitia & odium in nullis vel Ethnicorum historijs inuenitur, qualis apud eos exoritur quibus Christi verbum prædicatur.* Quod certè præ cæteris omnibus in Puritanorum scriptis, factisque maximè apparet. *Obuij enim* (inquit Wirgiftus) *concionatoribus amicis suis pristinis, non solum non salutant, sed in eorum facies exereant, imprecantes, vt desuper à lue corripiantur; cùm damnati sint, & sublatus ipsis à Deo spiritus, idq;*

a Luth. to. 3. Germ Ien. fol. 124. b Ibid. 84. 85. 125. c Ibi. fol. 33. d tom. 8. Germ. Ien. fol. 245. Idem tom. 2. Germ. Wit. f. 82. 262. tom 6 f. 448 Vide Ecclesi. Sciop pag. 62. 63.

Claudian. l. 1 in Ruffin.

Castal in li. de Calũnia, c. 16 pag. 98.

Ioa. Schutz, lib. 50. causarum in serpente antiquo p. 155.

Sturmius apud Lanath. in hist. Sacr. 4. anno. 1561 pag 42. a. Vide Resp. Sutcliff ad art. Calum. pag. 80, 93. 95. 128.

Luth tom. 4 Ger. Wit ad c. 15. Ioan. fol. 220. b. & tom. 7. Ger. Ien. fol. 162. 163.

Whitgiftus in Defens. Resp. ad Admonit. apud Ormerod. in pict. Purit. Quatern. L. 4. a.

quid pœnitentia significet. Adeoq; procul abest vt simus veri Israelitæ cum Nathanaele, aut ex parte Christiani cum Agrippa, vt potius conuincamur perfecti Athei. Et quod Tullius inter naturæ portenta retulit, in quadam regione cænum siccitate, & pluuiâ pulueres causari, in nos verè conuerti queat, quibus abūdantia gratiæ peperit abundantiam peccati. Et sicut aliqui ex lege arripuerunt occasionem maioris nequitiæ, sic nūquam inter nos fuisset iniquitas ità luxuriosa, nisi ex luxuriante, seu redundante Euangelio.

Hactenus de præceptis quid Puritanis videatur. Octauum autem ad secundum, nonum ad sextum, decimum ad septimū referatur. Superest vt dogmata eorundem de Sacramentis sine vllis annotationibus cursim perstringamus, quod tertio libro scholia simus ad singula, cum diuina ope, consignaturi.

CAPVT OCTAVVM.

Dogmata Puritanorum de Sacramentis in genere. 1. Exam. lib. Publ. prec. p. 110. &c.

1. *Sine concionatorio Ministro nullum esse Sacramentum.* 2. Epist. Purit. ad Hoker. p. 29 30.
2. *Intentionem Ministri nihil iuuare.* 3. Bezæ apud Hun. de Sacr. c. 13.
3. *Diabolum posse esse Sacramentorum Ministrum.* Exam. lib. Publ. precū.

DE BAPTISMO.

1. *Baptismi nullam esse necessitatem absolutam.* 1. Pag. 105. 121.
2. *Baptismum conditionalem esse reÿciendum, & non innotuisse ante annum 1161.* 2. Pag. 212.
3. *baptismum ex se non regenerare, nisi ex operibus detur iustificatio.* 3. Pag. 87.
4. *Priuatum baptismum, vel extrà templum, nullum esse.* 4. Pag. 86. 107. 108.
5. *Infantes sola fide parentum baptizari.* 5. Pag. 88.
6. *Teneram conscientiam non debere ferre crucem in baptismo.* 6. Pag 100.
7. *Baptismum debere esse tantum die Dominico.* 7. Pag. 85. 107. 108.
8. *Sponsores diuersos à parentibus nihil prodesse.* 8 Pag. 88. 124.
9. *Proles Infidelium frustrà baptizari.* 9. Pag. 104.

 10. Pag. 104.

1. Ibid. pag. 128. 129. 2. Pag. 123. 3. Colloq. Hamp. p. 10. 1. Exa. ibid. pag. 129. 2. Pag. 117. 3. Pag. 129. 4. Pag. 80. 182. 5. Carturig. l. 1. p. 158. Resp. Oxon. pag. 11. 1. Exam. cit. p. 87. 2. Pag. 116. 3. Colloq. Hamp. p. 28. 1. Barrow in supplicio. 2. Artic. 14. Purit. apud Alison. 3. Exa. Publ. prec. p. 5. 127. 4. Colloq. Hamp. p. 34. Exam. Publ. prec. p. 114. 5. Exam. cit. p. 89. 6. Martin. in Admon. Angl. p. 159. & seq. 1. Exam. lib. Publ. prec. pag. 133. 2. Roger. de doctr. Eccl. Angl. p. 169. Ormerod. O. 2. b. 3. Fulc. cont. Rhem. test. fol. 38. 4. Vide Britann. lib. 3. c. 6. n. 2.

10. *Praire baptismum spiritus, baptismo aqua.*

DE CONFIRMATIONE.

1. *Confirmationem esse prauam imitationem Apostolorum.*
2. *Confirmationem à Formalistis pluris fieri baptismo, ac cæna.*
3. *Confirmationem esse illicitam, inutilem, vanam.*

DE EVCHARISTIA.

1. *Communionem præcipi singulis Dominicis Act. 20. 7.*
2. *Communionem obsignare gratiam Sacramentalem baptismi.*
3. *Communionem præcipi omnibus baptizatis, Lucæ 22. 19.*
4. *Geniculando communicare, esse idololatriam.*
5. *Communionem essentialiter exigere concionem.*

DE POENITENTIA.

1. *Absolutionem omnem esse, non imputando.*
2. *Neminem à gratia excidere totaliter vel finaliter.*
3. *Nullam peccatorum pænitentiam fidelibus esse necessariam.*

DE ORDINIBVS.

1. *Episcopos non Christi sed Antichristi ministros esse.*
2. *Coram Episcopo nullum iuramentum nuncupandum.*
3. *Episcopos, Decanos, Archidiaconos, non esse membra Ecclesiæ.*
4. *Ordinarium ius confirmandi non esse penes Episcopos.*
5. *In nouo testamento presbyteri nomē non denotare Christi ministros.*
6. *Ministros Christi solis eleemosynis alendos.*

DE MATRIMONIO.

1. *Matrimonium non repræsentare Christi cum Ecclesia vnionem.*
2. *Matrimonium inter infæcundos esse irritum.*
3. *Adulterium non posse condonari ab insonte coniuge.*
4. *Repudium licere si alter coniugum fugiat. 2. si debitum pertinaciter negetur. 3. si flagitium proponatur. 4. si impotentia superueniat. 5. si cum tertia alibi contrahatur. 6. si lepra accedat. 7. si sterilis coniunx. 8. si parentes non consenserint. 9. si ementita virginitas. 10. Si coniuges sint molesti.*

DE EXTREMA VNCTIONE.

F. *Extremam vnctionem esse ceremoniam otiosam, tamen impositioni manuum æquiparandam.* Exam. cit. p. 129.

CONCLVSIO SECVNDI LIBRI.

Cùm perspicuum iam sit Puritanos ac Formalistas toto quod aiunt cælo distare, & totam crisim disciplinæ habere diuersam: non absonum est mihì visum coronidis huius libri causa, ostendere paucis, in quibus distét discrepentq; Puritani à Disciplina Caluinistarum in Francia, vel alibi degentium. Tantum in Schemate rem proponere institui.

Schema Discrepantiæ inter Puritanos, & cæteros Caluinistas.

I. DISCREPANTIA.

Legendum & non legendum in Ecclesijs.

1. *Licere in Ecclesijs, Caluini homilias in Iob legere.* Eccles. Belgica. 1. Sutcliff in Resp. ad art. Calum. p. 23. 117 141 142.
2. *Ipsas Scripturas non esse ita legendas, ne quidem defectu concionis.* Eccl. Purit. Angl.

2. *Licere Consistorio, & non licere condere leges.* 2. Sutcliff. ibid. p. 38. 103. 139.

Licere. Eccles. Purit. in Anglia. Vide Art. ad 4. præcept.

Non licere Consistorio, sed Synodis. Ecclesia Geneuensis.

3. *Communicandum singulis Dominicis, & tertio tantum mense.* 3. Sutcliff. ib. p. 120.

Communicandum singulis Dominicis. Ecclesia Purit. Anglicana.

Communicandum quoque trimestri solo. Ecclesia Geneuensis.

4. *Ruralia Consistoria dependere & non dependere à Ciuilibus.* 4. Sutcliff. ib. 142.

Non ab ijs dependere. Ecclesia Puritanorum Anglicana.

Dependere. Ecclesia Geneuensis & Scotica. Nam in Scotia sunt tantum 52. Consistoria, à quibus reliqua ruralia depēdent.

5. *Doctores & Pastores esse & non esse distinctos.* 5. Sutcliff. ib. p. 143.

Esse distinctos. Ecclesia Puritanorum Anglicana.

Non esse. Ecclesia Geneuensis.

6. Viduas & Diaconos esse & non esse personas Ecclesiasticas.

Sutclif. ibid. pag. 143. *Esse tales.* Ecclesia Puritanorum Anglicana.

Non esse. Ecclesia Geneuensis.

7. Ministros viuere, & non viuere debere ex eleemosynis.

Sutclif. ibid. pag. 144. *Non debere ità viuere.* } Vtrique vtrumque tenent diuersis tépo-
Viuere ità debere. } poribus. Vide annot. ad 3. præc.

8. Presbyteros exauthorandos quot annis, quot biennijs, quot triennijs.

Vide num 3. Annot. in 3. pracep. superiore. *Quot annis.* Ecclesia Geneuensis & Scotica Reformata.

Quot biennijs. Ecclesia Reformata Hollandica.

Quot triennijs. Ecclesia Lond. Gallorum.

9. Disciplinam Consistorialem esse certam, & incertam.

Bancroft. in Exam. Disc. prat p. 68. 69 *Certam esse.* Ecclesia Geneuensis.

Incertam esse. Ecclesia Puritanorum Anglicana.

Incertum enim est hactenus inter Puritanos in Anglia, vtrũ Doctores requirantur, & an Sacramenta administrent. Vtrùm viduæ Diaconissæ requirantur. Vtrùm suspensio sit ex Dei verbo. Vtrùm presbyteri non debeant esse perpetui. Vtrùm Ministri administrent matrimonium.

10. Disciplinam Consistorialem institutam, antè, in, & post legem.

Bancroft p. 71. & seq. per totum cap. 5, 6. 7. *Ante legem.* Carturightus, lib. 3. pag. 40.

In lege, antè, & } Beza de presbyterio, pag. 102. 103. 104.
post captiuitatem. } Calu. com. in cap. 18. Mat.

Post legem. Doctus discursus, pag. 12. apud Bancroftum in Examine Præt. Discipl. pag. 72.

Qui plura volet, Bancrofti Examen Prętensæ Discipl. consideret: ni fallar dicturus, nõ tãtum concordes nõ esse Formalistas & Puritanos, sed singulos singulis more Andabatarũ cęca sorte occurrere. Sic reuera inter Reformatos vniuersos,

Persius. *Mille hominum species, & rerum discolor vsus*
Velle suum cuiq; est, nec voto viuitur vno.

Quid ergò prohibeat quin dicam pro epilogo, ex S. Hilario: *Profectò nec fieri potest, nec ratio patitur, vt repugnantia congruant, dissimilia conglutinentur, vera & falsa misceantur, lux & tenebræ confundantur, dies quoque & nox habeant aliquam coniunctionem.*

S. Hilar. ad Const.

LIBRI SECVNDI FINIS.

BRITANNOMACHIÆ
MINISTRORVM
LIBER TERTIVS.

De Ministrorum in Sacramentis, & in plerisque doctrinæ capitibus, confusione, ac paradoxis.

PRÆFATIVNCVLA.

PRo Admonitione quadam quam hic institueram dare, ecce tibi Lector præfatiunculam. Non enim sinit angustia temporis ad alia elaboranda deputati, longiorem in Britannomachia moram. Aggrediar ergò ex abrupto rem ipsam, hoc tantum præfatus; de Sacramentis in communi nihil à me seorsim (vt ordo doctrinæ efflagitat) monumentis mandari, quia cum eis agitur, quorum confusa contrariaque dicta sine longo difficilique labore in ordinem redigi nequeant. Addo, quod potissimum erat in communi de septenario numero comprobandum, ipsos vltrò dare, dicentes; septem Sacramenta non grauatim Protestantes admittere. *Ità Bucherus, in Actis Colloquij Ratisbonensis anno 1541, & Illyricus in Actis Colloquij Lipsiensis, Adhorta-*

tione sua ad constantiam in agnita Christi Religione, **in 8.** *Magdeburgæ impressa anno 1550. Illi tamen, nisi Lutherus accedat, Reformatis nostris fidem non efficient. Ait itaque Lutherus (sed nō sine reformato mēdacij fermēto)* Scio Dionysium solum haberi ex Antiquis pro septenario Sacramentorum numero, licet Matrimonio omisso senarium tantum dederit. *Chemnitius tamen fatetur S. Cyprianum Sacramenta quinque numerare. Verùm ne tam præclari testis obrueretur authoritate, ad Reformatum quidem, miserum tamen, asylum, gratis subterfugit, inquiens;* Tractatum Cōcionum sancto Cypriano attributum, eum non habuisse Authorem. *Sed ab Erasmo, Fulcoque agnoscitur earum Author* aliquis saltem vir eruditus eiusdem ętatis, *seu*, non multò inferior Cypriano. *Quod nobis (sentientibus cum Bellarmino) satis est, vt sciamus mēdacem fuisse Lutherum dicētem*, solum *Dionysium Antiquorum haberi, pro numero Sacramentorum à Reformatis non agnitorum. Nam S. Augustinus tanti inter ipsos Reformatores habitus (vt ostensum est pagina 158. 159.) vltrà istos, plurimósque alios, (Innocentium primū agnoscit ipse Balæus, Szegedinus, & alij) qui Sacramenta plura vel pauciora prodiderunt (pro occasione nata, donec omnia tandem indicarent) singula quæ à nobis traduntur, se agnoscere profitetur. In primis enim pro Baptismo, & Eucharistia, ipsi Reformatores nō eunt inficias S. Augustinum apertè stare. Pro Confirmatione quoque ait*, Sacramentum Chrismatis in genere visibilium signorum Sacramentum est sacrosanctum, sicut ipse Baptismus. *Item pro Pœnitentiæ Sacramento, ait;* Eadem est

Luth. tom. 2. Wit. an. 1562. De capt. Bab. fol. 84 b.
S. Cypr. ser. de ablutione pedum.
Chemnit. in Exam. Conc. Trid. par. 2. pag. 7.
Erasm. com. in opera S. Cypriani, edit. Basil. an. 1558. fol. 287.
Fulc. cont. Rhem. Test. fol. 281. ad 1. Cor. c. 11.
Bellarm. de Script. Eccl. de S. Cypr. pag 93.
Balæus in Paparum Pageant. f. 26. Szegedi. in Speculo Pontificum pag 33.
S. Aug. ep. 118 ad Ian. cap. 1.
1. S. Aug. con. lit. Petil. l. 2. c. 104.

est causa Baptismi & Reconciliationis, sine quibus SACRAMENTIS, homines credunt se non debere exire de corpore. *Item pro sacro Ordine, inquit;* Vtrumque Sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque homini datur: illud cùm baptizatur; istud cùm ordinatur. *Rursum pro Matrimonio, dicit;* Huius Sacramenti res est, vt mas & fœmina connubio copulati, quamdiu viuũt, inseparabiliter perseuerent. *Denique pro Extrema vnctione, ait;* Quoties aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinem Christi ille qui ægrotat, accipiat, & inde corpusculum suum vngat, vt illud quod scriptum est impleatur in eo; Infirmatur aliquis, inducat presbyteros, & orent super eum, vngentes eum oleo. *Adeoque nostram doctrinam non* solus *Dyonisius, sed Antiqui & maximi Patrum confirmant, ipsique Reformati nobis iam annuunt, iam abnuunt, veluti temulento sopore correpti. Eosdem nunc de sua doctrina dimicantes paulisper contemplemur.*

2. S. Aug. li. 1. de adulter. coniugijs c. 26. & 28.

3. S. August. cont. Epist. Parm. l. 2. c. 13.

4. S. Aug. de nuptijs & concupiscentijs lib. 1. c. 10

5. S. Aug ser. 215. de temp.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

Quomodo discrepent quoad Baptismum?

Melanct. ad tom. 1. Luth. disp. de Baptismo, ar. 3.

Lib. 1. c. 7. num. 1.

In Exa. lib. Com. precũ, pag. 105. 112. 121.

Colloq. Hãpton pag. 17

HACTENVS semper creditum fuit, ad salutem tam pueris, quàm adultis, baptismum esse necessarium. Et inquit Melancthon: *Furor est affirmare, quod paruuli sine Sacramentis salui fiant*. Superius tamen, Formalistis vitio vertitur, quod astruant baptismi necessitatem. Id quoque culpant Puritani in suo Examine, nec non Doctor Willetus: licet in tota Anglia (haud tamen in Scotia) pueros baptizandi necessitas pro certo teneatur. De hoc autem articulo, relatu in primis dignum iudicaui dictum (licet quoad aliqua, improbandum) nostri Serenissimi Iacobi Regis magnæ Britanniæ, &c. *Videatur* (inquit) *vobis (proceres) mirum, quod ego qui nunc in Anglia vos plusculum tribuere Baptismo assero, ante quatuordecim mẽses in Scotia redarguerim meos Theologos qui eidem nimis parum tribuerent. Adeò vt, me procaculus Minister interrogaret, si baptismum ità esse necessarium iudicarem, quo omisso, infans damnaretur. Respondi, nequaquam. At te, si vocatus nolueris baptizare, idq́; priuatim, arbitror damnandum*. Hæc ille Reformatorum testis locupletissimus, à quo discrepantia, & Britanomachia, Ministrorum liquidissimè manifestatur.

2. Catholicis omnibus præcipuus est scrupulus, vtrùm Ministri non improbent omnem Baptismum. Nolunt enim primò quicquam (vt ipsi aiunt) in Ecclesia recipi, quod Christus non instituit. Baptismum autem Christi, & S. Ioannis Baptistæ, prorsus idem esse mysterium, & in nullo diuersum, decernunt; eiusdemq́; non fuisse Christum authorem, cùm sub lege & non sub Euangelio, in vsu esse cœpisset. Ex quo consequitur, ad Euangelium non spectare vllum baptismum, vtpote à Christo non institutum. Sed ipsorum aphorismos, proprijs verbis, audire iuuabit, ex quibus necessaria consecutione, omnis

nis baptiſmi vtilitas, nedum neceſſitas, denegatur. Et certè quoad neceſſitatem, ait Zuinglius; *nihil conducere, nihil conferre ad animarum purificationem.* Profectò, quod nihil conducit, aut confert, inutile cenſeatur. Idem quoque cum Zuinglio, voluit Caluinus, dicens: *Sacramenta non conferunt gratiam, neque ab eorum perceptione pendet iuſtificatio.* Quid ità, Caluine? *quia ſola ſunt ſymbola externa beneuolentiæ Dei.* An ergò non erunt neceſſaria, vel ſaltem vtilia? Minimè, teneris dicere: *quia diſcrimen quod inter nouæ veteriſq; legis Sacramenta notatur, penitus eſt explodendum.* Sacramenta autem vetera ſunt nobis ſecundum ipſum Apoſtolum *infirma, & egena elementa*; Rurſum, expreſſius: *reprobata propter infirmitatem, & inutilitatem.* Non igitur per Caluinum, vtiliora erunt Sacramenta nouæ legis; adeoque (quod dixi) Baptiſmus (*vt infirmum & egenum elementum propter infirmitatem, & inutilitatem*) erit reprobandus. Porrò, pro altera parte ait Lutherus: *dicerem non licere Apoſtolo ſua authoritate, Sacramentum inſtituere.* Et Caluinus: *idem fuit prorſus Baptiſmi Ioannis myſterium, quod Apoſtolis demandatum fuit.* Addit inferius: *hoc certiſſimum eſt.* Hinc ergò (vt dictum eſt) conſequitur, Baptiſmum in Euangelio non fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutum, adeoque nec retinendum. Non enim vel *Spiritui ſancto* (ait Caluinus) *in nouo teſtamento fas eſt ſuggerere aliud quàm quod Chriſtus ante ore docuit.* Qui, cùm Baptiſmum Ioannis non docuit, à quo tamen diuerſum (vt aiunt) non inſtituit, nullius Baptiſmi author haberi queat. Huc ſpectat quod Sarauia in Bezam ſcribens, perſtringat quoſdã qui ab Euãgelio ſemel ſtabilito, remouent Sacraméta omnia. Et Doctrina (ſcilicet Catholica) Eccleſię Anglicanæ per Rogerũ, idem Familiſtis, Mathęo Hamant, & Bãniſterianis (quę noua eſt Angliæ ſecta) attribuit. Non recenſet Willetum, examen Communium precum (à Puritanis communicato conſilio, & collatis ſymbolis, confectum) &c. à quibus tota doctrina neceſſitatis Baptiſmi euertitur. Crabrones tot, & tantos noluit irritare. Interim in illo examine, theſes iſtæ reperiuntur. *Baptiſmus non regenerat. Baptiſmus ad infantes non ſpectat. Baptiſmus non eſt abſolutè neceſſarius,* &c. Sed quare? quia

Zuingl. to. 1. lib. de Baptiſmo p. 70.
Calu. l. 4. inſtit. c. 14. nu. 14. Ibid.
Ibid. n. 23. 24
Galat. 4. 5.
Hebr. 7. 18.
Luth. de captiu. Babil. cap. de extr. Vnct. tom. 2. Wit. fol. 86.
Calu. inſtit. l. 4. c. 15. n. 7. & 15.
Calu. inſtit. l. 4. c. 8. n. 8.
Sarau. def. tract. de diuerſ. Miniſt. grad. c. 14.
Roger. p. 145. 148.
Willet ſuper pſ. 122. p. 92.
Exam. Com. prec. pag. 105.
Ibid pag. 87. 88 104. 106. 125.

Barl. in def. artic. p. 144. 145. sola fides iustificat. Adeòque (quicquid blandiendo contra symmistarum decreta fingit Barlous) superuacaneus est Baptismus: quandoquidem Caluino (cuius Ecclesiæ Geneuensi, *Calu. instit. l. 4. c. 15. n. 20* Britanica in plerisque Ecclesia libentius astipulatur) placuit; *multum damni inuexisse illam opinionem, quod Baptismus aqua sit de necessitate salutis;* nimirum quia *id commune (ait) est Sacramentis omnibus, superflua esse quoties alioqui memores simus passionis Christi.* *Idē in 1. Cor. c. 11. v. 24.* Denique filij fidelium Caluinistarum, *ab vtero materno sunt sancti, nec à Baptismo initium habet eorum salus, sed quæ salus iam in verbo signata erat, Baptismo obsignatur.* *Idem instit. l. 4. c. 6. n. 24.* Hæc enim Ministrorum axiomata stare nequeant, quin tam necessitas, quàm vtilitas Baptismi, è medio tollatur.

3. Britannomachia porrò Ministrorum circà Baptismum, his antithesibus spectetur. Prima: *Baptismus confirmat simul, & confert gratiam.* Hoc affirmant *a* Batlous, *b* Bilsonus, *c* Hokerus, *d* Witakerus, &c. Hoc verò, Doctor Willetus superius libro primo, capite septimo, numero secundo, inter noua dogmata quibus solida doctrina Anglicana labefactatur, cōputat. Suffragatur eidem *e* Fulkus, *f* Examen Communium precum, plurimiq; alij. Secundò: *Baptismus in necessitate à laicis, & mulieribus, administrari potest.* Id affirmat *g* Pastorale Ecclesiæ Anglicanæ, *h* Oxoniensis responsio, *i* Couellus, *k* Hokerus, &c. Id verò pernegant Ministri Scoti, Puritani Angli, & de eodem sic loquitur *l* Rex Iacobus: *Baptismus est necessarius, vbi licitè haberi queat; id est, administratus à legitimis Ministris, à quibus solis, & à nullo priuato in quocunque casu est administrandus. Impēsè tamen displicet omnis rebaptizatio, etsi fœminæ, aut laici, baptizassent.* Quæ media est opinio inter Formalistas, & Puritanos qui Ministrū ad essētiā Baptismi requirunt. Eā autem Regis sententiā Beza, à fratribus Anglis interrogatus de sua opinione, damnat, inquiens, *eiusmodi pseudobaptismū irritum habendū.* Caueāt obiter sibi fœminæ, quibus olim Ministri vt baptizarent, absoluerēt, Ministros consecrarent, caput Ecclesię essent, &c. ad earum captandam gratiam, permiserunt, nunc autem earum pertęsi, æmulas esse nolunt in quacunque Ministerij functione. Caueant, inquam, ne breui

a Barlo. sup. cit. loco.
b Bilson. in Vera Differentia pag. 539. 592.
c Hoker. in polit. Eccl. p. 127. 128.
d *Witak. cō. Duraeum l. 8 p. 662. 664.*
e Fulkus de purg. pag. 35.
f Exam. pag. 103. 104.
g Coll. Hāpt. pag. 14. 15.
h Resp. Oxo. ad pet. Puri.
i Cou. in def. Hok. pa. 518.
k Hoker. loc. cit. pag. 137. 139.
l Coll. Hāpt. pag. 17. 18.
Beza ep. 12.
Luth. in captiu. Babil. ca. de Ordine, & lib. de instituendis Eccl. Ministris.

ne breui vt ex numero Ministrantium iam sunt exclusæ, ex numero coniugum disclusæ, in meretricum porrò locum traducantur. Qui enim Berengarij opiniones alias suspiciunt, & amplectuntur: cur tandem cum eodem, matrimonia dirempturi, & fœminas pro scortis habituri, (maximè cùm tot etiãnum nouas diuortij causas, vt inferius ostendemus, astruant, & ad polygamiam approbandam tantoperè propendeant) nõ credantur? Cæterùm palam est circà Baptismi ritus, tempus, locum, susceptores, implacabiliter in Britannia confligi: de quibus, breuitatis causa agere supersedebo, de cruce sola dicturus. Tertia ergò antilogia, seu discrepantia est, de cruce inter baptizandum fronti impressa. Hanc probat Serenissimus Rex Iacobus, inquiens; *Intelligo ab Episcopis, & compertum mihi est ipsos Papistas nunquam crucis figuræ in Baptismo potestatem aut spiritualem gratiam attribuere*. Et cùm prius dictum esset à Wintoniensi vt vocant Episcopo, crucem in salutari lauacro vsurpatam fuisse tempore Constantini: suscepit Rex: *Itáne verò eò peruentum est, vt Constantinum Papismi, & superstitionis insimulemus? Si tum in vsu fuit, non video cur eam semper non retineamus*. Quis hic omnibus votis non optet, hanc Regis nostri sententiam ad omnia quæ hodie vtrinque controuertuntur decidenda, tanquam gnomam approbari? Non tamen obstante hac Regis persuasione, vt nec Synodali nupera sanctione, nec Liturgiæ publicę destricta impositione, potuerunt cohiberi Puritani, quin dicerent: *Impressum hoc signum crucis esse bestiæ stigma; esse superstitiosum, inutile, tenebrosum; esse teneræ conscientiæ intolerabile, & propter quod à Baptismo retrocedendum ei esset*, &c. His, Beza suffragatur, & in Britannia Geneuizantes omnes: adeò vt hoc nomine, impensè ibidem tumultuentur. Et hęc est Ministralis consonantiæ de Baptismo diaphonia; qua alij aliorum ex toto condemnant baptismum (aiunt enim Brounistæ Sacramenta Formalistarum, *esse falsa, omnisq́; sigilli promissionis vacua: adeò vt pij Christiani non debeant adferre proles baptizandas in illam societatẽ*) alij propter annexas cæremonias deuitant Baptismum, *vt teneris conscientijs insupportabilem*. Sed & Puritani credẽtes nullas

Vide Scherer. in postilla de sanctis cõc. 1. de S. Stephano, & cõc. 3. de Dom. 3. Quadrages. Guitmund. de Berengario, lib. 1.

Coll. Hamp. pag. 73. 74.

Ibid. pag. 69.

Synod. Lõd. an. 1603.

Exam. Com. precep. 100. 102. 103. Beza ep. 8. & 12.

Richard. Alison, in Doctrina p. 11.

esse ordinationes Formalistarum, Baptismum verò requirere verum, sine quo Baptismus non erit, Ministrum; dicere quoque tenentur, Formalistarum nullum esse Baptismum, quemadmodum vice versa de Puritanis idem tenentur Formalistæ sentire, & dicere. O malè concordes!

Ennius 8. Annal.

Haud doctis dictis certantes, sed maledictis.

Vt autem profundam eorum insolentiam in transultu intelligamus, considerandum est quomodo cum ipso nomine pueri baptizandi, litigent: ante omnia prouidentes *ne vel paganismum, vel papismum redoleāt.* Christophoro cuidam Hodgkinsono natus est filius, cui auus maternus suum imponere voluit Richardi nomen. Id gener quoque optabat. Snapus Puritanus Minister monebat, se puero non inditurum nomen, in Scripturis non commendatum. Parens autem tanti rem non putabat fieri, vt ad litigium spectaret, proindeq; puerum baptizādum produxit. Ventum eò est vt peractis cæteris, pusio Richardus, (prout antea condictum fuit) denominandus esset. Id Snapus non tulit, sed è vestigio infecto Baptismo recessit. Sequenti verò septimana, Pusio, Richardi nominè in Baptismo fuit alibi insignitus. Iam ergò, qualia sibi nomina sacris Scripturis accommodata, eos eligere existimatis? mira profectò, & hactenus inter omnes Christianos inaudita: *Dominus prope est; plus probationis; Reformatio; Disciplina; iteratum gaudium; Sufficiēs; Desuper; Dona gratuita; Nouus fructus; Puluis, &c.* quæ nunc perscribere longum esset, & otiosum.

Bancroft. in lib. posit. pericul. pag. 104. 105.

Virgil. 2. Georg.

Nam neque quam multæ species, nec nomina quæ sint,
Et numerus: neque enim numerum comprehendere, refert.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

De discordia Ministrorum quoad Eucharistiam. Quis primus Cœnæ author.

I. IN Regno diuiso, non vnionis, sed diuisionis, & doloris panis, manducatur. Non enim de alia re magis, quàm de hac funesta cœna, Ministri implacabiliter discordant.

Ecce patrem nati perimunt, natosq́ parentes,
Mutuáque armati coëunt in vulnera fratres.

Manilius 4. lib.

Ante omnia, de authore cœnæ Ministrorum, conuenit vt certiores efficiamur. Deinde, cætera suo ordine discutienda erunt. Tertullianus ait, *Diabolum res Sacramentorum in idolorum mysterijs æmulari.* Ministri autem Britanni, se inter se idololatras nuncupant. Puritani Formalistas, dicendo, *Episcopi in Anglia liturgiam suam idolum sibi fecerunt.* Formalistæ, Puritanos; disertissimis verbis: *obstinatos Puritanos esse idololatras, sua idola falsitatis, nouáque dogmata, adorando.* Res ergò Sacramentorum, in idolorum mysterijs diabolum inter Ministros Britanniæ posse saltem æmulari, Ministrorum testimonio liquet. Sed luculentius id ex Paræo, euincitur, ad obiectionem hanc Lutheranorum, respondente: *Doctrina Caluinistica de Eucharistia, à dæmone qui eam Zuinglio inspirauit, exorta est, ergò non potest esse vera.* Retorquet autem Paræus argumentum, dicens: *Doctrina quoque Lutheranorum de abrogata Missa, est etiam à dæmone inspirata: ergo similiter non potest esse vera.* Vtrinque ergò Ministri (necessitate, vt aiunt, tam consequentis, quàm consequentiæ) diabolum feralis Ministrorum cœnę authorem, profitentur. Attamen, luculentissimum id, sequens narratio, in tota Britannia omninò celeberrima, præstabit.

Tertul. de præscript.
Exam. Com. precũ, p. 159.
Pictura Puritani, in quæst. P. 2. a. b
David Paræus in prælect. Catechistic.

PRIMA PARS.

De Conuersione Francisci Walsingami, quia discipulus noluit esse discipuli, Diaboli.

ANno 1604. accidit Francisci Walsingami ad fidem Catholicam conuersio. Is ministrali diaconatu initiatus, omnes quos potuit ad hæresim traducendi, & reliquos in perfidia stabiliendi, ardore flagrabat. In eumq; finem libros selectissimos obuijs commodabat, quibus hæreseôn tabem aliena manu mentibus ignaris instillaret. Tandem id factitando, vni familiarium librum (cuiusdam, quantum meminit, Piscatoris) omnium vt rebatur ne Catholicus euaderet, efficacissimum, obtrusit legendum. Rogabat, instabat, vrgebat quàm studiosè potuit, vt socius quem propendere ad Catholicam fidem timebat, in legendo dicto libro paucos dies collocaret. Diuina prouidentia mirabilis hic illuxit. Non minus enim suspirabat socius ad Franciscum Christo lucrifaciendum, quàm Franciscus ipsum hæresi imbuendum. Librum itaque alter ea lege acceptauit, vt vicissim Fräciscus librum è vestigio ex sinu productum, sedulò citoque perlegeret. Placuit conditio. In hoc autem (qui traditus fuit Francisco) libro, quem Robertus Personus fœlicis recordationis, plurima eruditione exarauit, inter alia ad fidem gignendam appositissima, id in primis Ministris exprobrandi causa obsignatis tabulis obijciebatur, quod Lutherus dæmonis persuasione missam abrogasset, suamque cœnam exitiosam eius vice subrogasset. Legendo rem tam incredibilem, tāq; execrabilem, horret, steteruntq; ei comæ, & seu saxeus Franciscus noster stupet. Tandem mente ad se reuersa, sed fluctuante, nunc volutabat, *fas esse & ab hoste doceri:* iterum verò, *tardum debere contrà sententiam semel probatam, adhiberi fidem.* Pendebat denique noctu dieq;, animi, vt fit: Nam serò ægreque quis dedìscit quod didicit diu. Tandem aliquando illa cælitus infusa stetit sententia, non in eorum numero censeri,

censeri, qui *ex patre diabolo sunt, & desideria patris sui volunt facere.* Ioan. 8.
An verò Formalistę Angli tales sine omni tergiuersatione essent, explorare, hoc opus, hic labor erat. Sperabat enim fore, vt calumnia vel vt falsa consultis doctioribus abstergeretur, vel vt inanis, idonea purgatione eluderetur. Inter omnia tandem consilia totis sex mensibus agitata, illud visum est, licet ceteris audacius, tamen pro tempore commodissimum, vt ad Serenissimum Regem Iacobum Britannicę Ecclesię (vt aiunt) Caput, ad ipsum inquam, Regẽ, posthabito omni timore, auxilij consilijq; causa, in re desperata confugeret. Obfirmauit multum diuque hæsitantem terrore animum, ad id audendum. Compingi ergò curauit quoad licuit honestius, librum ipsum quo sollicitari cœpit, simulq; conscripsit libellum supplicem vnà offerendum, in eam sententiam, vt si Papistæ falsò criminati essent *Christum & sanctos eius:* Rex, sceleratum genus calumniatorum, solito seuerius mulctari mandaret. Sin è diuerso indelebelis infamia illa esset, Lutheri præcipuam doctrinam à diabolo manasse: eandem abiurandi, Rex indemnem faceret ipsi potestatem.

Sexto igitur Aprilis, seu feria sexta Parasceues (tempore nimirum, quo seria sola negotia pertractatur, postquam aliquoties, alternante spe, ac timore, ad Aulam venerat, & domum recesserat) Regi in sacellum transeunti tam Personij librum quàm supplicem libellum, porrexit. Rex autem ingressus in sedem, libro inspecto, veluti nouitate rei attonitus, elatiore voce iurauit, Papisticum facinus ac fraudem subesse. Emisit ergò repentè plures, qui quid hominis, quid consilij, quid denique facti huius vlterius explorare possent, ipsi renuntiarent. Franciscus verò iacta iam alea, præsenti animo, exitum rei in atrio præstolabatur. Exquisitus, præstò fuit, interrogatusq; pẽsiculatè de omnibus quæ petenda occurrebant, ad omnia cãdidè (vt est è millibus, maximè ingenuus) & appositè, respõdit. Iussus autem Regis aduentum expectare, sanctè se id facturũ, recepit. Redeuntibus ad Regem qui eum examinauerant, statim à cæteris in porticu circumsistitur, eorumque sannis &

scom-

ſcommatibus petulantius oppugnatur. Hic enim dicebat, *Magni meriti opus hodie deſignauit, non eſt cur vltrà laboret*. Ille verò aiebat; *hac ratione ſperat eripere animam ex purgatorio*. Iſte ſuſcipiebat, *quomodo auſus fuit papiſticum librum Regi obtrudere*. Denique quidam mechanicus Puritanus, *non pudet*, (inquit) *hominem id ætatis infirmum eſſe in fide?* Sic quiſque, dæmonis impulſu qui hominis conſtantiæ inſidiabatur, Franciſci aures ad hæc omnia occluſas, & ad Regis de ſe animum peregrinantes, demente ſtrepitu obtundebat. Intereà quorſum res euaderet ingens in tota Aula expectatio fuit. Regi verò è concione redeunti, turba ſupplicum quæ illo die maxima ſolet eſſe, poteſtatem Franciſco vacandi, adêmit. Cantuarienſi ergo ille prouinciā hanc vt cordi ſumat, & vt hominem perbenignè habeat, inſtruat, reducatq́; pluribus mandat.

Huic itaque ſe à prandio ſiſtere iubetur Franciſcus. Quò cùm perueniſſet, eadem quæ prius ſciſcitātibus dixerat, quæque Regi ſcripto conſignauerat (nempe rem totam ab ouo) pleniſſimè declarauit. Inter alia, Montacutus Regius Sacellanus (quo tamen cauſæ ſuæ parum conſuluit) *Lutherum*, de cuius apoſtaſiæ impulſore agebatur, (*quantumuis virum ſanctum & eruditum*) *Anglicanæ religionis authorem non haberi aſſeruit*. Cātuarienſis autem dixit, *quod de Luthero Papiſtæ confinxerunt, ſplendidiſſimum eſſe, (ex ijs quæ ipſi pium habent, & nominant) mendacium*. Reſpondit Franciſcus, id tantum ſibi probari ad omnem ſcrupulum eximendum opus eſſe. Non tamen libuit illo die camerinam hanc vlterius commouere. Iubent igitur vt plenè informandus redeat proximo die.

Reuerſus Franciſcus exceptusq́; benignè, tantiſper dum prandendi tempus foret, Couello inſtituendus committitur. Apud quem in Lutheri tomo ſeptimo (quem ſibi rogauit exhiberi) vt Catholicus liber exprobrabat, omnia verbatim oſtendit. Legentem attentius, & perculſum, interpellauit Couellus ablato libro, inquiens; *ſe librum iſtum, & ſimiles, habere quidem, ſed nihili facere*. Ego verò (ſuſcepit Franciſcus) non poſſum non maximi facere quæ in eo à me lecta ſunt. Quod cùm audiret

Couellus,

Couellus, & ſimul videret conceptam opinionem radices altius egiſſe quàm quibus euellendis, palam reluctante veritate, ſufficeret: *meum* (ait) *infortunium fuit in eum incidere, cui vt apparet obfirmato, nequeam ſatisfacere*.

Tempore prandij accubuit Franciſcus ipſius Cantuarienſis menſæ: in qua, altiſſimum de hac re tota fuit ſilentium. Sed & finito prandio, ſenſim omnes in ſilentio dilapſi, Franciſcum in triclinio ſolitarium reliquerunt; ex ea taciturnitate, & fuga, de ſalute ſua impenſiſſimè anxium, cùm veluti claro lumine videret, ſe hactenus infernalis inſtitutoris per oſcitantiam fuiſſe diſcipulum. Quia tamen à fide Catholica obnixè hactenus abhorrebat, non prius voluit diſcedere, quàm ſpe meliori ad Couellum reuerſus, peteret, quid vlterius de ſe, ſuaq; difficultate conſtituiſſent. Conſulto autem Cantuarienſi, ad rem nihil reſpondit. Couellus ipſe tacitè innuebat *ilicet, Reſponſum à me poſthac expectes nullum*.

Nimirum parturitione nouæ vitæ, nouęq; Religionis, (ad quam tamen nullus illi dux, nullus author præuius ſuppetebat) Frãciſcus hic æſtuabat, interniq; animi turbinibus per infinitarum anfractus cogitationum rotatus, animi omnino cũctabundus pendebat. Adeò vt (velut alter S. Auguſtinus) verè ſalubriter inſaniret, & vitaliter moreretur.

Interim, Regi res (vt erat) permagni momenti videbatur. Qui cùm Cantuarienſem ad ſe poſtridie accedentem officio impoſito non feciſſe ſatis animaduertiſſet, inclementius increpuit; iuſſitq; denuò hominem veritatis cupidum accuratè erudire, eiuſq; ſine mora difficultates expedire. Mittuntur ergò à Cantuarienſi quaque verſus, qui Franciſcum indagine quęſitum retraherent. Procliue verò fuit in hominem vltrò ad voces omnium qui quærerent, intentis auribus excubantem, incurrere. Sed, mutata fronte Cantuarienſis repręſentatum ſeuerè excepit. *Tu* (inquit) *confidentiſſime nequam, talem Regi librum tradere non horruiſti, & Regem infœlix pellicere in papiſmum? Non ſanè impunè abibit In Bridvvellum* (piſtrini id nomen eſt) *numella & ſectione aurium digniſſimum, te protinus detrudendum amandabo.*

amandabo. Franciſcus verò pacatiſſimo (vt ſolet) blandiſſimoq; tum vultu, tum ſermone, ſuſcepit, nullam me puto talem pœnam promeruiſſe, qui de cognitione ſaluti, & tranquillitati animæ meæ apprimè neceſſaria, informari & doceri diſcupiuerim. *Quid ais* (reſumſit Cantuarienſis) *informari? ſtolidiſſime & audaciſſime nebulo. Profectò, mihi non te prius eripi patiar, quàm inſigniter luas. Nemo ne tibi idoneus quo cum ageres, quémve conſuleres, præter Regem fuit? Quid tibi cum Rege? Quid Rex curat, ſi vt inſaniſſimus es furcifer, ſtrangulatus pendeas?*

His ineptijs ſperabat terrefactum Franciſcum, depoſita veritatis optatæ cura, morem ſibi ſtatim geſturum. Nihil minus. Stetit enim immotus, impauiduſq;. Quo conſpecto, tandem poſuit veſanos clamores Cantuarenſis, & iam conſilij impos, conuerſus ad ſuos, dixit: *Quid vobis videtur? Couelle quid tu iudicas? Tantum* (ait Couellus) *de Lutheri commercio cum dæmone, vult agere*. Infit Franciſcus verbis S. Auguſtini, *Si quod dicis à diabolo accepiſti, & diabolo credidiſti, mendax es*. Mendacem autem, idque ſuggeſtione diaboli, tãquam doctrinæ morumq; Reformatorem, quis prudens ſuſpiciet? *At tibi dico*, aiebat Cantuariẽſis, *nos à Luthero fidem noſtram non didiciſſe*. Id tamen cum pleriſque cæterorum (vt obiter dicam) Witakerus improbat; dicens: *nam Lutherum libenter vt patrem veneramur*. Anceps vel maximè Cantuarienſis animus erat, incertuſque quid factu, dictuvé opus eſſet. Iam apertè (vt ait ille) inuidebat, iam abiectè fingebat, iam ſeruiliter ſuperbiebat: rem autem ipſam de Lutheri inſtitutore, ſeu didaſcalo, veritate obrutus, excuſare nec valebat, nec volebat. Denuò autem abblandiri orſus, ex vultu Frãciſci ſemper immutato, technas ſuas vt friuolas præſumebat ſperni, & tacitè ſibi dici:

S. Aug. trac. 42. in Ioan.

Witak. ad Rat. Camp. pag. 155.

* Sidon l. 2. ep.

Ouid.

Deſine blanditias, & verba potentia tandem
Perdere: non ego ſum ſtultus, vt ante fui.

Ne tamen videretur fruſtrà deſudaſſe, libros quos putauit ad fidei lumẽ extinguendũ optimos (cautione promiſſi à Frãciſco accepta eos perlectos iri), legẽdos tradidit. Rolfo deinde Dounhamo, Barloo, alijſq; primarijs Miniſtris, quorum nemo

inuſtam

iniustam Lutheranę prosapię infamiam (qua, si Lutherum parentem suæ doctrinę habeant, agnoscere diabolum oporteat auum) veluti indelebilem, & certa certiorem, abstergere conatus est, erudiendum ablegauit.

A quibus reuersus cum totus cordatus, totusq; teres, candore ingenito minimè sibi diceret Franciscus satisfactum: quia in libris sibi exhibitis, non tantum nihil esse, quod ad obiecta eleuanda, aut diluenda, pertineret, sed etiam plurima apertè falsa, perfida, & veluti veritati obruendæ ex composito excogitata (vnde Reformatio suspectior sibi reddita) per singulas paginas conspersa legenti occurrerent: importunus iam inuisusq; Ministrorũ oculis esse cœpit. Et sic permissus est abire cum priore solo, sed vultu potius quàm verbis, responso, *Ilicet, responsum posthac à nobis expectes nullum.* Quorum tanta futilitate, cum falsitate penitius perspecta, Deo duce à via peccatorum ad vias Domini sibi demonstratas, à consilio impiorum ad societatem proborum, à cathedra pestilentiæ ad disciplinã pœnitentiæ, fœlici transitu, spretis parentibus, patria, & facultatibus, euolauit. Hanc autem totam narrationem, iusto volumine ab ipso Francisco consignatam, (cum qua, totius Protestantium doctrinæ refutatio solidissima, Ministrantiũq; errorum ac mendaciorum infinitorum detectio apertissima, coniungitur) Ministri frementes frendentesq; vident, deplorãtq; iam pluribus annis prostare: nemo tamen, vel eorum qui de nomine à Francisco perstringuntur, in illam (adeoque nec in magisterij infandi contestatissimam exprobrationem), defensionis calamum quod sciam distringere ausus est. Potens vtique est veritas, & præualet; vnde & veritatis hoc carmen apud omnium præualebit animos.

Quando? quis? vnde? tulit fidei tibi sacra, Luthere?
Nocte, Sathan, Erebo, detulit illa mihi.
In tenebris lucem, cælum orco, dæmone Christum
Quæris? & id proprio non pudet ore loqui?

Vide præf. ad Luthero-turcicas orationes Serrarij.

Audi paucis Anglia mihi charissima, tu Anglia naturæ iactabundæ prodigium, Insula fortunata, muneribus vtrisque

ſufficiens & Cereris & Liberi. Audi inquam, gens Anglorum, ſanctitate, doctrina, fortitudine, optima corporis habitudine, moribus excultiſſimis, olim celeberrima Tua enim res, ſaluſq; agitur, vt de turpiſſimo quod poſt te creatam accidit tibi dedecore, nihil dicam. In te namq; (vt iam vides niſi ſponte cœcutias) manifeſtè habet locum diuina illa quærimonia: *Populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idolum. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas quæ continere non valent aquas.* A Chriſto vtique, eiuſque doctrina, cui mille annis credidiſti, credendóque floruiſti, ad Lutherum à dæmone inſtitutum, fœda, & ſanguineis lacrimis deflenda defectione, transfugiſti. Id verba Witakeri in medium proximè allata, abundè oſtendunt. Lutherum ſiquidem *libenter vt patrem veneraris.* proh immane ſcelus!

Ierem. 2. 11. 12. 13.

Vide ad Serarij orationes carmina præmiſſa.

Hoc mirum; huic tali quenquam ſe credere Monſtro,
Et ſoboli Satanæ, & diſcipulo Satanæ.
Quiſquis es, aut turpis non noſti facta Lutheri,
Aut ſcelerum hanc Lernam, non niſi cæcus amas.

Mirum hoc ſanè, mirum nimis eſt; eò amentiæ tam deteſtabilem Ducé, tam inclytam gentem perducere potuiſſe. Vt verò redux ad Chriſtum ſis, facem pręfulgentem præfert tibi Franciſcus Walſingamus, quàm nullæ hominum dæmonũ ve pręſtigiæ, nulli folles, nullæ vires extinguere, euertere, aut obſcurare poſſunt. Si Miniſtrorum primi Rege volente, iubentéque, Metropolitano item (vt loquuntur) Angliæ ſatagente, toto denique populo expectante & expetente, ad tanti hominis impediendam conuerſionem nullum potuerunt obtendere tantæ ſui Didaſcali turpitudini velum, tantæ parentis ſui impietati offundere nebulam: quantam de rei veritate certitudinem, adeoq; quantam eorum qui Reformationem odio nolunt habere inconſiderationem, eſſe oportet? Siquidem, vt paulò ſuperius dixi,

Quiſquis

Quisquis es, aut turpis non nosti facta Lutheri,
Aut scelerum hanc Lernam, non nisi cæcus amas.

Addo id tantum ex sancto Augustino, prius recitatum; *Si quod dicis à Diabolo accepisti, & Diabolo credidisti, mendax es.* Plura sub finem dicere, Deo bene fauente propono, quo magis de tanto tuo piaculo circumspectior reddaris. Nunc ad alia propero. *S. Aug. tra 42. in Ioan.*

SECVNDA PARS.

De Cœna nomine.

NE quidem in ipso sui Sacramenti nomine Ministri conueniāt. *Existit in sacra cœna* (ait Bucherus, & Andreas Crostouius) *summum sacrificium, non modo laudum, sed ipsius Christi.* Hodie tamen, Grex totus Ministrorum, grunitu clamoso, hoc sacrificij nomen impensissimè à sua cœna reijcit. Quid ergò, Sacramentum erit? nequaquam. Ait enim protheus Melancthon: *quod plebs Sacramentum, nos malumus Sacramentale signum dicere.* Et Beza: *Vtinam ista Sacramenti Altaris appellatio nunquam fuisset vsurpata.* Et in Britannia nostra Rob. Brucius: *Sacramentum est vox ambigua per quam plurimæ excitatæ implacabiles tragediæ.* Anné etiam, non erit figura? Minimè quidem, ait Musculus, contraria præcedentibus sententia: *Panis est corpus Christi, non naturaliter, non personaliter, non realiter, non corporaliter, nec etiam spiritualiter, nec figuraliter: restat post hæc omnia vt dicamus esse sacramentaliter.* Cui accedit Caluinus, dicens: *neque fallax est, qui vacuis figuris nos ludat.* An saltem non dicetur communio? Neutiquā, ait Beza: *quia in Scripturis nunquam denotat communio Sacramentum, sed tantum officia amoris, & charitatis.* Verum, nemo cœnam debere vocari, neget? Quin immo, Petrus Martyr: *Nam sumpta mane, & à ieiunis, prandium potius videretur dicenda.* Forsan verborum S. Ambrosij rationem vermilius hic habuit, dicentis: *Ostendit illis mysterium Eucharistiæ, inter cænandum celebratum, non esse cænam.* Quo ergo tandem nomine vocabitur? Respondet

Bucer. in Resp. ad Episcopum Abrincensem. Crostou. l. de opific. Missæ pag 28 51. 58 101 119 171. Melanct. in 1. Cor. 11. & in loc com. Beza f. 397. colloq. Montispelg. Brucius in conc p. 4. 126 Muscul in loc. com c de cæna 2. pag. 117. Caluin c. 11. 1. Cor. Beza in c. 2. Act v. 42. Martyr in 1. Cor 11. p. 293. 294. S. Ambros. in 1. Cor. 11.

 Brucius:

**Iob. Bruc. in cõc p.126.*

Brucius: ***non alio quàm, ſigilli: quod Deus, & Chriſtus, dederunt Apoſtolis***. Si Brucio iam non credant: per me quærant ſibi ipſis quod malunt nomen. Mihi certè, nec ſacrificium eſt, nec Sacramentum (vt ipſi aiunt) Sed certiſſimum ſacrilegium: nõ figura myſtica, ſed figmentum mimicum: non Chriſtianorum communio, ſed criticorum confuſio: non Dominica cæna, ſed dæmonicum cænum, & ſcelus, quo veluti ferali bolo miſerè in æternam ſuam perniciem miſeri, proh dolor, ineſcantur. Nec ſolum mihi, ſed Puritanis vniuerſis in Anglia, & Scotia, cæna Formaliſtarum ***hiſtrionica eſt farrago, & prophanum rapſodium*** (quomodo rectius, quam alio quocunque nomine, exprimi debet) ex vario cultu licito, & illicito, conflatum: in quo, nec quid probent, nec quid improbent, ipſiſmet hactenus (vt ex tot iteratis recognitionibus liquet) eſt, aut erit, aut eſſe queat, à competente Iudice deſtitutis compertum. Forſan tamen, vnanimi decreto velint breui, viaticum pro cœna vocari. Cecilius enim, ***ambulatorias ſeu tolutares communiones crebreſcentes in Anglia (per quas multi auertebantur ab Eccleſia)*** momordit: quidni autem viatoribus in templo, viaticum attribuatur? Deridet quidem Muſculus viatici appellationem, nec non Aretius. Hemmingius tamen, laudat, ipſo Aretio teſte. Quid faciamus? quod hi miniſtri aſtruant licet producere, non tamen quod alij non deſtruant. Interim Caſaubonus contendit viatici nomen toti antiquitati, ſpeciatim autem Patribus Nicenis arriſiſſe. Sed quid Reformatis cum antiquitate aut Patribus?

Poſit. peric. l 2. c. 9. p. 56. Vide Dedrit. pag 10 art. 3.

Vide lib. 1. c. 1 n 1. Colloq. Hãp. pag. 102. Muſcul. in loc. Theol. Art. ſer. de cæna. Hẽming cõ. ſuper epiſt. Apoſt. & in ſyntagmate. Caſaubon. in epiſt. ad Card. Peron.

TERTIA PARS.

De loco & apparatu ſuæ cænæ.

DOmum orationis, Altare, Menſam, nolunt, voluntque. Henricus Barrous Puritanus diſertè aſſeruit, *Miniſtros, & concionatores Eccleſiæ Anglicanæ, nullo modo eſſe membra veræ Eccleſiæ, quia illis præſcribitur locus, tempus, modúſque orandi, locusque concionandi, in quo ſint veluti in dolio mugientes*. Quò ergo loco lubet diuina peragere? *In loco libero* (inquit Grenuodus)

Barrous in ſua poſtrema Defenſ. an. 1593. 20. Apr. ex Actis Iudicialibus.

dus) *ab omni perturbatione, nempe in media silua: omnes enim* (vt ait Barrous) *adeuntes Ecclesias Anglicanas, sunt infideles.* Alij tamen, damnata hac sententia, templa volunt; nec illa aliter quã templa, non verò Ecclesias dici (vt passim in Gallia) nec alibi quàm in ipsis Sacramenta debere administrari, nisi fortè ditioribus. *De Caluinistis autem Ministris* (ait Hunnius) *scimus quod illustribus personis in lecto decumbentibus cœnam administrent domi; cæteris verò sub hoc prætextu denegent quod fas non sit ægrotantibus loco priuato administrare.* Ne autem exemplo Gallorum fastidiant in Britannia nomen [*Church*] quod à Germanorum, *Kirch*, effluxit ex dictione Græca τῦ κυριακῦ qua apud nos, Dominicum, antiquissimæ appellationis, denotatur: monitos eos velim maxima ex parte Christianos, templi vocem Iudæis reliquisse: cum quibus conspirare quando non oporteat, crimen habetur.

Dodritius pag. 13. 6. Ibid. p. 12. a.

Hunnius con. Bezam tra. de cœna.

Porrò, altare, pari modo, ipsis placet, displicetq́; . Ita enim aiunt: *Mensam ex ligno confectam loco altaris lapidei, in templis, necessariò, constituendam esse.* An in hoc sibi fortè constent? Scilicet. Haud enim multo post, ibidem decernunt, *altaria ad vsum cœnæ retineri posse.* Rursum: *An in altari lapideo, vel in mensa lignea celebretur, est res adiaphora.* Eant ergò Emdenses cum suis 12. rationibus cur non altaria, sed mensæ retineantur, & ex sacris Scripturis discant prophetam promiscuè pro eodem sumere, nunc *Misbeach* altare, nunc *Shulkan*, mensam. Quod & Apostolus fecit, dicens; *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.* Et alibi: *Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt.* Vbi ergò fuit Bezæ acumen, cùm diceret, *In scriptis Apostolicis nulla est altaris, sed duntaxat mẽsæ Domini, mentio?* An non forte Emdę peregrinabatur, vel in Palatinatu, vniuersa innouando, aberrabat? De reliquo autem apparatu ad communionem, in Anglicis quidem constitutionibus & canonibus Ecclesiasticis, pręcipitur, vt mensa Communionis semper tegatur serico, aut saltem decentiori tapete, & (quando administratur communio) carbasina mappa. Id verò quantum arrideat Puritanæ tetricitati, sponte declarant in Palatinatu, in quo prædominantur, vbi atrata debent esse

Colloq. Môtispelg. f. 392. Ibid. f. 410. 424.

Emdenses l. de cærem. Cœna.

Malac. c. 1. & 7.

1. Cor. 10. 21.

Heb. 13. 10.

Beza in Quæst. & Resp. de cœna q. 166.

Can. 82. an. 1603.

omnia,

omnia,ac in Gallia,Scotiaque, vbi nihil honesti, nihil decori, (nec enim digna est ornatu quam cœnant cœna) permittitur in templis. Saltem remotissimè vt in cæteris, sic in hoc recedere ipsos à primitiua Ecclesia, confirmant centuriatores: quandoquidem agnoscant meminisse Athanasium, *vestimentorum Ecclesiasticorum,ornamentorumq́, & vtensilium*. An eo forte ex ligno,vt *sordida pixis in qua bubulcus non conderet butirum suum, Hesbusius tamen cœnam conseruauit*? Minimè profectò,inquit sanctus Augustinus: *pleraque enim instrumenta,& vasa,ex auro & argento habemus in vsum celebrandorum mysteriorum, quæ ipso ministerio consecrata sancta dicuntur.*

Centur. 4. col. 504. Clebitius in Victoria &c. argum 14. S. Aug. lib. 3. con. Cresc. c. 29 & in ps. 113.

QVARTA PARS.

De Ministro, Materia, & forma Cœnæ Reformatæ.

PArum fuit Luthero, ad Ministerium reformatum, fœminas admittere:admisit enim & dæmonem. *Nos* (inquit) *omnes quotquot baptizati sumus,æqualiter sacerdotes sumus.* Rursum: *Mulier baptizat,& verbum vitæ ministrat.* Paulò inferius: *Non ergò negetur quod minus est,nempe consecrare*. Talem quoque Ministram posse Ministros ordinare, concedunt. *Ante paucos enim annos* (narrat hæc Schererius) *non procul Vienna, mulier quædam nobilis per impositionem muliebrium suarum manuũ, & lintei quo præcingebatur, loco stolæ, filiorum suorum præceptorem ad prædicanticum officium vocauit, ordinauit, & consecrauit. Idq́; cantato hymno populus ratum habuit.* Quędam alia, Ministro confessa, illo vicissim ipsi confiteri volente:rei indignitate perculsa,omnem hæresim in se conuersa,abiurauit. De dæmone autem, ait Lutherus: *Hoc scio,diabolum posse euangelizare,fungi officio Ministri,& Pastoris,porrigere Sacramentum*. Nemo hic in Lutherum exardescat, quod tantum tribuat dæmoni,quàm vel sibi,vel fœminæ:longè enim vlterius (teste Hunnio) progreditur Beza, qui nulli laico tribuit quantum dæmoni,inquiens: *Si fieri posset vt vel Sathan ipse sederet in cathedra Ministerij,& legitimum Christi baptismũ admi-*

Luther. de capt. Bab. c. de ordine. & lib. de instituendis Ministris.

Scherer. in postilla de sanctis, cōc. 1. de S. Steph.

Idem de Dominica 3. Quadrages. conc. 3.

Luther de Missa priuata, tom. 7. Wit. Lat.

Hunnius tract. de Sacram. c. 13.

Beza epi. 12.

administraret, verus is esset baptismus. At verò de mulierum & laicorum baptismo, ait; *apage crassam & putidam hanc sacri ministerij profanationem.* Paulò inferius: *tenentur Ministri ne huiusmodi pseudo-baptismum ratum habeant.* Haud ergò frustra fœminas precedente capite præmonui, vt quò sensim redigantur, cùm iam dæmonibus postponantur, maturè considerent. Non tamen in nostra Britannia, vbi fœmina potuit esse caput Ecclesiæ, tãtum diabolo, quãtũ Ministris, & Ministrorum cõplicibus, tribuitur. Dicunt quidem Puritani, Ministros Formalistas *esse multitudinem reproborum & perditorum Atheorum; execrandam, incircumcisamq́ generationem Sicariorum; cætum animicidarum, & sacrilegorum; porcos; canes; lupos; vulpes; simoniacos; fæneratores; quibus Deus venter est*, &c. Hæc & alia agnoscunt Formalistæ de se Puritanos spargere; de quorum veritate, ipsi viderint. Non tamen (quod sciam) ipsis diabolos equant; affirmatè decernendo (nisi forte quod Bezæ refragari non soleant) ipsos, fœminas, & diabolos, pari iure, & potestate, Ministros consimiles existere. Cæterum, si non mentiantur Puritani, palam est Ministros esse fæces ac proluuiem populi. Nec minus clarum est, Puritanos ipsos eum in modum inuectos in symmistas suos qui in toto Ecclesiastico quem vocant statu eminent, & regia potestate fulciuntur, esse procellam patriæ, turbinem, ac tempestatem pacis, ac otij. Hoc enim qui ambigit, eos animo suo haud rectè formauit. Sic vtrosque vtrisque, & nobis compertos, ac exploratos, prætermittamus.

Lib. 3 c. 1. n. 3

Posit. peric. lib. 2 c. 13. pag. 61.

2. Materia cœne Bezæ est quicquid habet rationem cibi & potus. Ait enim: *Ritè celebrabitur, si quod panis, aut vini vicem, vel ex vsu communi, vel pro temporis ratione supplet, panis & vini loco adhibeatur.* Caseus ergò, caro salsa, rapæ, haleces fumatæ, oua, poma, & similia, stent pro cœnæ corpore; pro vino autem, ceruisia, lac, aqua, iusculum, hydromeli, sicera (quæ pro pane, & potu, sępissime accipiuntur) sufficiant. O scelus! ô portentum! Vidistis paulò superius ministerium diabolo permissum: videte nunc, quæso, apud authores in margine, ministralem ex hac doctrina celebratam ab eodem cœnam, Candelæ, casulaque

Beza ep. 2. ad Tilium, & epist. 25. Florim. de Remundis de Antichristo c. 7. n. 5. Apud Delrium, disq. Mag. l. 5 p. 135. nu. 4.

(vt in palatinatu oportet) nigra erant. Prò hostia, nigræ rapæ pars, pro vino sola aqua adhibebatur. Nulla crux erat, qua Ministri à collegæ consortio deterrerentur. Omnia denique præposterè ex Bezæ præscripto præpostero, transigebantur. Et ad hos Ministros, & ad hęc sacra, illici nos patiemur? Absit: quandoquidem de Ministro, dicat Minister: *Beza scribit plus quam hæreticè, licere in defectu panis & vini, adhibere res alias.* In Britannia certè (vt mihi plures confirmarunt) in comitatu Lancastriæ implere id voluit Minister, cui vinum defuit. Accepta enim ceruisia aromatica, quàm Braget vocant, dixit: *Accipite & bibite: hoc est braget noui testamenti, &c.* Noluit enim ab eo Lutherano Ministro superari, cui cùm calix forte non esset, accepto cocleari (Luthero ipso teste) vinumque porrigẽs, dicebat: *accipite & bibite; hoc est coclear noui testamenti,* &c.

3. In forma quoque non minus errant, diffident, delirant. Dum de Lutheranis recens est memoria, quantum in primis lutulenti & insulsi Ministri acumen fuit, qui suo modo consecraturus plures hostias, noluit esse cõtentus vsitata forma, sed dicere maluit, Luthero testante: *Hæc sunt corpora mea.* Dicebatque, nisi tam bonus grammaticus esset, fore vt in hæresim maximam dilaberetur. Porrò, licet Lutherani quidam formam omnem consecrationis (vt fatetur Kemnitius, & Westphalus) negligant: in ea tamen impietate longè superantur à Caluinistis adeò à verbis Christi abhorrentibus, *ac si ad quamuis syllabam* (inquit Lutherus) *frangere sua colla extimescerent.* Sed quibus rationibus inducti? *Quia Christus* (ait Bucerus) *nusquam iussit sua verba repeti.* Rursum, *quia verba naturæ* (respondet Petrus Martyr) *sequenda sunt magis in Theologia, quàm verba Christi.* Seu aliter, ex modo loquendi, Victorij: *respicienda sunt verba Christi sinistro oculo: rerum verò naturæ,* (quas scilicet Christi potestas immutare non valuit) *dextro.* Denique (inquit Lutherus de Caluinistis) *verborum Christi nullam rationem habent, sed ea oscitanter transiliunt.* Quod in Francia, in Scotia, in Palatinatu, in Hollandia, & passim apud Caluinistas, comprobatur. Quid ergò pro verbis Christi substituunt? Respondent Zuinglius, Bullingerus,

Hunnius in tr. de cœna.
Luther. in colloq. Mens. tit. de Miscellaneis.
Luther. in colloq. Mens. Lat. tit. de cæremonijs.
Kemnit. in 2. exam. Cõc. Trid. sess. 3. cap. 1.
Westph. de recta in Deũ fide.
Luth. in Defens. Verb. cœna. tom. 7. fol. 383.
Bucer. in c. 26. Matth. Apud Schlusselb. l. 1. Theol. Calu. a. 32. & apud Feuardent. in entremangeries.
Luth. serm. de Euchar. tom 7. Wit. Lat.
Zuing. to. 2. fol. 563. 564. in expos. fidei Christ.
Bulling. in c. 11. Heb.

lingerus & alij. *Inter communicandum legendum esse caput 13. Ioannis.* Ante omnia, memores hos fuisse oporteret, verborum Bezæ: *Nulla certè iusta causa possit incidere, qua mutatio aliqua in tam paucis verbis possit excusari.* Inferius post pauca: *aliam igitur affectatam formulam pro legitima, nunquam admiserim.* Deinde aptius multo Caluinus *in cœna administranda, aliquando Pauli verbis vsus fuit, sed quia decimus quisque non assequebatur, quid vellet, tandem destitit.* In capite verò decimo tertio S. Ioannis, quid tandem his hominibus ad cœnæ administrationem applaudere potuit, non facilè concipiatur. Dicam tamen, nec forte abs re, Iudice quocunque; huius consilij causam (quam quisque non temerè odoretur) vt ab his ità fieret, subesse maximam. Omnium enim non credentium diuinum Eucharistiæ Sacramentum, Iudas author est, ac parens: vt apertissimè innuit S. Augustinus super illa verba: *Sunt quidam qui non credunt*, &c. *Vtique ibi* (inquit) *erat Iudas, ad insidiandum non ad intelligendum.* Item S. Chrysostomus, inquiens, *Ergò Iudam non credentibus annumerauit.* Cùm ergò, *Sacramentarij* (teste Bullingero) *non possint credere Christum esse in cœna præsentem vero suo corpore, licet omnia mundi concilia, omnes Angeli, & Diui, id iubeant credere*: quid illos decuisset magis, quàm *laudare viros gloriosos, & parentes suos in generatione sua*, legendo istud caput in quo de solo Iuda sermo præcipuus habetur?

Beza in quæst. de Bapt. qu. 155

Calu. ep. 361.

S. Aug. tr. 17 in Ioan.

S. Chrys. ho. 46. in Ioan.

Bullinger. decad 5. de cœna. f. 370.

Eccli. 44. 1.

Helueticis Zuinglianorum Ecclesijs Angli se maximè conformant; Scoti verò Gallicis. Hinc, in Doctrina (vt aiunt) Catholica Ecclesię Anglicanæ, cùm consensum ostendere velint Angli cum externis Ecclesijs, præponitur passim Heluetica, deinde Bohemica, tum Augustana, Gallica, &c. Non tamen in legendo capite decimo tertio Ioannis, in cœnę administratione, Helueticos audire aut imitari volunt. *Quidam enim (vt Vicarius Ratesdalensis in Comitatu Lancastriæ) sine forma quacunque aut reuerentia, in sportula porrigebāt buccellas panis, vt quisque in trāsitu tolutari sumeret quam mallet duram aut mollem partem. Qua profana irreuerentia plures nausea, & horrore perculsi, à cœna retrocesserunt.* Puritani quoque in suo examine, pagina 70. 193. hanc in manibus sumptionem gnauiter commendant; eò magis quod in

pag. 2. 4. 8. 10. 12. 16. 18. 20. 22. 28. 36 40. 45. 48. 50. 51. 54. 57. & passim per totū librum

Colloq. Hāp. pag. 99.

 liturgia

Can. 21. an. 1603. liturgia prohibeatur. Reliqui qui constitutionibus,& canonibus (vt dicuntur) Ecclesiasticis parent, institutionis formam, in panes ante distributionem proferunt: nec panes deinde allatos,& in modum iam dictum non consecratos, distribui sinunt. Nolunt quoque azimum panem, nec rotunda forma. Nolunt inquam, ità tamen vt discrepantia semper præsumatur. Nam Westmonasterij, azimum, idque rotunda forma vsurpant, testante examine Publicarum precum pag. 81. A Beza quoque de priori dicitur: *Panis azimusne sit, an fermentatus non magnopere laboro.* Idq; fecisses Beza non perperam de posteriori; si fides Gisnero, dicenti, *quod autem panem, rotunda forma vsurpamus, nonne è papisticis superstitionibus reliquum est? Minimè: quandoquidem Epiphanius antiquissimus scriptor, suo tempore illas rotulas vsitatas fuisse, commemorat.* Sed & meritò à Ministris passim azymus panis resumendus censeatur, quādoquidem Christus primo azymorum die, (cùm fermentatus haberi non posset) sacram Eucharistiam (vel ipso Beza fatente) instituerit. Sed cautio Ministris est, imitationem Christi venditare verbis, vitare factis. Interim, respondeant Hunnio: *Si panis azymus in administratione prima cæna potuit habere locum, quidni etiam in nostra?*

Beza ep. 12. Gisner. in comp. doctrina cælestis. Epiph. in Anchorat. ante mediū. Beza loc. cit. Hunnius in tract. de cæna Domini.

QVINTA PARS.

De sumptione vtriusque speciei, & aquæ admistione.

NOn qui vtramque speciem semel impetrarunt, plura habendi desiderium implent, quin potius adaugent. Nihil enim iam parta videntur.

Boeth.

Sed quæsita vorans, sæua rapacitas
Altos pandit hiatus.

Alibi enim Caluiniani rustici, vino ac pane non contenti, ad minus partem casei superaddi voluêre, dicentes panem siccum sine omni obsonio non esse prandium, aut cœnam. Idem fuit veterum hæreticorum propositum. Cæterùm, *vbi necessitas postulat, & quando communicaturi vinum bibere nequeant, vna species sufficit.* Ita in Britannia statutum

Coster. in fidei demōstr. propos. 7. p. 212. S. Epiphan. hær. 49. S. Aug. de hær. c. 28.

ſtatutum, ſub Eduardo 6, à Melancthone Auguſtæ, nec non (teſte Schultingo) in Sinedrio Gallicano. An forte aſpirabit Lutheri nutans contradictionis ſpiritus? Neutiquam; ſaltem ſpiritus ille pomeridianus, vdo iam cerebro; cuius, hæc in re prę manibus, notanda ſunt deliramenta. *Amplius* (inquit) *dicimus, ſi quo caſu concilium ſtatueret, ac permitteret vtramque ſpeciem, tunc minime omnium nos velle vtraque ſpecie potiri: imò tunc primum in deſpectum tam Concilij, quàm ſtatuti ſui vellemus aut vtra tantum, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri, ac planè eos Anathema habere, quicunque authoritate talis Concilij, vel ſtatuti vtraque potiretur.* Sed vt ob oculos proponatur Lutheranæ repugnãtiæ genius, audiendus eſt in libello de confeſſione ad Franciſcum de Sicking tom. 1. Ien. *Idcirco* (inquit) *fidele conſilium meum eſt, vt homo Chriſtianus in quadrageſima & paſchate, neque confiteatur, neque ad hoc ſacramẽtum accedat ac ſic cogitet: quandoquidem homo, Papa ſcilicet, præcipit, ob id ipſum non faciam, & ſi non præcepiſſet facturus eſſem: Faciam autem alio tempore quo ipſe non præcepit: quando & quomodo me voluptas mea libera impulerit.* Ergóne cõtradiceret inclytus Patriarcha Miniſtrorum, ſententiæ adeò ſuis (vt mentiuntur) certæ, ex maligno ſpiritu contradicendi? prorſus omninò. Ea enim libido contradicendi fuit Reformationis initium & ſcaturigo. Quin & idololatriam Lutherus probaſſet, modò eandem vllus ex æmulis improbaſſet. Ait enim: *eleuationem Sacramenti ſciebam* (vt reliqua) *eſſe idololatricam: ſed tamen eam retinebam in templo Wittembergenſi, vt ægrè facerem diabolo caroloſtadio*. Polanus, hæc pudenda dicta tegenda magis quàm agitanda cenſuit. Quod cum Fildeus eadem defendendo non fecerit, ferat quam ſibi conſciuit infamiam. Circa adminiſtrationem aquę, duo ſenſit, vel potius de neutro ſenſum certum habere ſibi Lutherus potuit; qui tamen certus videri voluit *doctrinæ ſuæ de cælo, & eam non ſuam ſed Chriſti eſſe doctrinam*. Primò enim ait, *nondum conſtitui mecum, miſcendáne ſit aqua vino.* Ex quo Miniſtri obiter intelligant, non conſulto Chriſto, non conſultis Concilijs, Patribus, aut Chriſti Eccleſia, ſed ſuo ſolius temulento capite, Lutherum procudiſſę ſuam reformationem. In ſua hac

Eduard. 6. an. 1. c. 1.
Melanct. in ep. Theol. p. 151.
Schult. l. 9. hier. anachr.
Luth. de form. Miſſæ.

Luth. to. 1. Ien. Germ. lib. de confeſ. ad Franciſc. de Sicking.

Luth. in formula Miſſæ, & tom. 2. Ger. fol. 214. tom. 3. fol. 55. 274.
Pollan. in ſyllogetheſ. Theolog. pag. 464.
Vide Reſp. ad Fild. l. 3. c. vlt.
Luth cont. Henr. 8. a. 4. b. 2.
Luther. in form. Miſſæ.

ancipiti consultatione, quorsum opinamini propēdebit Lutherus? An homo saltem maximè sobrius latice non erit contentus arentes fauces humectare? An non dicet:

In cratere meo Thetis est coniuncta Lyeo:
Est Dea iuncta Deo, sed Dea maior eo?

Ioan. Fredericus Matenes. de ritu bibendi super sanitate. pag. 76.

Quasi verò Lutherus in immani suo vitro catechistico, quod solus ille exhaurire potuit, vnam aquæ guttulam instillari tulerit? Nihil minus. Ei etenim,

Nil valet hic, nec ea, nisi sint ambo pharisæa. id est separata.
Amodò propterea, sit Deus absque Dea.

Luth. loc. supra cit. Idem in colloq. Mens. tom. 2. tit. de cœna.

Ait vtique, *inclino vt merum potius vinum paretur, absque mixtura aqua.* Et vnà cum Reformato capite, membra omnia ministralia eòdem inclinant; vt vinum absque aqua ebibāt. Olim tamen residuum vini interdum effundebant, teste Luthero; interdum cum alio vino communi commistum, epotabant. Quod posterius anno 1545. Lutherus in Simone Wolferino id faciente, acerrimè reprehendit. An autem potuerit Wolferinus suscipere, furem redargui à Verre, homicidam à Milone, mœchum à Clodio, Cethegum à Catilina; aliorum arbitrio permitto.

Conclusio de Cœna.

Lib. 1. c. 1. n. 2

IN capite primo primi libri, Iuuellus, & VVitakerus, enixè contendunt, Reformatos omnes summa inter se consensione, seu varia vnius corporis membra, in vnam eandemque Christi sponsam coalescere & omnes simul vbilibet sparsos, Britanicæ Ecclesię amantissimos patres, ac fratres esse. Hoc profectò mihi videtur oppidò adynaton. Memini quidem me puerum audiuisse, de quodam Ioãne à Quercu, cui erant multæ proles vultu inter se valde dissimiles; quibus conspectis, cōmatres aduentantes in Ioannis domum, solebant (vt fit) dicere, vniuersos filios ità sibi dissimiles patri per omnia assimilari. Ille igitur atra bile suffusus, nihil dubitans de abblandiētium fide, tantum non manîa correptus est, cogitando, sibi certissimo esse

mo esse monstrosam multiplicemq; faciem; quam nimirum singulæ proles referrent, quibus tamen inter se, diuersissimi essent vultus. Huic, Ecclesia Britannica sese, ni valdè fallor, accommodatissimè cōparet. Vniuersis enim Reformatorũ inter se Ecclesijs dissimillimis, similis, & omnibus vna eadēque facies esse dicitur. Dolet autem vt Ioannes à Quercu, Reformata tota Ecclesia cōsimilē, singulis in se sibi eādēq; effigiē imaginari non posse. Dolorē verò istũ vt tandem mutata sententia discutiat, spontaneus author ero. Ostendam enim Iuellum, & VVitakerum (more assentātium commatrum prædictarum) omninò inanem opinionem, Reformatæ Ecclesiæ peperisse, & in falsissimum errorem, ac immeritissimam melācholiam, per fraudem perfidiamq; singularem, bonam scilicet Ecclesiam impulisse. In communi in primis, id abundè iam ostensum est, toto libro primo, & secundo. In particulari autem, ex schemate sequēte, in paucis articulis, idque inter selectiores tantum *M*inistros de re quam nunc tractamus, omissis omnibus passim discussis, commonstrabo. Rem accipio, exēpli causa, omnium natura sua clarissimam: eiusq; quinque sola membra quæ cuiq; esse debent exploratissima, perpendo. Vereor ne id faciendo veritatis explorandę causa, cum Eride inter Reformatos dissidij pomum videar hic proijcere.

Schema aliquot contradictionum Ministralium de sola Cœna.

1. Quomodo Christus est in Cœna?

1. *Christus est verè, & realiter ac propriè in cœna. An cum pane, vel sine pane, liberum esto iudicium.* *Luther. de capt. Bab. c. de Euchar. &c.*
2. *Christus non est realiter in cœna, sed figuraliter tantum, vt in symbolo rei veræ absentis.* *Zuingl. to. 2. f. 70. 253. 477.*
3. *Christus est realiter quidem (adeoq; non tantum figuraliter) per solam fidem tamen in symbolo rei non absentis, sed verè præsentis. Hanc autem ab Helueticis fratribus de cœna dissensionem frustrà excusat Beza ep. 65.* *Calu. Instit. l. 4. c. 17. nu. 5. 32.*

4. Christus

4. *Christus est tantum in cœna, vt in Baptismo*; id est, remote, allegorice, improprie.

5. *Christus non est in cœna per fidem, seu incomprehensibili modo, quia hoc totum est imaginarium.*

2. Quid ergò est hoc Sacramentum?

1. *Est signum diuinum, sub quo verè est caro, & sanguis Christi.*

2. *Est signum merè externum, illudq; non aliter Christus: quàm annulus mariti absentis est maritus, vexillum Regis, Rex.*

3. *Est signum superfluum habentibus memoriam passionis Christi. In quo tamen qui plura non agnoscit miracula, plusquam stupidus est.*

3. In quanta reuerentia habenda cœna?

1. *Est in Missa eleuanda quidem, an verò adoranda, vel non adoranda, non constat, saltem flexis genibus est sumenda.*

2. *Oporteret adorare si præsens esset: nunc autem geniculatio absit ob artolatriam.*

3. *Eundo, stando, vel sedendo, accipienda*: An in Anglia non hinc fortè exorta tolutaris communio, vt à Cicilio nuncupatur?

4. Quæ vtilitas cœnæ?

1. *Est medicina vnica præteritorum, præsentium, & futurorum peccatorum.*

2. *Non maior quàm ex prædicationis verbis, immò minor.*

3. *Vtilitas ei nulla, habentibus memoriam passionis Christi.*

5. An cœna sit cœna impijs?

1. *Indignus etiamsi peccet, tamen verum corpus & sanguinem sumit.*

2. *Non verum corpus sumit indignus, sed solum signum.*

Plura non congero, cùm tamen sexcenta sub calamo gestiãt succedere. Hęc enim ipsa ostendunt, Britãnos *M*inistros prius lupis Apulis iuncturos capreas, noctesq; diebus, quàm conflaturos ex his paternis fraternisque antilogijs vnius fidei vnicũ sensum, consensumve. Quàm ista enim inter se coalescant,

——— ante cum flammis aquæ,
Cum morte vita, cum mari ventus fidem
fœdusq; iungent.

Plessæus l. 4. c. 3. pag. 672. Luth. serm. de cœna. Zuing. locis supra cit. Calu. 1. Cor. 11. v. 24. & Instit. l. 4. c. 17. n. 10. 24. Luther. ad Waldenses de Euchar. In colloq. Mēs de ead. & in formula Missæ. Beza ep. 12. & ad act. Tongrens. Synod. Gal. apud Schulting l. 9. Anacriseos hierarchicæ Colloq. Hãp. pag 102. Luth. in captiu. Bab. c. de Euch. in fine. Beza epist. Theol. 65. P. Martyr con. Gardin. par. 2. reg. 5. pag. 618. Calu. 1. Cor. 11. 24. Luther. de Missa priuata tom. 7. fol 241. b. Calu. lib 4. Instit. c. 17. num. 33. Seneca.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

De Sacramento Pœnitentiæ.

PRIMA PARS.

Quinam pœnitentiam approbent vel improbent?

PRoteſtantes (inquit Bucerus) *non grauatim admiſerunt ſeptem Sacramenta.* Vbi gentium? Ratisbonæ anno 1541. Item Lipſiæ, teſte Illyrico. Pœnitentia autē, quam modò prę manibus habemus, ſub Hērico 8. illibata debuit eſſe, vt in articulo ſexto apparet. Wicleuus etiam, Baptiſmum, Euchariſtiam, Ordinem, Pœnitentiam (quem etiam numerum Melancthon approbat) pro Sacramentis ab ipſo Chriſto per ſeipſum promulgatis computat. Item, ait Huſſius: *Sacramentum Pœnitentiæ eſt valde neceſſarium.* Tantundem dicunt Waldenſes, vndecim annis antequā Lutheri reformatio Erebo erumperet. Lutherus verò ipſe, licet ſæpius bacchatus contrà contritionem, pœnitentiam, cōfeſſionem: in lucido tamen interuallo, ac poſtrema concione quam Witebergæ habuit, poſt reditum ex Pathmo, ſic loquitur. *Occultam ſeu auricularem confeſſionem non patiar mihi ab vllo eripi. Non darem illam pro totius mundi theſauris. Scio enim quantum roboris & conſolationis mihi præbuerit. Nemo ſcit, quantum poſſit occulta confeſſio, niſi cui ſæpius cum diabolo certandum eſt, ac luctandum. Iam dudum à diabolo ſuperatus & ſtrangulatus fuiſſem, ſi me iſta confeſſio non præſeruaſſet.* Caueant ergò Miniſtri confeſſionis oſores, ne huius lictoris (quem Lutherus qui mutato conſilio in deterius (*eam ſolam ob cauſam confiteri noluit, quia Papa id mandauit*, letiferum tandem ſenſit carnificē) innexi loris, ac laqueis, ineluctabilem ac æternam ſibi accelerent cum captiuitate calamitatem. Confeſſionem porrò (admoniti Lutherana hac cautela) Mi-

Bucer. in Act. Colloq. Ratisb. Illyr. in adhort. ad Conſtātiam in 8. Magdeb. an. 1550. Lib. 2. c. 3. n 3 Wicleuus in poſtilla ſuper 1. Cor. 1. & ad c. 5. Iacobi. Melanct. in loc com. de numero Sacram. Huſſius in diſp. cont. Indulg. Papales. Wald. in Confeſſione fidei an. 1508 Luth. tom. 21 operum nouorū Germ. fol. 94 a. Luth. tom. 1. nouorum operū, ſerm. de confeſſ.

la) Ministri Angliæ, antequam in peius, vt moris est Sectariorum, proficerent, cum alijs Sacramentis, vt superius admonui, annumerarunt. Deinde, non ità pridem Catholicè adeò de pœnitentia loquuti fuerunt & senserunt, vt prorsus eandem absolutionis formam totidem verbis vernaculè quam Catholici Latinè conseruauerint. Quomodo igitur Witakeri arbitrio superius commemorato, causa omni (parte non minima delumbata, de visitatione ægroti, cum qua absolutio fuit coniuncta è Liturgia illa Anglicana, quam omnes Ministri Angliæ, subscriptione, & iure iurando, iteratò professi sunt *confessionem veræ Christianæ fidei continere*) cecidisse non videantur? Clara enim sunt verba Witakeri: *Si vel librum vllum vel libri particulam quam diuina authoritate conscriptam ac munitam* (talis autem dicitur liber Publicarum precum) *esse constat, à nobis damnatam aut repudiatam euiceris, non repugno quominus causa omni cecidisse videamur.* Dico autem ego, non particulam, sed notabilē, nobilemq; partem in posterioribus liturgijs esse detrūcatam, quam prius partem Christianæ fidei suffragia Reginę, comitiorum, ac Ministrorum totius Angliæ (prohibentium contrarium teneri) habuerunt. In ea verò parte, hæc verba speciatim consignantur. *His, morbo decumbens* (inquit liturgia) *faciet specialem confessionem, si conscientiam sentiat turbatam materia alicuius momenti. Finita verò confessione, presbyter eum in hūc modum absoluet. Dominus noster Iesus Christus qui potestatem in sua reliquit Ecclesia absoluendi omnes peccatores verè pænitentes, & in ipsum credentes, pro sua magna misericordia absoluat te ab omnibus delictis. Et ego authoritate ipsius mihi commissa, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Hanc autem hodie doctrinam, si ministri Angli respuant: Iudice Witakero, causa ceciderunt. Si verò resumant ac defendant: pœnitentię Sacramentum postliminio reuocabunt.

Lib 2.c.1. num. 3.

Synedrium Lond. an. 1562 in proœmio. Eliz. statu 5. & 13

Witak. ad rat 1. Campiani, pag. 10.

Liber com. precum in Visitatione ægroti, per Thom. Vantrollerium an. 1574. cū priuil. Regiæ Maiestatis.

Porrò in articulo 25. Doctrinæ Catholicæ (sic à Formalistis solis hæc Reformata ineptissimè vocatur) Anglicanæ Ecclesiæ, dicitur pœnitentia ideo non esse Sacramentum, quia non habet visibile signum. At dicant mihi, obsecro, cur sensibile signum

gnum actuum pœnitentis per aures perceptorum, non tanti ab illis fiat, ac visibilia aliorum Sacramentorum signa? vbinam hęc sensibilia Scripturæ signa excludunt, illa verò sola visibilia signa exigunt? Quod si Sacramenta solis visibilibus constent, adeoq; ijs tantum qui videre valeant, prosint, cœcos omnium Sacramentorum expertes esse oportebit. Cùm ergò hâc non succedat, alia Reformatis progrediendum videtur via. Non erit igitur ipsorum arbitrio pœnitentia Sacramentũ, quia *à fide iustificante semel accepta* (aiunt Cantabrigenses quidam & Caluinus passim) *nemo excidat vtpote ab initio securus de sua electione, & perseuerantia: ità vt omnia illis peccata sint tantum venialia, nunquam imputanda*. De qua opinione qui coram Rege conquestus est Ouerellus, Decanus in sancto Paulo, ab eadem tamen deflexisse magis, quàm procul diuertisse, videatur. Ait enim excidere quidem iustum posse à gratia Dei, sed non *totaliter*, aut *finaliter*. Verùm præfatæ doctrinæ articulus decimus sextus, & *totaliter* & *finaliter* excidere posse, posseq; lapsos resipiscere, ostendit. Hãc autem Ecclesiæ Anglicanę doctrinam, Parkinus *totaliter* ac *finaliter* pro Papistica exsibilat. Ita inter se perbellè Ministri concordant, iugi contradictione, sua inter se placita hinc debilitantes; inde derodentes. Ouerellus enim carpit Cantabrigenses, proscindit verò Ouerellũ Anglica doctrina, hanc autem Parkinus taxat iugulatq;, nec tamen patiuntur Reformationem suam discrepantiæ in vulgus fœda denigrari mala. Sed sanè importuna cruciãtur anxietate, cum maculis quibuscunque denigrati, imo omnibus omninò flagitijs conspersi, *iusti tamen sint* (vt tam impiè quàm absurdè dicũt Cantabrigenses) *etiamsi nullis pœnitentiæ abluantur aquis*; *etiamsi obliuione vel inopinata morte in medijs sordibus corripiantur*. Vnde ergo discruciantur viri si Deo placet iusti, siue eorum personæ, siue eorum professio, labe qualicunque denigretur? Potius audiendus sine dubio Reformatis electionis suę (vt aiunt) certissimis ministrorum Pater spiritalis Lutherus, pijs scilicet pręceptis (quæ ministrum minimè dedecẽt) suorum vnumquemque didascalicè instituens. *Esto* (inquit) *peccator, & pecca fortiter, sed*

Colloq. Hãpton. pag. 42 *Cal. in Antid. Concil. Trid. sess. 6. c. 10. 13. 15. Instit. l. 3. c. 2 n. 16. & c. 8. n. 59. &c.*

Parkinus in Reformato Catholico pag. 39. 55.

Colloq. Hãpton pag. 42. Luth. tom. 1. epist. Lat. ep. 238 ad Melancthonem. edit. Ien fol. 345.

sed fortius fide, & gaude in Christo qui victor est peccati, mortis, & mūdi. Peccandum est quamdiu hic sumus, &c. Sufficit quod agnouimus per diuitias gloriæ Dei agnum qui tollit peccatum mundi. Ab hoc non auellet nos peccatum, etiāsi millies vno die fornicemur, aut occidamus. Proh Dei, atque hominum fidem! quid est execranda perfidia ac impietas, si hæc non sit? sed superius pagina 237. 238, hos *electos* modica mutatione vocis transmutari in *eiectos*, demonstrauimus. Cæterùm, hominibus id peruicacis persuasionis, pœnitentia nulla vel necessaria, vel vtilis esse dicatur.

SECVNDA PARS.

Quam habeant Ministri confessionem? & quænam olim fuit pænitentia publica?

Positiones periculosæ pag. 88.

PVblicam suam habent pœnitentiam, Caluiniani, *cum tali totius vitæ detectione, cum tanta accusandi acrimonia* (inquiunt de Ministris Ministri) *vt exosi sibi ipsis fiant, subducantq́; se aliqui ab eorum consortio.* Vnum vel alterum in Anglia, Frācia, Hollādia, exemplum ab ipsis Ministris acceptum, rem totam illustrabit.

Vide superius lib. 3. c. 1. pag. 252.

Anno 1592. Northamptoniæ, quidam famulus Ioannis Nelsoni ex herili vel filia, vel sorore genuit prolem. Hunc SNAPVS, *de quo egimus alibi, Minister Puritanus, ad publicam pænitentiam adhortatus frustrà fuit pro prima Dominica, præpediēte scilicet pudore; secus prò proximè sequēte. Vt in conspectū homo venit,* SNAPVS *finita deprecatione prolixa eò spectante ne erubesceret pænitens piaculum suum confiteri, fecit ipsi tandem dicendi facultatem. Publicè ergò totam rem confessus est. Deinde fuit à* SNAPO *absolutus dicente primā sic innocētiam baptismalem eum certo certius recuperasse.* Sed quæ fuit expiandi ergò imposita pœnitentia? Certè non qualiscunque, sed grauis admodū simulq́; (nisi quod in personarum acceptione laboratum fuerit) satis conueniens: *Nempe vt in suam coniugem meretricem eandem idem mœchus assumeret; nulla meretrici, in delicto complici, pænitētia inflicta. Hanc autem ergà delinquentem mulierem* SNAPI *perspicuam indulgētiam, populus æqui boniq́; putatis consuluit?* Haud putem. Diuersam enim eius subindicat Bancroftus suspicionem, quam malo legentes

gentes mente potius quàm mētione intelligere. Aliud in Anglia exemplum. *Wilcoxius primarius Minister, flagitium singulare patrauit. In eum Fieldeus Symmista sententiam suspensionis, & excommunicationis denuntiauit*. Tange aliquando Ministros & fumigabunt. *De authoritate Fieldei, adeoq́; Disciplina Puritanæ, Wilcoxius voluit fieri statim certior.* Qua importuna percunctatione luculenter manifestauit, sufficere iniquis reformatam credere fidem, quousque lubet in spurcitia cæcutire. Cùm verò ad mentem vel sponte, vel casu, conuertuntur, eandem suspectam falsitatis habere non cessant. *Sed & Fildeo sex enormia crimina, suo sceleri æquiparanda, VVilcoxius se obijcere posse intimauit. Nimirum hic Fildeus, fremere, frendere, VVilcoxium maledictis lacerare, atque à superbia, hypocrisi, malitia insimulare; quod parui faceret censuram sanctam fratrum, ac sceptrum Christi, consistorialem videlicet publicæ pœnitentiæ Disciplinam.* An autem tot exclamationibus Wilcoxium quæstionibus suis ac iurisdictioni subijcere potuerit, necne, nulla indagine explorare hactenus potui. Tertium exemplum, ex Francia, Florimundus à Remundis tradit. *Iurauit in consistorio calumniam adulterij in alterius coniugem Gubernator Castillonensis, instigante per æmulationem inuida vxore. Cuius flagitij à se commissi remorsu, fingebat Gubernator se à cœna prohiberi. Mulier insons publicè diffamata, in ius rapuit calumniatorem; reumq́; calumniæ peregit, & contestatissima innocentia superior, fraudem sacrilegam, in authoris, & totius consistorialis confessionis detestationem, elusit.* Quartum exemplum in Amsterdamo Hollandiæ dabit Thomas Vitus Minister. *Quidam VV. Holderus, vt ab vxore liberari posset, seipsum adulterij detulit. Nulla fuit mora repudij, ita vt iam vterque coniugū nouum pro arbitratu coniugiū inire quiuerit. Quod videns T. Canadius (cui erat molesta vxor) idem crimen sibi ipsi palam inussit, sed casso conatu. A senioribus igitur offensus ad Ecclesiam plebis prouocauit: quem tamen voti cōpotem fuisse, non constat. Id autē, eo videatur admirabilius, quod nefas ducant parti innocēti, vlterius cū adulterante, cōiugari. Cū enim publicus mœchus Robertus Baylius, ad Henrici Coci absentis thalamū per fenestrā irrepsisset, velletq́; reuersus Hēricus remittere sceleris tāti noxā, suaq́; cōiugi reconciliari: id minimè passi sunt Ministri, sed in eū (sicut aliàs ob similē*

Ibid pag. 118

Florim. de Rem. lib. 8. c. 9 pag. 248. 250.

Thom. Vitus in detestione Brounismi pag. 18. 22. 23.

Pag. 22. sub finem. & 23 initio.

Ibid. pag. 10.

causam, in vxorem Homesij) omisso Baylio irreprehenso, excommunicationis in coniugem volens nolens repudiaret, sententiam distrinxerunt. Sic veniam dant Ministri coruis, vexantq; censura sua columbas. Hic igitur Caluinianos Ministros tandem conueniam, auditurus ab ijs libenter, vndenam in sacris literis vel doctrinam, vel exemplum huius consistorialis confessionis publicæ, eruant. Tantum autem abest vt aliquando eruant, vt specie quadam similem, non verò eandem confitendi rationem in primitiua Ecclesia (vtpote liberam, & voluntariæ confusionis ergo, cum renitentis confessarij facultate susceptam) sanctus Leo *præsumptionem contra Apostolicam regulam*, nuncupauerit. Hanc vtique non omnes sed aliqui (in Fabiola enim tãquam nouum, & quid insolens, S. Hieronymus commendauit) neque sæpius, sed semel (vt Patres affirmant) in tota vita, neque de grauioribus flagitijs, sed consuetis humanæ infirmitati peccatis, emittere Christiani potuerunt. A fortiori ergo, si recte concipis, confessio ista, consistorialis erit *præsumptio contra Apostolicam regulam*, sacrilegium infame, & diffamatorium diaboli (cuius à calumniando nomen) commentum: cui tamen, reformatione ministrali, cedere oportet (vt olim Deus posthabitus Sesac, & cisternis dissipatis; Christusq; Barabbæ) præpostera optione, confessionem Sacramentalem. Ah pudeat, certè pudeat, pigeatque tantæ insaniæ vesanum Ministrorum gregem: prius spreuisse omnem confessionem, vt Christianis insupportabilem: deinde verò, pro salutari confessione præposteram, ac prodigam famæ læsionem subrogasse. Quorum dementiæ qui non dedignantur obsequi, saltem hoc sciant vel ab Ethnicis dici: *Ne quis vnquam parui faciat, probúsne alijs videatur, an improbus. Negligere enim quid de se quisquis sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam dissoluti.*

S. Leo ep. 80. c 2. S. Hiero. epist. 30. S. Chrys ho. 2. ad Ephes. S. Ambros. lib. 2. de pænit. c. 10. S. Aug. ep. 53 54. &c.

2. Para. 12. 8. Ierem. 2. 13. Math. 27. 26 Plato lib. 12. de legibus. Cic. l. 1. Offic.

TERTIA

TERTIA PARS.

De secreto confessionis apud Ministros, & contentione ob pœnitentes ditiores.

SVpplicarunt Protestãtes solemni legatione Carolo quinto, vt ad impedienda furta, fraudes, aliaq; detrimenta per sublatam confessionem serpentia, Confessionis vsum ipsis permitteret. Bonus Imperator, nec ineptissima postulantibus obstare voluit, quin quomodo ipsis collibitum foret, inani confessione sibi consulerent: nec dare voluit, aut valuit, vt homines tum merè sæculares, tum manifestè sacrilegi, munere fungerẽtur, cui omninò essent lõgissimè impares, & inidonei. Ea tamen petitione, quantum ipsorum esset omissa confessione dispendium, & quanta nequitia cum Reformatione irrepsisset, dilucidè manifestarunt. Perturbatus autem rerum tum status non tulit vt Carolus eo tempore se illis aliter opponeret. De hac verò quam videntur instituisse confessione, hisq; prophanis confessarijs, hæc nobis Amandus Polanus memoriæ prodidit. *Multi Ministrorum captant, vt quam plurimos, maximè ditiores ad se alliciant, sibiq; deuinciant; vt tanto plus lucri ex audiendis confessionibus ipsorum consequantur*. Inferius: *Pauper autem confessionem facere volens, diu sæpe expectans, diutius sæpe expectare cogitur, donec ditiorum ampliori precio absolutionem redimentium, confessiones prius fuerint audita. Quin confessarij quidam præteritis & neglectis pauperibus ante ipsos stantibus, ditiores signò manu dato ad se accersunt, vt quamprimum illos absoluant & demittant, &c.* Pergit narrare Ministrorum inter se inuidiam, calumnias, contentiones, quãdo plures pœnitentes alijs alij dinumerant, vel ab alijs, ad alios qui ditiores habentur fortè pertransseunt. Tandem secretum sigilli apud ipsos sic exponit. *Arcana sibi commissa in priuata confessione, per imprudentiam, vel potius garrulitatem effutiunt, & patefaciunt, & pœnitentibus periculum creant; similes illi qui se rimarum plenum hac atque illac perfluere profitebatur.* Ità sane est. Nihil arcanum,

Dom. Soto, in 4. Sent. dist. 18. qu. 1. art. 1 in medio. fol. 463. edit. Louan. An. 1573.

Polanus in disp. de Confessione.

Ibidem.

num, nihil sanctum apud ipsos, qui omnia liberrimè effundũt, nec periculum tantum sed perniciem pœnitentibus creant. Documento vna ex quamplurimis sit, sacrilegá illa in Crelliũ Doctorem, & Cancellarium in Saxonia, patrata nequitia. Quem cùm Ministri sibi confitentem prodidissent, ac perdidissent, funebri tandem oratione eius apud posteros infamiæ impresso libro hoc epitaphium posuerunt. *Post hac confessus est Doctor Crellius. Quæ eius confessio ita comparata fuit, vt quamuis id quod confessus est, meritò reticeri, & cum sepultis sepeliri deberet, intrepidè tamẽ dicere audeamus, ipsum Crelliũ tã multa coram Deo, nobisq́; Dei Ministris fassum, & confessum esse, vt se hoc mortis supplicio dignum indicaret.* Inaudiueram aliquando Ministrorum sanctionem, *ne epitaphia vlla amplius, vel saxeis vel æneis tabulis incidantur.* Ad quid ergò hoc impressum (nisi forsan quia non incisum, sed typis expressum est) epitaphium? Certè mihi erit, & Crellianę insaniç qui talibus vti voluit Confessarijs, epitaphium ære perennius, & perfidiæ exploratissimæ Ministrorum nobile monumentum,

Vide Summulas Gretseri pag. 153.

In orat. funebri de supplicio Crellij fol. 57.

Lauatherus de ritibus Eccl. Tigur.

Quod non imber edax, non aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabiles
Annorum series, & fuga temporum.

Huius autem proditionis Ministrorum iusto timori, volentes Angli occurrere, sanxerunt *sub irregularitatis pœna, ne Ministri peccata confessa* (non ad absolutionem, sed *solam spiritualem consolationem & leuamen:* absolutionis enim nomini, Puritanis obstrepentibus Formalistæ nuntium remiserunt, quamuis de ea dicant Oxonienses: *Nomina presbyterorum & absolutionis, à multis nostrorum Theologorum probantur, & probabuntur*) *cuiuis personæ aliquando retegant, nisi sit ex eo genere criminum, quorum occultatio ex legibus huius regni sit capitalis.* Capitale verò apud ipsos ex legibus regni est, sacerdoti Catholico confiteri; hospitium ipsi præstare; &c. Quæro nunc, an forte sufficiat ipsis hoc grande & inexpiabile peccatum, intellexisse, ità vt personam sibi prodi non expetent? Id enim ne fiat prohibere videntur verba Serenissimi Regis: *Proditiones in Sacramentali confessione auditas, posse*

Synod. Lõd. an 1603. c. 113.

Resp. Oxon. ad libellum supplicem Puritanorũ pag. 12. n. 5.

Vide Colloq. Hãpt. pag. 7. 8. 13.

Rex magnæ Brit. in monitoria præf.

posse, ac debere detegi, modò persona confitentis non detegatur. Quæ & nostra omnium est receptissima doctrina, vbi aliud exquisitis exprimere tormentis non est sacrilegorum exploratissimum consilium, quo personam confitentis sciant & perdant. Si igitur in eam sententiam à Serenissimo Rege patefactam, tãdem ex animo consenserint, & idonea cautela fidem illibatam addixerint: Catholicorum omnium nomine sponsor ero, proditiones omnes Sacramentali confessione auditas, ijs quorum interest, terminis saltem generalibus patefactum iri. Nemo enim non tenetur malum omne quoad liceat, maximè verò mortis imminentis discrimen, à proximo (quanto magis reipublicæ impendens periculum?) propulsare. Id fecisset Henricus Garnetus, nisi certo certius præsumpsisset, puluerarios proditores acerrimis pro more tormentis personaliter ac nominatim exquirendos, & secretum confessionis indubiè violandum. Id autem, cùm ipsi, & cuicunque rerum Anglicarum non imperitissimo, euidentissimè ex more gentis recepto cõstaret, fecit quod potuit, propositum damnando, & totis viribus impediendo; vt eum fecisse tam ipse moriens vltimis verbis, quàm proditores sub ipsum supplicij articulum, sanctissimè in animas suas receperunt. Habeo quoque vlterius, ex viri in primis Religiosi literis in manibus meis, dictum P. Garnetum non prius absoluisse quem præ manibus habebat sceleris complicem, quam fidem ipsi certam fecisset se ab impio proposito repentè destiturum, & pro virili ne ab alijs committeretur, præpediturum. Quod certè sibi persuadebit quicunque non ignorat quanto horrore deuitent homines eiusdem cum Garneto instituti, rerum nouarum machinationes; quique verba eiusdem in supremo supplicio ex F. T. Appendice, inaudiuerunt. Oggannit tamen Casaubonus (nec mirum) Constantini Harpagus, Demetrij Stratocles, Dionysij Carisophus, Cæsaris Lelius: qui per imprudentiam de se ipso dicit, *Cùm apud Regem viuat, non ex suo pendere arbitrio sed ex alieno; non voluntate sua, sed eius in cuius est potestate, edidisse libellum in amicum diffamatorium*. Merus profectò adulator, vel ex eo apertissimè, quod

Vide Bellar in Resp. ad Regem.

Casaubon. in epist. ad Frontonem Ducaum Calendis Nou. 1611.

ſuam Caluinianam, & Bezanam ſeu Geneuenſem Religionē vix in Angliam appulſus abiurauerit, & Anglicanam (ab ea, in quam plurimis capitibus, vt iam liquet, liquebitq́;, diſcrepantem) dixerit *eſſe Religionem Catholicam quoad eius fieri potuit ad priſtinam ſimplicitatem reuocatam*. Quare ergò in priſtinam Religionem, & ſi Deo placet Catholicam, in meridie Euangelij, impingunt Geneuizātes Puritani, vt eam eo modo quo ſuperius diximus, tanquam execrandam deteſtentur, & viciſſim ab eadem tam nefariè proſcribātur? Quare in Anglia, Geneuenſia Biblia omnium peſſima cenſentur? Quare Regiæ Maieſtati *præcipuus labor fuit Puritanorum anarchiam expugnare*, (quam tamen, ſub nomine Diſciplinæ eſſentialem Eccleſiæ ſuæ notam Puritani eſſe volunt) niſi quod eſſentia Geneuenſis fidei perfida ſit, ſi Religio hodie in Anglia habeatur Catholica ad priſtinam ſimplicitatem reuocata? verum ſit hodie Conſtantius, Eccebolus rhetor erit Chriſtianus. Sit cras Iulianus, erit idem Ethnicus. Negat quis in Francia Religionem Anglicanam eſſe puram, vt Caluinus, vt Beza, &c.? negabit Caſaubonus. In Anglia verò dicet aliquis contrarium, & dabit Canonicatum, &c.? Caſaubonus repentè annuet, & in eius verba gnathonicè iurabit. Quod autem irrideat Spicæ Garnetanę miraculum, voceтq́; *ſtramentitium, ab impoſtoribus lepidè excogitatū, etſi parum venuſtè à malo pictore concinnatum*: inſolentis inſaniæ eſſe videatur, cum innumeri omnis dignitatis, ſexus, ſectæque, ſpectatores, luculentiſſimum (quod nulla ars humana, dedita obnixè opera imitari poſſet) miraculum agnouerint. Id anagrammaticum carmen Reuerendi admodum & Theologi, & Poëtæ Gualteri Pauli Gondruſij, licet Caſaubonus diſrumpatur, poſteritati perſuadebit.

Caſaubon. pag. 67.
Superius l. 1. c. 4. per totū, lib. 2. c. 3. nu. 5. &c.
Socrat. lib. 3. hiſt. c. 11.
Calu. in epiſtolis in fol. pag. 96 101. 159. 384.
Beza ep. 12. &c.

AN A-

ANAGRAMMA.

PATER ENRICVS GARNETIVS.
PINGERE CRVENTVS ARISTA.

Ad Spicam Garnetanam.

Quid petit hic vultus siccâ rediuiuus aristâ?
Quid frons? quid sacris ora locuta notis?
Nominis augurio PINGERE CRVENTVS ARISTA
Garneti; agnosco vultum, opus, artificem.
Spica tabella; Deus pictor; color vnda cruoris;
Spica crucem, vultum dat Deus, astra cruor.

Vt igitur aliquando Ephrathęi, Schibboleth, seu spicam, malè proferentes, à Galaaditis in transitu Iordanis, iugulati cognoscuntur: ità & in hac re Galaaditæ, nempe conscij, testesq; veritatis, in Iordanis (id est, iudicij) transitu, lutulentos indecoro puluere lutiq; auaritia sordidos Ephrathæos, perperam de hac spica seu Schibboleth Garnetana loquentes, blasphemiæ olim mulcta magnoperè condemnabunt. Sed hominem fide mercenaria Regi merentem. Puteano, Scioppio, Scribanio, Gretsero, Eudæmon-Ioanni, cæterisq; vndique doctissimis, qui immeritam Garneti necem contrà omnium mendaciorum & inuidiæ præstigias calumniasq; defensant, vapulandum obiter propinare, (de re præ manibus solicitus & ad reliqua huius opusculi transigenda festinus) contentus ero. Interim tamen nouerit Casaubonus, in se maximè quadrare & habere locum Erasmi verba, haud in supparem aliquãdo prolata: *non ferẽda* (inquit) *temeritas, hominẽ grammaticum post vexatas disciplinas omnes, ne à sacris quidẽ literis petulantem abstinere calamum.* In sua ergò corrigia grammaticali delitescens, non saltitet philologus in alieno Theologiæ choro, nisi forte ludos dare peritis velit, & seris temporibus sæuiores iocos. Cæterùm, vt lubet, quoniam tanta insaniendi libido est, cùm ex suo (vt ait) *non pendeat arbitrio, sed alieno*. Hactenus denique

Iud. 12. 6.

Erasm. epist. ad Chrystophorum Fisherum.

 per os

per os de Barloo Ministro-piscopo hodierno Lincolniensi, nihil diximus: quem tamen sigilli confessionalis violatorem præcipuum nõ fama sola (tam ficti prauiq; subinde tenax quã nuntia veri) sed ipsemet (vt Deo dante in examine Colloquij Hamptoniensis inter Formalistas ac Puritanos, fusius ostensurus sum) proprijs verbis prodidit. Essexium Comitem infelicem, post direptionem Gaditanam panegyrica celebrauit publica, eiq; adhęsit verbi Minister quousque miser capite pœnas luit. Plexum autem hominem maximè popularem, libuit Regni Proceribus palam seditionis antiuertendæ causa, per ora vulgi in inuidiam traducere. Sed quis ad munus tam exosum declamator maximè idoneus deligi posset? Minister proculdubio aliquis. Quis verò Ministrorum opportunissimus? certè is qui maximè honoribus inhians venalem haberet ad omnia linguam: Quis denique ille præ cæteris? Barlous. Itane verò! homo, cui arcana animi in confessione Essexius non dubitauit credere? Ipsissimus ille. Sed quæ causa fuit mutati amoris tanti in tantum odium? *Nullo* (inquit ipsemet) *obulo per Comitẽ ditior effectus fui, nullo gradu celsior.* Hoc ergò est quod Ministri prẽsant, hoc (vt ostẽdimus aliquoties) quod per omne nefas sedulò exquirunt, ditescere, & sublimari. Attamen ex allegatis ac probatis, non confessionis perfida detectione, hominem amicum ac Mecęnatem pro concione in quadragesima, reum peragere oportuit; vt non crederetur tutius esse tradi ab aduersario Iudici, quàm Ministro; iuxta illud Euangelij, *ne fortè tradat te aduersarius iudici, & Iudex tradat te Ministro.* Equidem Essexius à Iudice morti soli damnatus, à Ministro autem proprio Cõfessore, perpetuę infamiæ expositus fuit. Sed cum Barloo latius in dicto examine expostulandum erit. Cessationis intereà & induciarum non ipsum credo pigebit. Faxo saltem (si fortè viuat) ne longioris quam oporteat in me moræ, pertęsum ipsum fuerit. Cæterùm, confessionis sigillum non tantum non fauet proditorum aut Sicariorum nequitiæ, sed illi maximè aduersatur: cum confessarij prudẽte consilio, semper retrahantur homines à flagitio quocunque patrando, ad

Barlous in præm. Conc. Dom. 1. in Quadragesima, anno 1603.

Matth. 5. 25.

scelus

ſcelus autem deſignandum nunquam impellantur. Quod adeò omnibus eſt compertum, vt ſcelus meditanti, fuga à cõfeſſario prima pars tentandi criminis neceſſaria reputetur. Et mirum eſt medico corporali hoc ſigillum ſecreti neceſſarium haberi, vt & militi, conſiliario, ac cubiculario, non tamen confeſſario cui intimi mentis receſſus pateſiunt. Sicut ergo Alexander Magnus receptis Olympiæ matris epiſtolis, teſte Plutarcho, non prius Epheſtioni legendas eas tradidit, quàm ſigillum ori imponeret ad ſecreti ſignificationem: Sic Deus Opt. Max. ſecreta cordis noluit prius confeſſarijs committere, quàm ſigillo ſecreti ſilentium impoſuiſſet.

QVARTA PARS.

De quibus peccatis confitendis, vel omittendis, Miniſtri Reformati ſoliciti eſſe debent ſecundum Lutheri iudicium?

SEnſum Lutheri de ſecretæ confeſsionis neceſsitate, & quam ſolam ob cauſam confiteri prętermiſerit, ſuperius intelleximus. Operępretium nunc erit audire, quænam peccata ſibi confitenda vel omittenda putauerit. Paucis, rem alioqui intricatam, explicare conabor. Primò, non eſt dubium quam plurimis (vt ſuperius prolixè oſtenſum, pagina 11.12.48.49.95.106.140.) ijſdemq; grauiſſimis criminibus, Reformatos palam eſſe contaminatos, & verò infames. Id enim ipſimet paſſim ingenuè teſtantur libro ſecundo capite ſeptimo. In primis namq; deuotos falſitatis ac errorum præcones, ipſe Lutherus conſtituit ſimul vniuerſos; inquiens: *Si quis veritatem docere prædicans velit, nuſquam permanere poteſt. Si ergò diteſcant, neceſſe eſt vt prædicandis mendacijs homines pecunia emungant, & furentur, ſicut veteri prouerbio fertur: Mundus vult decipi. Sed omnia huiuſmodi mendacia manent impunita: imò etiam oportet ea puriſſimam & ſaluberrimam doctrinam haberi, & qui ea docent, prò veris demum & ſynceris prædicantibus extolli.* Expulſa autem veritate, nullum malum, nullum ſcelus, nullum piaçulum non ſequitur. Ait

Luth. tom 5. Wit. com. in c. 5. Zachar. fol. 396. §. 5.

 enim

enim propheta; *Et facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à* Isa. 59. 15.
malo, prædæ patuit, & vidit Dominus, & malum aparuit in oculis eius, quia non est iudicium. Hinc etiam Reformatorum tanta, & tam enormis nequitia celebratur, ità vt dicat Musculus: *Quod si quemadmodum cogimur veritatem fateri velimus, tum hoc de nobis Euangelicis testari cogimur, magis quàm nos gulosos, scortationibus, vsuris, circumuentionibus, fraudibusq; deditos, in toto iam mundo nusquam inueniri,* vt semel & iterum præmonui.

Andreas Muscul. de nouissimo die fol. 78.

Ad hæc scripta, & prælo vicina, ecce horum omnium contestatam approbationem ad me inter alia opportunè datam nuperis literis cuiusdam pijssimi ac integerrimi viri, cuius authoritati ab omnibus qui illum norunt fides certissima sine vadimonio adhibetur; qui quæ sunt alijs, & mihi ipsi prò magna parte exploratissima, & accommodatissima ad rem præsentem strictim commemorat. Eius verba proprio stylo, & ordine, sic habent. *Gulielmus Egertonus* Cestriæ Episcopus, & Mãcestriæ Custos, constitutus est à litigantibus duobus villicis arbiter seu diribitor in lite trium prædiorum ad nouam villam in parœchia Mancestrensi. Hos autem litigantes magna summa pecuniæ, vt suę definitioni pręclusa omni appellatione acquiescerent, pro more obstrinxit. Quo facto, vtrique predium vnum adiudicauit: tertio, quod longe fuit optimum, sibi addicto. Pari modo *Oliuerius Carterus* seu Auriga, ibidem sub eodẽ *Verbi Minister*, inhiabat vicino agro, quo vitam tolerabat (iure conductionis, non possessionis) quidam Cocus. Hunc agrum *Carterus* vt suum clam faceret, frustra ab alijs pecunias mutuò expetebat, cùm passim versutus & subdolus veterator haberetur: ab ipso vero Coco omnis doli vacuo, expetijt, & exorauit. Quas semel adeptas, eiusdem ingens in damnum, miseramq; mendicitatem, agri emptione conuertit. Exclamans Cocus inuectusq; in fraudem *Carteri, Verbi Ministro* vt aiebat indignissimam: ab eo in ius rapitur. Quo iure admirabili, ad publicam pœnitentiam condemnatus, ex suggesto veluti grauissimi sceleris reus hęc verba dicere iubetur: Domine *Cartere*, iniuriam tibi illatam vt mihi condones deposco. *Smithæus* quoque *Prædicans*

Litera Moylani 20. Iunij 1613. ex Brit.

dicans, Mãcestriæ (vbi reliqua contigerunt) vtcunque fama celebris, fucata probitate à quamplurimis effectus depositarius, omnium deposita interuertit, & insuper viri probi coniugem malis artibus ad fugam pellexit. Rotherami verò in comitatu Eboracensi deprehensus, suum cuique quod restabat reddere compulsus, immunis de reliquo intemeratusq; euasit. *Ettonus* item prædicans, ac didascalus ibidem, insimulatus fuit sodomitici peccati, *Barberius* verò & ipse prædicans in eodem oppido, non dubia sed palam manifesta bestialitatis infamia, flagrauit. Denique in vicina Cestriç ciuitate, ad Ettonum (fortè eundem) Prædicantem, Energumena puella à malo genio liberanda, veluti ad virum cæteris sanctiorem adducebatur: quã ille nouo spiritu fœtuque impregnauit, à pristino autem quo obsidebatur dæmone, nequaquam liberauit. Hæc ille, aliud omninò agens, ex quo liquet, Augiç stabulum repurgare, quã horum turpitudinem pro dignitate enarrare, longè facilius esse.

Multò verò amplius causam Reformatam premit, pungitque ab ipsa natura Euangelij reformati hãc totam nequitiam, veluti ex arbore fructum suaptè sponte enascere, & non aduentitiam aut fortuitam illi temerè aduenire, seu arbori volucrem, aut insitum aliena manu surculum. Id enim esset tolerabilius, cùm nunc necessitate quadam natiua, ipsius doctrinæ vitium sit. Norunt enim vniuersi, SOLAM FIDEM SINE OPERIBVS, vt iam aliquoties intimaui, esse Reformationis & Reformatorum, [a] *summam artem & sapientiam Christianam*; [b] *Euangelicæ Religionis sustinendæ cardinem*; [c] *veritatis lidium lapidem*; [d] *articulum omnium summum & præcipuum*; [e] *mysterium incognitum*; [f] *Ecclesiæ animam*; [g] *vnicam denique cælorum portam*, &c. Alibi tamen idem Lutherus sibi vt assolet contrarius, ait; *Vbi sola fides docetur, fiunt falsi Christiani, qui de fide quidem gloriantur & baptizati sunt, inq; Christianorũ numero recensentur, nullũ tamen neque succũ habent, neque fructum edunt.* Quo nihil verius falsitatis & errorum buccinator infamis vnquam dixit. Ab hac interim sola fide reformatæ Ecclesiæ anima (veluti ex corrupto sanguine vlcera) pro-

a *Luth in arg ep. ad Galat.*
b *Calu. Instit l. 3. c. 11. nu 1.*
c *Foxius in Actis & Mon. p 402.*
d *Magdeb. cent. 2. col. 60*
e *In prologo Aug. Confess an. 1530.*
f *Charcus disp in Turri, die 4.*
g *Luth. in euang. feria 2. Pentec.*
Idem in cap. 15 Ioan. to. 4 Germ. Wit. fol. 206. b.

ra)progerminare nequitiam fatetur Kingus, hodiernus si Deo placet Londinensis Episcopus. Ait enim: *Et sicut aliqui ex lege arripuerunt occasionem maioris nequitiæ, sic nequitia nunquam inter nos adeò fuißet luxuriosa, nisi ex Euangelio luxuriante seu exuberante.* Abũdantiam ergò reformatę gratiæ abundãtiam progignere peccati, & exundantiam reformati Euangelij luxuriantem parere nequitiam, præsulis reformati confessione intuentes: non miremur euangelicis Reformatis suppetere vberem confessionis materiam, si confessionem quam oporteret, instituere velint. Sed filijs suis Lutherus ferias imperat, modò à sola infidelitate (quam [a] *vnicum esse peccatum* contendit) immunes sint. Vel certè si ex tenera conscientia confiteri cupiant, suadet, *vt sint peccatores, & peccent fortiter*, (vt numero primo declaratũ) id est, [b] *blasphemias, parricidia, contemptum Dei, adulteria, confidenter committant, & non aliter sint* [c] *veri & germani sancti, quàm vt fortibus & atrocibus peccatis obnoxij.* [d] *Denique si vera est gratia* (per quã scilicet reformatè iustificeris) *verum non fictum peccatum ferto, cùm Deus non faciat saluos fictos peccatores.* Id est, dirue templa ac monasteria, diripe & profana res omnes Deo dicatas, virgines sacratas pollue, Episcopos ac omnes Christi vnctos macta, principes omnemque Magistratum è medio tolle, Academias ac doctrinam omnem extingue, vrbes denique ac regiones ferro flammâq; vasta, perdeq;, non aliter futurus VERVS ET GERMANVS SANCTVS, quam his reformatis *fortibus, solidis, verisq; facinoribus.* Talia enim Lutherus ibidem se solitum confiteri peccata profitetur, inquiens, *Doctori Staupitio sæpè confeßus sum, non de mulieribus sed verò atrocia, & solida facinora,* omnem nimirum cum mulieribus libidinem multis parasangis exuperantia. O scelus! ô portentum! ô tempora nostra misera! qualem nobis confessionis Reformationem attulistis? Cæterùm, quicquid hic de nequitia Reformata protuli, vnico hymno decantatissimo Erasmus Alberus complexus est, cuius nonnullos versiculos delibauit Scioppius.

King super Ionam sect. 32 pag 442.

a *Luth. to. 2 Lat. Wit. fol. 74 § 4*
b *Idem in colloq. de peccato edit. Isleb. f. 130. b*
c *Idem to. 4. Germ. Wit. fol. 305. § 5.*
d *Idem to 1. Epist. edit. Ien. fol. 345.*

Se iactant Euangelicos,
Sed vsque præbent improbos.

1. *Deus profectò luditur,*
Irasci neque creditur.

Nihil

Nihil est nisi nequitia
Deglubunt præ auaritia.
2. *Deum non esse crederes,*
Adeò opprimuntur pauperes.
Ecclesias diripiunt,
Nec inde lucrum sentiunt.
3. *Fames egenos opprimit,*
Et panis illos deficit.

Opes sacratas rapiunt,
Queis de suo nil conferunt.
4. *Sacra inuolant clenodia,*
En quid facit auaritia.
Ars summa iam est conuiuia.
Facere, & nosse flagitia.
5. *In his eruditissimi, &*
Nequitia sunt plenissimi.

Erasm. Alberus, in Scioppij Ecclesiastico, c. 104. p. 349.

CAPVT QVARTVM.

De Sacramento Confirmationis.

PRIMA PARS.

Quid dicant Reformati in fauorem Confirmationis?

SEPTEM Sacramenta se profiteri nobis aliquoties Reformati disertis verbis dixerunt: proindeque Confirmationem esse Sacramentum vltrò nobis asseruerunt. Verba tamen eorũ, noua confirmatione indigere videbuntur, vt ipsos æquiuocare, aut mentiri, iure non existimemus. Hoc meum est paucis hic ostendere.

Primò itaq; Formalistas, qui primi Reformatorum volunt haberi, conuenio, auditurus quãtum faueant huic Sacramento. Id verò illi pleno suo Conciliabulo Lõdinensi, anno 1603, non grauatim, sed verbis specie tenus ornatissimis mihi declarant. Aiunt enim, *Cùm solemnis, antiqua, & laudabilis in Ecclesia Dei consuetudo fuerit, ab ipsis vsque Apostolorum temporibus obseruata, vt Episcopi quiq; paruulis baptizatis, & in catechismo Christianæ religionis instructis manus imponentes, super illos orarent ac benedicerent (quod vulgò Confirmationem nominamus:) cumq; in triennali Episcoporum visitatione mos sanctissimi istius operis peragendi in Ecclesia per* *Conuocatio Lond. anno 1603 c. 60.*

multas ætates obtinuerit: volumus, & ordinamus, vt quilibet Episcopus, vel eius Suffraganeus in consueta visitatione sua morem & ritum illum in propria persona diligenter obseruet.

Quid audio? *confirmandi consuetudinem esse solemnem, antiquam, laudabilem, ab ipsis Apostolorum temporibus obseruatam: paruulos fuisse baptizatos, deinde catechismo Christianæ religionis instructos, demum manuum impositione post catechismum ab Episcopis benedictos*. Hæc autem omnia valdè sunt orthodoxa, valde catholica, si bona fide proferantur, & nulla leuitate Reformata retractētur: quod sperandum est ab hominibus, à cunctis æquiuocationis technis, si credere fas est, remotissimis. Sed arrigamus aures, ecce enim plura affatim nobis eorundem elargiuntur *Rubricæ* libri publicarum precum: nempe confirmari baptizatos, *vt per manuum impositionem, & orationem, robur & defensionem contra omnes tentationes peccati, & insultus mundi ac dæmonis recipiant: adeoq; tunc commodissimè administrandam cùm incipiunt de peccato periclitari.* Idq; hac forma; *Signo te signo crucis, & impono tibi manus, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti.* Deest quidem hic oleum seu chrisma, ne aliquid sine sacrilegij fermento incorruptum Reformati prætermitterent. Pergunt tamen dicere, se confirmantes *imitari sanctos Apostolos, imponendo manus, vt tali signo certificent confirmatos de fauore & gratia benignitatis diuinæ*. Addūt, vt ostendi pagina 64, *Confirmationis doctrinam fuisse catechismi Apostolorum partem, ab aliquibus Ecclesijs temerè reiectam, iudicio tamen Caluini resumendam, eoq; solo nomine Puritanis ingratam, quod ipsi eam administrare non possint.* Oxonienses quoque ijsdem astipulantur, dicentes, *Confirmationem esse antiquissimam, probatissimam, & conuenientissimam cæremoniam.* Occasionem denique Confirmationis ostendit Couellus, his Eusebij Emisseni verbis: *in Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum confirmamur ad pugnam*. Hæc inquam omnia Formalistæ liberaliter nobis donarūt, quibus ipsi Catholici sono verborum tenus vix quicquam de Confirmatione honorificentius sentire, aut loqui posse videantur.

Vide inferius vbi de Masono.
Libr. publ. precum, in Rubricis de Confirmatione fol. 132 135.
In oratione post Confirmationem fol. 135.
Colloq. Hampton. pag. 10. 11. 32. 33.
Resp. Oxon. ad libellum supplicem pag. 11. nu. 1.
Couell. in Exam modesto p 192. ex Eusebio serm. de Pentecoste.

Ordine dignitatis Caluiniani Reformatorum omniū opinione

nione sua primi, nostra verò Formalistis proximi, etiam honorificè de Confirmatione subinde loquuntur. Ait enim Caluinus: *Non est credibile nisi Christi mandato manuum impositione vsos fuisse Apostolos. Huic alterum quoque annexum est, inane symbolum non fuisse. Pro Sacramento igitur habendum esse conficitur*. Superius pagina 70, magnum, hoc dicto, nobis præberi commodum confirmaui. Et verum id esse, paulò post visuri sumus, si fortè nomen rationemq; Sacramenti nostræ Confirmationi negare Reformati audeant. Caluini vtique authoritati, qua & Sacramentum non autem solum *inane symbolum habendum* declaratur, quaq; *Christi mandato Apostolos eodem vsos fuisse* astruitur, quicunque detractum eant, Reformationis columnam non minimam se concussuros, simulq; machinam Reformatam nō mediocriter labefacturos, probè intelligant. Quod vobis Puritani dictum præ cæteris scitote, qui sanctè nobis recepistis, *non recusaturos vos Magistri Caluini iudicium in quacunque re controuersa*; adeoq; neque de Confirmationis præ manibus Sacramento.

Calu. in Act. Apost. ad cap. 2. & instit. l. 4. c. 19. num. 18.

Carturight. lib. 1. pag. 35.

Cùm itaque habeamus in hunc modum Formalistas ac Caluinistas Confirmationis defensores, ad Lutheranos properemus, vt totius Reformationis extremos, nempe Lutheranos ac Caluinianos, & inter vtrosque medios Formalistas, in vnum consensum si fieri possit, si non in rem suam (id enim credo impossibile) saltem in nostram ex omnibus vtilitatem, conijciamus. Agnoscunt vtique Centuriatores Magdeburgenses (Lutheranorum vt opinor Antesignani) S. Cyprianum ac sanctum Chrysostomum ostēdere *adultos simul cum baptismo, Chrismate inungi solitos, ac manuum impositione confirmari*. Agnoscunt reliqui, vt paulò superius aliquoties vidimus, septenariū Sacramentorum numerum, & consequenter Confirmationem. Hoc verò nobis in præsenti sufficit ad Confirmationis commendationem, quod Reformatorum choragi eidem calculum adijciant album.

Centuria 3. col. 82. 113. cēt. 4. co. 657 S. Cypr. lib. 1 ep. 12.

PARS SECVNDA.

Quid deinde dicant Reformati contra Sacramentum Confirmationis?

Theodoret. Haret. Fabul. l. 5.

QVod Theodoretus dicit de Nouatianis, *contrà Ecclesiæ morem non vngere eos quos baptizant:* nostros quoque Nouatores attingere omninò videtur. Caluino enim *Chrisma est oleum Diaboli mendacijs pollutum*. Et Puritanis Caluinolatris, tota Confirmatio tam sine chrismate, quàm cum chrismate, est *inutilis, illicita, vana;* prçter alia quæ ab ijs dicta retulimus pagina 242. Lutherani quoque passim, hoc sanctissimum Sacramentum non minus blasphemant.

Calu. Instit. l. 4. c. 19. n. 5.

Artic. 25. Doctrina Anglicana, propos. 5.

At de Formalistis quis aliquãdo præsumsisset tam supinam non minus sui quam veritatis incuriam, ac despectum, quo priora omnia sua conculcantes scita, Sacramentum esse appellandum Confirmationem pernegant? Quomodo enim *solemne, antiquum, laudabile, sanctissimum symbolum, idemq; non inane, & Christi mandato ab Apostolis administratum, quò certificantur baptizati de fauore ac gratia benignitatis diuinæ, & quò recipiunt robur ac defensionem contra omnes tentationes & insultus mundi, diaboli, ac carnis, non erit Sacramentum?* Adest namque signum externum & obsignans impositionis manuum, cum interna gratia roboris spiritualis, prçter quç (inquiunt Puritani) nihil vltrà ad Sacramenti rationem requiritur.

Exam. libri public. precũ pag. 117. 118. & in Appẽdice ad nuperum Catechismum E. resp. 3.

Formalistæ de contradictione, seu antilogiæ implicantia, à Puritanis palam accersiti, quod dicerent se Confirmationem administrare *ad Apostolorum imitationem;* alibi verò, vsum Confirmationis, *corrupta Apostolorum imitatione,* inualuisse: rimulã, euadendi frustrà inquirentes, ne omninò tacerent, aliquid voluerunt dicere. Aiunt ergò, sed gratis, prò Confirmatione se stare cum Apostolis, quatenus modo prædicto est symbolum: non verò, quatenus corrupta Apostolorum imitatione habetur Sacramentum. Hoc autem præterquam quod ridiculum sit,

Collo. Hãpt. pag. 25.

sit,id ipsum est quod quæritur, vtrùm soli Formalistæ scenici Episcopi ritè confirment sine chrismate, & cum mutila verborum formula; reliqui verò vniuersi aberrent à tota institutione Apostolica. An potius reliqui sacramentaliter confirmantes Apostolorum vestigijs insistant (quod Caluinus ipse innuit) Formalistæ verò, toto quod aiunt cælo à Christi instituto deficiant. Prò hac parte, quod nimirum ipsi deficiant: quam plurima Scripturarum, Conciliorum, Pontificum, Patrum,ipsorumq; hęreticorum clarissima loca adfert,vt de alijs nihil dicam, Cotonus ille celeberrimus,in suis institutionibus. Prò altera verò parte, quod ipsi soli rectè cõfirmationem administrent: nullum ab ipsis, aut alijs prodijt, aut prodire potest testimonium,vel minimę probabilitatis argumentum. Proindeq; post hæc omnia solum superest, vt importunis Puritanis,in contradictionem sese implicuisse, quia mentiendo non fuerunt memores,liberè agnoscant; nomenq, Sacramẽti, cuius rem totam attribuunt, Confirmationi non concedere, pudoris,vel perfidiæ amore,candidè declarent:vel certè rem prorsus ita se habere,tacendo consentiant.

Coton in Instit.tom.2. lib.3.c.41. p 1108. ad pag. 1121.

Nam mentiens cùm quis palam prehenditur,
Taceat necesse est quamuis facundissimus.

Vide Scioppij Ecclesiast. in ep dedecatoria.

TERTIA PARS.

Cur in nostram Confirmationem dicant Reformati se non posse consentire?

MAlè Reformatos habet Confirmationem à nobis haberi pro Sacramento,& non potius vt *otiosam cæremoniam, & quandam catechesim, qua adolescentiæ proximi,fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant.* Verùm,ne sententiam mutemus,contrà Reformatos Reformati à nobis stant: ipso Caluino iam iam fatente, non modò non esse *symbolum inane*, sed *verum Sacramentum*, idemq; Christo mandante ab Apostolis administratum. Ad aliam itaque calumniam progrediuntur, quod hæc

Conc. Trid. sess.7.de Cõfirm.can.1.

fatiſcat & à proprijs ſymmiſtis pro vtraque ſui parte, abſtergatur. Finita enim catecheſi, Epiſcopi *imponentes* (vt ipſi fatētur) *manus, orabant, benedicebant, ſanctiſſimumq́; opus* à catecheſi (quæ ab alijs non Epiſcopis, nempe ex proprio officio à Lectoribus haberi potuit) omninò diſtinctum, exequebantur. Sed & priſco primitiuæ Eccleſiæ more, Confirmatio infantibus nōdum catechiſmi gnaris, vtpote in cunis, adminiſtrari ſolebat: adeoq́ue à catecheſi longè diuerſa eſſe debebat. In hoc tandem Reformatorum puriſſimi ponunt præcipuum ſcrupulū, quod à nobis habeatur corroboratio quædam baptiſmi alioqui imperfecti. Verùm, hoc quidem ipſi nobis conſueta ſua ſinceritate impingunt, cùm tamen à noſtra doctrina remotiſſimè abſit. A trecentis enim & quinquaginta annis S. Thomas (vt alios prætercam) diſertè docuit baptiſmalem gratiam in ordine ad proprium effectum minimè perfici aut corroborari à Confirmatione, ſed tantum in ordine ad id quod eſt commune omnibus Sacramentis, vt ſcilicet Deo gratiorem faciant. Sed & gratia vtriuſque Sacramenti tota differt ſpecie. Nam per baptiſmi gratiam deletur peccatum originale, omneq́ue ſimul peccatum actuale quoad culpam & pœnam: nequaquā verò per gratiam Confirmationis. Item per illam in Chriſti familiam, per hanc in eius militiam, vt ex officio pugnemus contra Dei hoſtes, adoptamur. Denique per illam regeneramur ad vitam, per hanc armamur ad pugnam, cum roboris ad dimicandum augmento. Porrò tam procul abeſt vt Confirmatio à nobis dicatur perfectio baptiſmi in ordine ad proprium effectum, vt Remundum Lullum ex omnibus hoc temerè affirmantem, Gregorius duodecimus condemnauerit.

Kemnit. in exam. Conc. Trid de Cōfirm. S. Tho. 3. p. q. 72. ar. 7. ad 3. Vide Bellar. tom. 3 lib. 2. c. 7. per totū.

Bellarm. loc. cit. pag. 117. 301. 318. 330. 332. Derect. Inquiſit. Et Palac. in 4. diſt. 7. q. 3. Vide Henriquez. Vbi de Confirm.

QVARTA

QVARTA PARS.

An susceptores admittant Reformati, vel spernant, vel admittant aliqui, spernant aliqui?

AIt in primis Lutherus, *paruulum alienæ fidei* (nempe fideiussoris) *meritò baptizari & saluari*. Secundò ait Oecolampadius, *parentum & compatrum fide pueros sanctificari*. Tertiò, ait Caluinus, *si nemo fideiubeat, profanari baptismum* Et inferius: *Patres nisi quid negotij impediat iubentur adesse, vt stipulationi respondeãt vnà cum fideiussoribus*. Quod Geneuæ perpetuò obseruari asserit. Quartò, Puritani à Caluino in hoc quoque recedentes, fremunt, frendentq; contra fideiussores à parentibus distinctos: *eo quod parentum fide, non aliorum quorumcunque, nec alia ratione quacunque, saluari infantes velint*. Formalistæ autem in hac re orthodoxè sentientes, à Puritanis miris vapulant modis, & aliquot paginarum dira reprehensione obiurgantur.

1. *Luth. to. 2. de capt. Bab. fol. 77.* 2. *Oecolãp. in lib. Epist. Oecolãpadij & Zuinglij lib. 2. p. 301.* 3. *Calu. in epist. ad Farel pag. 129. & ep. ad Olenianum pag. 228* 4. *Puritani in suo Exa. libri publ. precũ p. 88. 124. 125.*

Duo duntaxat breuissimè ad hæc omnia dicam. Primò, idem, quod in secundi libri conclusione ex S. Hilario recitaui. *Profectò* (inquit) *nec fieri potest, nec ratio patitur vt repugnantia congruant, dissimilia conglutinentur, vera & falsa misceantur, lux & tenebræ confundantur, dies quoque & nox habeant aliquam coniunctionem*; ità neque vt hæc Reformatorum repugnantia dogmata *congruant, conglutinentur, misceantur, aut vllam habeant coniunctionem*. Secundò, patrinos non esse vt Puritani mentiuntur solos *Testes*, sed vt S. Dionysius ait *Fideiussores*; vt Tertullianus ait, *Sponsores*; vt S. Augustinus ait, *Fidei Doctores*. Hic quoque vltimus præclarè infit; *portantur ad Ecclesiam paruuli, & si pedibus currere non possunt, alienis pedibus currunt vt sanentur. Accommodat illis mater Ecclesia pedes aliorum vt veniant, aliorum cor vt credant, aliorum linguam vt fateantur.*

S. Hilar ad Constant. *S. Dionys. de Eccl. hier. c. 2* *Tertul. l. de bapt. c. 18.* *S. Aug. ep. 23 & serm. 10. de Verbis Apostoli.*

CAPVT

per os de Barloo Ministro-piscopo hodierno Lincolniensi, nihil diximus: quem tamen sigilli confessionalis violatorem præcipuum nō fama sola (tam ficti prauiq; subinde tenax quā nuntia veri) sed ipsemet (vt Deo dante in examine Colloquij Hamptoniensis inter Formalistas ac Puritanos, fusius ostensurus sum) proprijs verbis prodidit. Essexium Comitem infelicem, post direptionem Gaditanam panegyrica celebrauit publica, eiq; adhęsit verbi Minister quousque miser capite pœnas luit. Plexum autem hominem maximè popularem, libuit Regni Proceribus palam seditionis antiuertendæ causa, per ora vulgi in inuidiam traducere. Sed quis ad munus tam exosum declamator maximè idoneus deligi posset? Minister procul dubio aliquis. Quis verò Ministrorum opportunissimus? certè is qui maximè honoribus inhians venalem haberet ad omnia linguam. Quis denique ille præ cæteris? Barlous. Itane verò! homo, cui arcana animi in confessione Essexius non dubitauit credere? Ipsissimus ille. Sed quæ causa fuit mutati amoris tanti in tantum odium? *Nullo* (inquit ipsemet) *obulo per Comitē ditior effectus fui, nullo gradu celsior.* Hoc ergò est quod Ministri prēsant, hoc (vt ostēdimus aliquoties) quod per omne nefas sedulò exquirunt, ditescere, & sublimari. Attamen ex allegatis ac probatis, non confessionis perfida detectione, hominem amicum ac Mecęnatem pro concione in quadragesima, reum peragere oportuit; vt non crederetur tutius esse tradi ab aduersario Iudici, quàm Ministro; iuxta illud Euangelij, *ne fortè tradat te aduersarius iudici, & Iudex tradat te Ministro.* Equidem Essexius à Iudice morti soli damnatus, à Ministro autem proprio Cōfessore, perpetuę infamiæ expositus fuit. Sed cum Barloo latius in dicto examine expostulandum erit. Cessationis intereà & induciarum non ipsum credo pigebit. Faxo saltem (si fortè viuat) ne longioris quam oporteat in me moræ, pertęsum ipsum fuerit. Cæterùm, confessionis sigillum non tantum non fauet proditorum aut Sicariorum nequitiæ, sed illi maximè aduersatur: cum confessarij prudēte consilio, semper retrahantur homines à flagitio quocunque patrando, ad scelus

Barlous in præm. Conc. Dom. 1. in Quadragesima, anno 1603.

Matth. 5. 25.

ſcelus autem deſignandum nunquam impellantur. Quod adeò omnibus eſt compertum, vt ſcelus meditanti, fuga à cõfeſſario prima pars tentandi criminis neceſſaria reputetur. Et mirum eſt medico corporali hoc ſigillum ſecreti neceſſarium haberi, vt & militi, conſiliario, ac cubiculario, non tamen confeſſario cui intimi mentis receſſus patefiunt. Sicut ergo Alexander Magnus receptis Olympiæ matris epiſtolis, teſte Plutarcho, non prius Epheſtioni legendas eas tradidit, quàm ſigillum ori imponeret ad ſecreti ſignificationem: Sic Deus Opt. Max. ſecreta cordis noluit prius confeſſarijs committere, quàm ſigillo ſecreti ſilentium impoſuiſſet.

QVARTA PARS.

De quibus peccatis confitendis, vel omittendis, Miniſtri Reformati ſoliciti eſſe debent ſecundum Lutheri iudicium?

SEnſum Lutheri de ſecretæ confeſsionis neceſsitate, & quam ſolam ob cauſam confiteri prętermiſerit, ſuperius intelleximus. Operępretium nunc erit audire, quænam peccata ſibi confitenda vel omittenda putauerit. Paucis, rem alioqui intricatam, explicare conabor. Primò, non eſt dubium quam plurimis (vt ſuperius prolixè oſtenſum, pagina 11.12.48. 49.95.106.140.) ijſdemq; grauiſſimis criminibus, Reformatos palam eſſe contaminatos, & verò infames. Id enim ipſimet paſſim ingenuè teſtantur libro ſecundo capite ſeptimo. In primis namq; deuotos falſitatis ac errorum præcones, ipſe Lutherus conſtituit ſimul vniuerſos; inquiens: *Si quis veritatem docere prædicans velit, nuſquam permanere poteſt. Si ergò diteſcant, neceſſe eſt vt prædicandis mendacijs homines pecunia emungant, & furentur, ſicut veteri prouerbio fertur: Mundus vult decipi. Sed omnia huiuſmodi mendacia manent impunita: imò etiam oportet ea puriſſimam & ſaluberrimam doctrinam haberi, & qui ea docent, prò veris demum & ſynceris prædicantibus extolli* Expulſa autem veritate, nullum malum, nullum ſcelus, nullum piaculum non ſequitur. Ait

Luth. tom 5. Wit. com. in c. 5. Zachar. fol. 396. §. 5.

enim propheta; *Et facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo, prædæ patuit, & vidit Dominus, & malum aparuit in oculis eius, quia non est iudicium.* Hinc etiam Reformatorum tanta, & tam enormis nequitia celebratur, ità vt dicat Musculus: *Quod si quemadmodum cogimur veritatem fateri velimus, tum hoc de nobis Euangelicis testari cogimur, magis quàm nos gulosos, scortationibus, vsuris, circumuentionibus, fraudibusq; deditos, in toto iam mundo nusquam inueniri*, vt semel & iterum præmonui.

Isa. 50. 15.

Andreas Muscul. de nouissimo die fol. 78.

Ad hæc scripta, & prælo vicina, ecce horum omnium contestatam approbationem ad me inter alia opportunè datam nuperis literis cuiusdam pijssimi ac integerrimi viri, cuius authoritati ab omnibus qui illum norunt fides certissima sine vadimonio adhibetur; qui quæ sunt alijs, & mihi ipsi prò magna parte exploratissima, & accommodatissima ad rem præsentem strictim commemorat. Eius verba proprio stylo, & ordine, sic habent. *Gulielmus Egertonus* Cestriç Episcopus, & Mãcestriç Custos, constitutus est à litigantibus duobus villicis arbiter seu diribitor in lite trium prædiorum ad nouam villam in parœchia Mancestrensi. Hos autem litigantes magna summa pecuniæ, vt suç definitioni prçclusa omni appellatione acquiescerent, pro more obstrinxit. Quo facto, vtrique predium vnum adiudicauit: tertio, quod longe fuit optimum, sibi addicto. Pari modo *Oliuerius Carterus* seu Auriga, ibidem sub eodẽ *Verbi Minister*, inhiabat vicino agro, quo vitam tolerabat (iure conductionis, non possessionis) quidam Cocus. Hunc agrum *Carterus* vt suum clam faceret, frustra ab alijs pecunias mutuò expetebat, cùm passim versutus & subdolus veterator haberetur: ab ipso vero Coco omnis doli vacuo, expetijt, & exorauit. Quas semel adeptas, eiusdem ingens in damnum, miseramq; mendicitatem, agri emptione conuertit. Exclamans Cocus inuectusq; in fraudem *Carteri, Verbi Ministro* vt aiebat indignissimam: ab eo in ius rapitur. Quo iure admirabili, ad publicam pœnitentiam condemnatus, ex suggesto veluti grauissimi sceleris reus hçc verba dicere iubetur: Domine *Cartere*, iniuriam tibi illatam vt mihi condones deposco. *Smithaus* quoque *Prædicans*

Litera Moylani 20. Iunij 1613. ex Brit.

dicans, Mãcestriæ (vbi reliqua contigerunt) vtcunque fama celebris, fucata probitate à quamplurimis effectus depositarius, omnium deposita interuertit, & insuper viri probi coniugem malis artibus ad fugam pellexit. Rotherami verò in comitatu Eboracensi deprehensus, suum cuique quod restabat reddere compulsus, immunis de reliquo intemeratusq; euasit. *Ettonus* item prædicans, ac didascalus ibidem, insimulatus fuit sodomitici peccati, *Barberius* verò & ipse prædicans in eodem oppido, non dubia sed palam manifesta bestialitatis infamia, flagrauit. Denique in vicina Cestriæ ciuitate, ad Ettonum (fortè eundem) Prædicantem, Energumena puella à malo genio liberanda, veluti ad virum cæteris sanctiorem adducebatur: quã ille nouo spiritu fœtuque impregnauit, à pristino autem quo obsidebatur dæmone, nequaquam liberauit. Hæc ille, aliud omninò agens, ex quo liquet, Augiæ stabulum repurgare, quã horum turpitudinem pro dignitate enarrare, longè facilius esse.

Multò verò amplius causam Reformatam premit, pungitque ab ipsa natura Euangelij reformati hãc totam nequitiam, veluti ex arbore fructum suapte sponte enascere, & non aduentitiam aut fortuitam illi temerè aduenire, seu arbori volucrem, aut insitum aliena manu surculum. Id enim esset tolerabilius, cùm nunc necessitate quadam natiua, ipsius doctrinæ vitium sit. Norunt enim vniuersi, SOLAM FIDEM SINE OPERIBVS, vt iam aliquoties intimaui, esse Reformationis & Reformatorum, [a] *summam artem & sapientiam Christianam*; [b] *Euangelicæ Religionis sustinendæ cardinem*; [c] *veritatis lidium lapidem*; [d] *articulum omnium summum & præcipuum*; [e] *mysterium incognitum*; [f] *Ecclesiæ animam*; [g] *vnicam denique cœlorum portam*, &c. Alibi tamen idem Lutherus sibi vt assolet contrarius, ait; *Vbi sola fides docetur, fiunt falsi Christiani, qui de fide quidem gloriantur & baptizati sunt, inq; Christianorũ numero recensentur, nullũ tamen neque succũ habent, neque fructum edunt.* Quo nihil verius falsitatis & errorum buccinator infamis vnquam dixit. Ab hac interim sola fide reformatæ Ecclesiæ anima (veluti ex corrupto sanguine vlcera) pro-

a *Luth in arg ep. ad Galat.*
b *Calu. Instit l. 3. c. 11. nu 1.*
c *Foxius in Actis & Mon. p 402.*
d *Magdeb. cent. 2. col. 60*
e *In prologo Aug. Confes an. 1530.*
f *Charcus disp in Turri, die 4.*
g *Luth. in euang. feria 2. Pentec.*
Idem in cap. 15 Ioan to. 4 Germ. Wit. fol. 206. b.

ra) progerminare nequitiam fatetur Kingus, hodiernus si Deo placet Londinensis Episcopus. Ait enim: *Et sicut aliqui ex lege arripuerunt occasionem maioris nequitiæ, sic nequitia nunquam inter nos adeò fuisset luxuriosa, nisi ex Euangelio luxuriante seu exuberante.* Abũdantiam ergò reformatę gratiæ abundátiam progignere peccati, & exundantiam reformati Euangelij luxuriantem parere nequitiam, præsulis reformati confessione intuentes: non miremur euangelicis Reformatis suppetere vberem confessionis materiam, si confessionem quam oporteret, instituere velint. Sed filijs suis Lutherus ferias imperat, modò à sola infidelitate (quam [a] *vnicum esse peccatum* contendit) immunes sint. Vel certè si ex tenera conscientia confiteri cupiant, suadet, *vt sint peccatores, & peccent fortiter*, (vt numero primo declaratũ) id est, [b] *blasphemias, parricidia, contemptum Dei, adulteria, confidenter committant, & non aliter sint* [c] *veri & germani sancti, quàm vt fortibus & atrocibus peccatis obnoxij.* [d] *Denique si vera est gratia* (per quã scilicet reformatè iustificeris) *verum non fictum peccatum ferto, cùm Deus non faciat saluos fictos peccatores.* Id est, dirue templa ac monasteria, diripe & profana res omnes Deo dicatas, virgines sacratas pollue, Episcopos ac omnes Christi vnctos macta, principes omnemque Magistratum è medio tolle, Academias ac doctrinam omnem extingue, vrbes denique ac regiones ferro flammâq; vasta, perdeq;, non aliter futurus VERVS ET GERMANVS SANCTVS, quam his reformatis *fortibus, solidis, verisq; facinoribus.* Talia enim Lutherus ibidem se solitum confiteri peccata profitetur, inquiens, *Doctori Staupitio sæpè confessus sum, non de mulieribus, sed verò atrocia, & solida facinora,* omnem nimirum cum mulieribus libidinem multis parasangis exuperantia. O scelus! ô portentum! ô tempora nostra misera! qualem nobis confessionis Reformationem attulistis? Cæterùm, quicquid hic de nequitia Reformata protuli, vnico hymno decantatissimo Erasmus Alberus complexus est, cuius nonnullos versiculos delibauit Scioppius.

King super Ionam sect. 32 pag. 442.

a *Luth. to. 2. Lat. Wit. fol. 74 § 4*

b *Idem in colloq. de peccato edit. Isleb. f. 130. b*

c *Idem to. 4. Germ. Wit. fol. 305. § 5.*

d *Idem to. 1. Epist. edit. Ien. fol. 345.*

Se iactant Euangelicos,	1.	*Deus profectò luditur,*
Sed vsque præbent improbos.		*Irasci neque creditur.*

Nihil

Nihil est nisi nequitia
Deglubunt præ auaritia.
2. *Deum non esse crederes,*
Adeò opprimuntur pauperes.
Ecclesias diripiunt,
Nec inde lucrum sentiunt.
3. *Fames egenos opprimit,*
Et panis illos deficit.

Opes sacratas rapiunt,
Queis de suo nil conferunt.
4. *Sacra inuolant clenodia,*
En quid facit auaritia.
Ars summa iam est conuiuia.
Facere, & nosse flagitia.
5. *In his eruditissimi, &*
Nequitia sunt plenissimi.

Erasm. Alberus, in Scioppij Ecclesiastico, c. 104 p. 349.

CAPVT QVARTVM.

De Sacramento Confirmationis.

PRIMA PARS.

Quid dicant Reformati in fauorem Confirmationis?

SEPTEM Sacramenta se profiteri nobis aliquoties Reformati disertis verbis dixerunt: proindeque Confirmationem esse Sacramentum vltrò nobis asseruerunt. Verba tamen eorũ, noua confirmatione indigere videbuntur, vt ipsos æquiuocare, aut mentiri, iure non existimemus. Hoc meum est paucis hic ostendere.

Primò itaq; Formalistas, qui primi Reformatorum volunt haberi, conuenio, auditurus quãtum faueant huic Sacramento. Id verò illi pleno suo Conciliabulo Lõdinensi, anno 1603, non grauatim, sed verbis specie tenus ornatissimis mihi declarant. Aiunt enim, *Cùm solemnis, antiqua, & laudabilis in Ecclesia Dei consuetudo fuerit, ab ipsis vsque Apostolorum temporibus obseruata, vt Episcopi quiq; paruulis baptizatis, & in catechismo Christianæ religionis instructis manus imponentes, super illos orarent ac benedicerent (quod vulgò Confirmationem nominamus:) cumq; in triennali Episcoporum visitatione mos sanctissimi istius operis peragendi in Ecclesia per* *Conuocatio Lond. anno 1603 c. 60.*

multas ætates obtinuerit: volumus, & ordinamus, vt quilibet Episcopus, vel eius Suffraganeus in consueta visitatione sua morem & ritum illum in propria persona diligenter obseruet.

Quid audio? *confirmandi consuetudinem esse solemnem, antiquam, laudabilem, ab ipsis Apostolorum temporibus obseruatam: paruulos fuisse baptizatos, deinde catechismo Christianæ religionis instructos, demum manuum impositione post catechismum ab Episcopis benedictos*. Hæc autem omnia valdè sunt orthodoxa, valde catholica, si bona fide proferantur, & nulla leuitate Reformata retractētur: quod sperandum est ab hominibus, à cunctis æquiuocationis technis, si credere fas est, remotissimis. Sed arrigamus aures, ecce enim plura affatim nobis eorundem elargiuntur *Rubricæ* libri publicarum precum: nempe confirmari baptizatos, *vt per manuum impositionem, & orationem, robur & defensionem contra omnes tentationes peccati, & insultus mundi ac dæmonis recipiant: adeoq; tunc commodissimè administrandam cùm incipiunt de peccato periclitari*. Idq; hac forma; *Signo te signo crucis, & impono tibi manus, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti*. Deest quidem hic oleum seu chrisma, ne aliquid sine sacrilegij fermento incorruptum Reformati prætermitterent. Pergunt tamen dicere, se confirmantes *imitari sanctos Apostolos, imponendo manus, vt tali signo certificent confirmatos de fauore & gratia benignitatis diuinæ*. Addūt, vt ostendi pagina 64, *Confirmationis doctrinam fuisse catechismi Apostolorum partem, ab aliquibus Ecclesijs temerè reiectam, iudicio tamen Caluini resumendam, eoq; solo nomine Puritanis ingratam, quod ipsi eam administrare non possint*. Oxonienses quoque ijsdem astipulantur, dicentes, *Confirmationem esse antiquissimam, probatissimam, & conuenientissimam caremoniam*. Occasionem denique Confirmationis ostendit Couellus, his Eusebij Emisseni verbis: *in Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum confirmamur ad pugnam*. Hæc inquam omnia Formalistæ liberaliter nobis donarūt, quibus ipsi Catholici sono verborum tenus vix quicquam de Confirmatione honorificentius sentire, aut loqui posse videantur.

Vide inferius vbi de Masono.

Libr. publ. precum, in Rubricis de Confirmatione fol. 132 135.

In oratione post Confirmationem fol. 135.

Colloq. Hāpton. pag. 10. 11 32. 33.

Resp. Oxon. ad libellum supplicem pag. 11. nu. 1.

Couell. in Exam modesto p 192. ex Eusebio serm. de Pētecoste.

Ordine dignitatis Caluiniani Reformatorum omniū opinione

nione sua primi, nostra verò Formalistis proximi, etiam honorificè de Confirmatione subinde loquuntur. Ait enim Caluinus: *Non est credibile nisi Christi mandato manuum impositione vsos fuisse Apostolos. Huic alterum quoque annexum est, inane symbolum non fuisse. Pro Sacramento igitur habendum esse conficitur*. Superius pagina 70, magnum, hoc dicto, nobis præberi commodum confirmaui. Et verum id esse, paulò post visuri sumus, si fortè nomen rationemq; Sacramenti nostræ Confirmationi negare Reformati audeant. Caluini vtique authoritati, qua & Sacramentum non autem solum *inane symbolum habendum* declaratur, quaq; *Christi mandato Apostolos eodem vsos fuisse* astruitur, quicunque detractum eant, Reformationis columnam non minimam se concussuros, simulq; machinam Reformatam nõ mediocriter labefacturos, probè intelligant. Quod vobis Puritani dictum præ cæteris scitote, qui sanctè nobis recepistis, *non recusaturos vos Magistri Caluini iudicium in quacunque re controuersa*; adeoq; neque de Confirmationis præ manibus Sacramento.

Calu. in Act. Apost. ad cap. 2. & in-stit. l. 4. c. 19. num. 28.

Carturight. lib. 1. pag. 35.

Cùm itaque habeamus in hunc modum Formalistas ac Caluinistas Confirmationis defensores, ad Lutheranos properemus, vt totius Reformationis extremos, nempe Lutheranos ac Caluinianos, & inter vtrosque medios Formalistas, in vnum consensum si fieri possit, si non in rem suam (id enim credo impossibile) saltem in nostram ex omnibus vtilitatem, conijciamus. Agnoscunt vtique Centuriatores Magdeburgenses (Lutheranorum vt opinor Antesignani) S. Cyprianum ac sanctum Chrysostomum ostẽdere *adultos simul cum baptismo, Chrismate inungi solitos, ac manuum impositione confirmari*. Agnoscunt reliqui, vt paulò superius aliquoties vidimus, septenariũ Sacramentorum numerum, & consequenter Confirmationem. Hoc verò nobis in præsenti sufficit ad Confirmationis commendationem, quod Reformatorum choragi eidem calculum adijciant album.

Centuria 3. col. 82. 113. cẽt. 4. co. 657 S. Cypr. lib. 1 ep. 12.

PARS SECVNDA.

Quid deinde dicant Reformati contra Sacramentum Confirmationis?

Theodoret. Haret. Fabul. l. 5.

QVod Theodoretus dicit de Nouatianis, *contrà Ecclesiæ morem non vngere eos quos baptizant:* noſtros quoque Nouatores attingere omninò videtur. Caluino enim *Chriſma eſt oleum Diaboli mendacijs pollutum*. Et Puritanis Caluinolatris, tota Confirmatio tam ſine chriſmate, quàm cum chriſmate, eſt *inutilis, illicita, vana;* pręter alia quæ ab ijs dicta retulimus pagina 242. Lutherani quoque paſſim, hoc ſanctiſſimum Sacramentum non minus blaſphemant.

Calu. Inſtit. l. 4. c. 19. n. 5.

Artic. 25. Doctrina Anglicana, propoſ. 5.

At de Formaliſtis quis aliquãdo præſumſiſſet tam ſupinam non minus ſui quam veritatis incuriam, ac deſpectum, quo priora omnia ſua conculcantes ſcita, Sacramentum eſſe appellandum Confirmationem pernegant? Quomodo enim *ſolemne, antiquum, laudabile, ſanctiſſimum ſymbolum, idemq; non inane, & Chriſti mandato ab Apoſtolis adminiſtratum, quò certificantur baptizati de fauore ac gratia benignitatis diuinæ, & quò recipiunt robur ac defenſionem contra omnes tentationes & inſultus mundi, diaboli, ac carnis, non erit Sacramentum?* Adeſt namque ſignum externum & obſignans impoſitionis manuum, cum interna gratia roboris ſpiritualis, pręter quę (inquiunt Puritani) nihil vltrà ad Sacramenti rationem requiritur.

Exam. libri public. precũ pag. 117. 118. & in Appẽdice ad nuperum Catechiſmum E. reſp. 3.

Formaliſtæ de contradictione, ſeu antilogiæ implicantia, à Puritanis palam accerſiti, quod dicerent ſe Confirmationem adminiſtrare *ad Apoſtolorum imitationem;* alibi verò, vſum Confirmationis, *corrupta Apoſtolorum imitatione,* inualuiſſe: rimulã, euadendi fruſtrà inquirentes, ne omninò tacerent, aliquid voluerunt dicere. Aiunt ergò, ſed gratis, prò Confirmatione ſe ſtare cum Apoſtolis, quatenus modo prædicto eſt ſymbolum: non verò, quatenus corrupta Apoſtolorum imitatione habetur Sacramentum. Hoc autem præterquam quod ridiculum

Collo. Hãpt. pag. 25.

ſit,

ſit,id ipſum eſt quod quæritur, vtrùm ſoli Formaliſtæ ſcenici Epiſcopi ritè confirment ſine chriſmate, & cum mutila verborum formula; reliqui verò vniuerſi aberrent à tota inſtitutione Apoſtolica. An potius reliqui ſacramentaliter confirmantes Apoſtolorum veſtigijs inſiſtant (quod Caluinus ipſe innuit) Formaliſtæ verò, toto quod aiunt cælo à Chriſti inſtituto deficiant. Prò hac parte, quod nimirum ipſi deficiant: quamplurima Scripturarum, Conciliorum, Pontificum, Patrum,ipſorumq; hęreticorum clariſſima loca adfert, vt de alijs nihil dicam, Cotonus ille celeberrimus,in ſuis inſtitutionibus. Prò altera verò parte, quod ipſi ſoli rectè cõfirmationem adminiſtrent: nullum ab ipſis, aut alijs prodijt, aut prodire poteſt teſtimonium,vel minimę probabilitatis argumentum. Proindeq; poſt hæc omnia ſolum ſupereſt, vt importunis Puritanis,in contradictionem ſeſe implicuiſſe, quia mentiendo non fuerunt memores,liberè agnoſcant; nomenq, Sacramẽti, cuius rem totam attribuunt, Confirmationi non concedere, pudoris,vel perfidiæ amore,candidè declarent:vel certè rem prorſus ita ſe habere,tacendo conſentiant.

Coton in Inſtit.tom. 2. lib.3. c.41. p. 1108. ad pag. 1121.

Nam mentiens cùm quis palam prehenditur,
Taceat neceſſe eſt quamuis facundiſſimus.

Vide Scioppij Eccleſiaſt. in ep. dedicatoria.

TERTIA PARS.

Cur in noſtram Confirmationem dicant Reformati ſe non poſſe conſentire?

MAlè Reformatos habet Confirmationem à nobis haberi pro Sacramento,& non potius vt *otioſam cæremoniam, & quandam catecheſim, qua adoleſcentiæ proximi,fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant.* Verùm,ne ſententiam mutemus,contrà Reformatos Reformati à nobis ſtant: ipſo Caluino iam iam fatente, non modò non eſſe *ſymbolum inane*, ſed *verum Sacramentum*, idemq; Chriſto mandante ab Apoſtolis adminiſtratum. Ad aliam itaque calumniam progrediuntur, quod hæc

Conc. Trid. ſeſſ. 7. de Cõfirm. can. 1.

 fatiſcat

fatiſcat & à proprijs ſymmiſtis pro vtraque ſui parte, abſtergatur. Finita enim catecheſi, Epiſcopi *imponentes* (vt ipſi fatētur) *manus, orabant, benedicebant, ſanctiſſimumq́, opus* à catecheſi (quæ ab alijs non Epiſcopis, nempe ex proprio officio à Lectoribus haberi potuit) omninò diſtinctum, exequebantur. Sed & priſco primitiuæ Eccleſiæ more, Confirmatio infantibus nōdum catechiſmi gnaris, vtpote in cunis, adminiſtrari ſolebat: adeoque à catecheſi longè diuerſa eſſe debebat. In hoc tandem Reformatorum puriſſimi ponunt præcipuum ſcrupulū, quod à nobis habeatur corroboratio quædam baptiſmi alioqui imperfecti. Verùm, hoc quidem ipſi nobis conſueta ſua ſinceritate impingunt, cùm tamen à noſtra doctrina remotiſſimè abſit. A trecentis enim & quinquaginta annis S. Thomas (vt alios prætercam) diſertè docuit baptiſmalem gratiam in ordine ad proprium effectum minimè perfici aut corroborari à Confirmatione, ſed tantum in ordine ad id quod eſt commune omnibus Sacramentis, vt ſcilicet Deo gratiorem faciant. Sed & gratia vtriuſque Sacramenti tota differt ſpecie. Nam per baptiſmi gratiam deletur peccatum originale, omneque ſimul peccatum actuale quoad culpam & pœnam: nequaquā verò per gratiam Confirmationis. Item per illam in Chriſti familiam, per hanc in eius militiam, vt ex officio pugnemus contra Dei hoſtes, adoptamur. Denique per illam regeneramur ad vitam, per hanc armamur ad pugnam, cum roboris ad dimicandum augmento. Porrò tam procul abeſt vt Confirmatio à nobis dicatur perfectio baptiſmi in ordine ad proprium effectum, vt Remundum Lullum ex omnibus hoc temerè affirmantem, Gregorius duodecimus condemnauerit.

Kemnit. in exam. Conc. Trid de Cōfirm. S. Tho. 3 p. q. 72. ar. 7. ad 3. Vide Bellar. tom. 3 lib. 2. c. 7. per totū.

Bellarm. loc. cit. pag. 117. 301. 318. 330. 332. Derect. Inquiſit. Et Palac. in 4. diſt. 7. q. 3. Vide Henriquez. Vbi de Confirm.

QVARTA

QVARTA PARS.

An susceptores admittant Reformati, vel spernant, vel admittant aliqui, spernant aliqui?

AIt in primis Lutherus, *paruulum alienæ fidei* (nempe fideiussoris) *meritò baptizari & saluari.* Secundò ait Oecolampadius, *parentum & compatrum fide pueros sanctificari.* Tertiò, ait Caluinus, *si nemo fideiubeat, profanari baptismum* Et inferius: *Patres nisi quid negotij impediat iubentur adesse, vt stipulationi respondeāt vnà cum fideiussoribus.* Quod Geneuæ perpetuò obseruari asserit. Quartò, Puritani à Caluino in hoc quoque recedentes, fremunt, frendentq; contra fideiussores à parentibus distinctos: *eo quod parentum fide, non aliorum quorumcunque, nec alia ratione quacunque, saluari infantes velint.* Formalistæ autem in hac re orthodoxè sentientes, à Puritanis miris vapulant modis, & aliquot paginarum dira reprehensione obiurgantur.

1. Luth. to. 2. de capt. Bab. fol. 77. 2. Oecolāp. in lib. Epist. Oecolāpadij & Zuinglij lib. 2. p. 301. 3. Calu. in epist. ad Farel pag. 129. & ep. ad Olentanum pag. 228 4. Puritani in suo Exa. libri publ. precū p. 88. 124. 125.

Duo duntaxat breuissimè ad hæc omnia dicam. Primò, idem, quod in secundi libri conclusione ex S. Hilario recitaui. *Profectò* (inquit) *nec fieri potest, nec ratio patitur vt repugnantia congruant, dissimilia conglutinentur, vera & falsa misceantur, lux & tenebræ confundantur, dies quoque & nox habeant aliquam coniunctionem;* ità neque vt hæc Reformatorum repugnantia dogmata *congruant, conglutinentur, misceantur, aut vllam habeant coniunctionem.* Secundò, patrinos non esse vt Puritani mentiuntur solos *Testes*, sed vt S. Dionysius ait *Fideiussores*; vt Tertullianus ait, *Sponsores*; vt S. Augustinus ait, *Fidei Doctores.* Hic quoque vltimus præclarè infit; *portantur ad Ecclesiam paruuli, & si pedibus currere non possunt, alienis pedibus currunt vt sanentur. Accommodat illis mater Ecclesia pedes aliorum vt veniant, aliorum cor vt credant, aliorum linguam vt fateantur.*

S. Hilar ad Constant. S. Dionys. de Eccl. hier. c. 2 Tertul. l. de bapt. c. 18. S. Aug. ep. 22 & serm. 10. de Verbis Apostoli.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

De Sacramento Ordinis.

PRIMA PARS.

Quales sint ordinati, & ordinationes Ministrorum?

DE ordinatis Formalistis, libro tertio, capite secundo, numero quinto; de Puritanis verò libro primo, capite octauo, numero primo, reciproca Ministrorum de Ministris monumenta, quibus ritè dignoscantur, iam in medium prolata sunt. Fęminas quoque, & ipsum diabolum, Ministrorum gregi adnumerari, in dicto loco libri tertij, manifestatur. De Episcopis suis in particulari, extant hæc Puritanorum emblemata. *Belzabub* (sic scribunt) *Cantuariensis Princeps dæmoniorum, Caiphas, Esau, Mōstrosus antichristianus Papa, & bestia, reprobus & damnatus tyrannus. Archiepiscopi & Episcopi sunt degeneres Ecclesiæ rectores, Diaboli partus, semipapæ, semi-antichristi, fraudulenti & veteratorij nebulones, mendacissimi canes, pernitiosi vsurpatores, deteriores monachis, latrones, lupi, simoniaci, seditiosi, sanguisugæ, carnifices, dracones, Episcopi diaboli,* & id generis alia in aliquot integris paginis. Quo magis portenti loco sit Harisij concordia contrà Becani dissidium, quâ hos omnes inter se coniunctissimos fratres esse contendit.

Throgmort. dial. D. 4. Bancroftus in libro positionum periculosarum pag 58. 59. 60, &c. Sutcliffus in resp. ad calumniosos art. pag. 96.

Cæterùm de his ordinatis, & Episcopis, tria sunt succinctissimè discutienda. Primum, an ad sacerdotij munera habeant extraordinariam, an ordinariam vocationem? Secundum, an suam vocationem habeant à se & in sua sola Ecclesia, an verò à nobis? Tertium, si fortè nullam habeant: an Ministri esse possint alicuius Sacramenti? Ab hac lite, salus, & incolumitas Ministrorum dependet, vt ea quæ dicenda erunt, diligenter percipere, & acerrima attentione memorię mādare debeant.

Ante

Ante omnia, certissimum esse debet, vocatione aliqua diuina opus esse ad ea ministeria quæ Dei sunt, qua *omnis Pontifex ex hominibus assumatur. Non enim quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo.* [*Heb. 5. 1. 4.*] Hinc Nouatianus in Ecclesia sacratus non fuit, nec Episcopus (inquit S. Cyprianus) cōputari potuit: *quia nemini succedēs, à seipso ordinatus est.* [*S. Cypr. l. 1. ep. 6.*] Hinc Victor (ait S. Optatus) nulla cathedra suffultus, *erat filius sine patre, sequens sine antecedente.* [*S. Optat. l. con. Parm.*] Pari ratione certum est, instituisse Christum in sua Ecclesia perpetuam successionem, ordinariamque suorum Ministrorum iurisdictionem. *Dedit enim quosdam prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei.* [*Eph. 4. 11. 12.*] Omissis Patrum & Doctorum calculis, sola suffragia Ministrorum ad hæc comprobāda, proferre libet. Ait ergò Musculus: *Vocatio quæ immediatè est à Christo, iam in vsu non est.* [*Muscul loc. com. p. 304.*] Et Lobechius: *immediatam porrò vocationem cum mediata ab Apostolis permutatam esse, Scriptura testatur. Iterum: Credimus immediatæ vocationis vsum Deo nullum amplius futurum: nullam quippe de ea dedit promissionem, nullum mandatum.* [*Lobech. in Disp. Theol. pag. 358 359.*] Æquè indubitatum est, vocationem extraordinariam, si quādo contingat, extraordinarijs donis ac miraculis comprobari. *Nam alioqui si datur locus extraordinariæ vocationi* (inquit Sarauia) *quænam obsecro erit illa? quo nomine eum vocabimus qui sic vocatus erit? quem eum esse dicemus? num Apostolum? num Prophetam? num Euāgelistam? Eadem enim ratione qua se pastorem & doctorem dicit, etiam se esse Apostolum vel Euangelistam iactare poterit. Sed non hic se continebit malum. Idem in Rep. similiter metuendum erit. Nam ratio nulla est, cur in Ecclesia extraordinariæ vocationi potius locus sit, quàm in Rep. Atque ita si Deo placet stultus & dementatus populus, extrà ordinem vocatos Reges, & libertatis vindices, cum Monasterieñsibus accipiet, &c.* [*Sarauia de diuersis Ministrorum gradibus, cap. 2. p. 43.*] Hoc euidentissimè varia Ministrorum effata, citrà controuersiam collocant. Ait enim Lutherus: *Neque enim vnquam Deus aliquem misit, nisi vel per hominem vocatum, vel per signa declaratum, ne ipsum quidem filium.* Iterum: *si dicat se à Deo atque ipsius Spiritu missum esse quemadmodum Apostoli: probet hoc signis & miraculis editis, vel* [*Luth. in loc. com. classe 4. c. 20 pag 38. & to. 5. Ien. fol 401. in c. 5. & 7. Mat. tom. 7 Lat. Wit.*]

Tom. 2. epist. lat. ep. ad Melanc. f. 41
Tom. 2. len. Germ. in ep. ad Mulhusin. an. 1530.
Vide super psal. 82. to. 5. len.
Polanus lib. 1. partit. Theol. p. 308.
SigWart. in Disp. Theol. sec. 8. p. 207.
Sarau. in Defen. tract. con. Bezam c. 2. pag. 38.
Witak. de Nouo Test. Rhemensi pag. 12.
Sarau. pag. 306. loc. cit.
Vide Apol. Protest. pag. 335. 336. 337. 358. 359. 360. 491. & seq.
In lib. conturationis pro pratensa Reformatione pag. 63. 64.
Articul. 23.

tis, vel nolito ferre vt concionetur. Nam vbicunque Deus ordinatiam viam mutare vult, ibi semper miracula facit. Rursum: *Clandestini isti praecones sunt Dæmonis Apostoli*. Et paulò post: *Dixi populum seriò monendum vt sibi caueat ab huiusmodi agyrtis & nebulonibus, tanquã à Diaboli nuncijs legitima vocatione destitutis*. Secundò, Amandus Polanus ait: *Ministrorum extraordinariè vocatorum, etiam dona extraordinaria fuere, nempe prophetia, donum edendi miracula, &c.* Tertiò SigWartus: *Hæc vocatio extraordinaria semper diuina dona comitantia habet, quæ sunt tanquam sigilla doctrinæ*. Quartò, in ipsa Britannia inquit prædictus Sarauia: *Ea verò quæ proxima est à Deo vocatio, nunquam sine aliqua externo & visibili signo aut visione facta legitur*. Rursum contra eundem Bezam (quem tamen maximi faciunt in tota Britannia, ità vt Pigmeos in eius comparatione Catholicos Scriptores in culeum insutos, Witakerus vocet) sic habet: *Speciem illam extraordinariæ vocationis ad Ecclesiæ ministerium, cum nullo testimonio Scripturarum nec exemplo certo doceatur, non admitto: est enim periculi plena, & noui maliq́ exempli*. Iam quos clamores domesticos contrà Puritanos, Brounistas, Familistas, &c. huius vocationis occasione proferre possem? Et quos iocos dare possem ex Copingeri quæstionibus subiecti confessione (si operæpretium videretur) vt & de vocatione Hacketi extraordinaria ad regiam in totum genus humanum dignitatem, qua fretus insignia (vt superius commemoraui) regia confregit, & Reginæ Elizabethæ imaginem ad cor transfixit? Sufficiet mihi, pseudo synodalem pro coronide proferre ex Ministrali Doctrina (vt aiunt) Catholica, sanctionem, his verbis: *Non licet vlli assumere sibi officium publicè concionandi in congregatione, donec legitimè vocatus & missus sit ad illud exequendum. Et eos ritè vocatos & missos reputare debemus, qui ab hominibus in publica authoritate in congregatione ad hoc constitutis, vocantur & mittuntur in vineam Domini*. Hæc autem sanctio, ni valde fallar, Reformatorum causam pessundat, eorum vocationem subuertit, eorum ordines extirpat, cùm nunquam ab hominibus publica authoritate, *ad hoc, constitutis*, in vineam vocati missiq; fuerint. Volui autem hæc fusius confirmare, vt

tergi-

tergiuersationibus omnem elabendi rimulam præcluderem. Nûc ergo cùm iactus sit aditus ad cætera, ad tria superius quæsita, quid Ministri respondeant, attendamus.

Tria à Ministris, de sua vocatione, Quæsita.

An vocati sint, ordinariè, vel extraordinariè? Respondet Caluinus, extraordinariè. *Extraordinarium fuit hoc munus quod nobis Dominus iniunxit.* Cuius dicti aliquam rationem, in specie, suggerit Beza, inquiens: *Extraordinariæ vocationi tum demum locum esse dicimus, cùm vel nulla, vel penè nulla est ordinaria vocatio, sicut nostris temporibus accidit in papatu, cùm expectari ordinaria vocatio, quæ nusquam erat, nec debuit, nec potuit.* In quam sententiam, verbis quam simillimis vltrò concedunt Cartvvrightus, Fulcus, Parkinus, Ramus, Plesseus, Sutcliffus, alijq; in Protestantium Apologia recensiti. Respondet autem Lutherus, ordinariè se vocatum. *Deus vocat* (inquit) *nos hodie ad ministerium verbi, vocatione mediata quæ fit per medium, id est per hominem. Ea vocatio durauit vsque ad nostra tempora, & durabit vsque ad finem mundi.* Concinit Luthero Piscator, Hokerus, Couellus, Bilsonus, Sarauia, &c. quorum in dicta Apologia, testimonia prolixiora recitantur. Iam opus est, vt Caluinianæ sententiæ defensores nobis sua miracula, & indubitata signa vocationis extraordinariæ manifestent. Sed quando hoc erit? non certè prius, quam

——*extinguet ortus, referet occasus diem.*

Sunt enim Sceuæ filij, quos miraculorum gloria destituit. Quod disertè Fulcus agnoscit, inquiens: *Constat Caluinum, & reliquos quos Papistæ nuncupant archihæreticos, miracula nulla edere.* Item, Sutcliffus: *Nos nec miracula patramus, neque miraculis doctrinam veritatis confirmari docemus.* Sed verba Erasmi, quem ipsi fratrem suum declarant, clara sunt. *Nullus* (inquit) *illorum adhuc extitit, qui vel equum claudum sanare potuit.* Et Caluinus suffragatur, dicens: *At id* (donum miraculorum) *præ nobis habent singulare, quod assiduis in hanc vsque diem miraculis fidem suam confirmare possunt.* An autem omni ambitione prensauerint sibi hanc

Calu instit. l. 4. c. 3. n. 4. Vide Lascicium in lib. de relig. Russorum &c. pag. 23. Beza epist. 5. Theol. ad Alemannũ pag. 49. Apologia Protest. pag. 494. 495. Luth. tom. 5. Witten. in c. 1. ad Galat. 376. pag. 336. 337. Seneca. Act 19. 14. 15. 16. Fulc. cont. Rhem. Test. fol. 478. Sutcliffus ad examen Kellisoni pag 8. edit. 1606.

gloriam, necne, ex Bolseco, Bredenbachio, Costero, Florimundo, Hamiltono, & alijs quam plurimis percipiatur: Luculentius tamen, ex Theologis Casmirianis in admonitione sua de libro Concordiæ Bergensis. Aiunt enim: *Scimus istos Theologos magnis clamoribus regerere, Lutherum esse Prophetam, eiusq; miracula fuisse res ab eo gestas, & successus, & multa futura prædixisse.* Videmus hinc Ministros captantes suo coripheo miraculorum dignitatem. Videamus etiam quid Ministris Ministri respondeant. *Miraculum* (inquiunt) *quod ediderit, nullum audiuimus* Certè & Caluinistis & Lutheranis, si nullum fuit, nec (vtpote seductoribus) miraculum esse potuit: omni adminiculo vocationis extraordinariæ, per iam iacta fundamenta, depulsos Ministros corruere, desperata in perpetuum restitutione, oportet. Circà Lutheri verò vocationem, par difficultas occurrit. Quomodo *audet Christum à se primò vulgatum gloriari*, quomodo Bucerus vocet ipsum, *primum Apostolum purioris euangelij*, quomodo Beza paulo ante *ordinariam vocationem nusquam fuisse* asseuerat, quomodo figmentum Ecclesiæ inuisibilis stare queat, quomodo dicat Caluinus *absurdum esse* (*postquam* DISCESSIONEM A TOTO MVNDO, FACERE, MINISTROS COACTOS *constat*) *inter ipsa principia, alios ab alijs dissilire*: Si ab hominibus eiusdem fidei ac religionis (sic enim loqui necesse est) in publica authoritate in congregatione ad hoc constitutis, Lutherus, alijq; Ministri in vineam Domini vocati, & missi fuerint? Nequeo igitur hic non dicere, ex S. Athanasio: *Ecce nos quidem ex patribus ad patres, per manus traditam fuisse nostram sententiam demonstrauimus: vos autem ô noui Iudæi, & Caiphæ filij, quos nominum vestrorum potestis ostendere progenitores?* Et pro Luthero respōdeat Lutheranorum aliquis Bezæ, in simili causa, obstrepenti: *Ordinariam certè vocationem prætexere non potes: quis enim te elegit?* Optima interrogatio, omnibusq; Reformatorum sectis ænigmatica, & indissolubilis. *Dico itaq; populum seriò admonendum, ab huiusmodi agyrtis, & nebulonibus* (fas mihi sit de Luthero, eiusque surculis, verbis vti Lutheri) *tanquam à Diaboli nuncijs, legitima vocatione, destitutis, cauere.*

Luth. ep. ad Argentin. Bucer. in ep. ad Episcopū Hereford. an. 1536.

Calu. ep. 141.

Vide Artic. Conc. Lond. 23. paulò superius cit.

S. Athanas. cont. Euseb. in lib. de Decret. Cōc. Nicens. Bezæ ep. 5. Theol p. 49. Luth. loc. suprà cit. numero 1.

Secundum

Secundum iam Quæsitum erit, an suam qualemcumque vocationem habeant a sua, vel nostra Ecclesia? Necesse in primis est, vt Caluiniani suos habere dicant, à neutra; vtpote (vt aiunt) extraordinariè vocatos. Idq; aliqui audacter dicunt; vocationem omnem nostram remordentes, ordines nostros vellicantes, hierarchiam nostram vipereo dente arrodentes. *Papistica ordinationes* (inquit Beza) *nihil aliud sunt, quàm fœdissima Romani prostibuli nundinatio. Ex toto corde nostro* (ait Fulcus) *eiuramus, abominamur, detestamur, & conspuimus, Antichristianos vestros olidos, & squalidos ordines*. Et alibi: *Toto cœlo hallucinamini si credatis nobis alia esse officia vestra, Episcoporum, presbyterorum, & diaconorũ, quàm merè laicorum, aut ordinationes vestras haberi licitas*. Et Gabriel Pouellus: *Papistica ordinatio est mera prophanatio, ----- neque est in Papatu vlla Ecclesiastica vocatio*. In contrarium tamen, ait Bridgesius, Oxoniensis hodie pseudo episcopus: *Si fratres nostri, Papistas tantum laicos esse velint, erimus & nos & omnes Ministri meri quoque laici. Nam quis nos ordinauit Ministros, nisi qui de eorum ministerio fuerunt? nisi forsan à populo Ministros fieri velint*. Sanè Bridgesio minimè assentior, pro illa parte; quod Ministerium à nobis (vt præ se fert) habuerint. Quis enim ad alienam fidem, religionémve, Ministros sacrificia nostra & formam consecrationis expressa intentione & declaratione abominãtes, creet? An aliquis fortè Christianus, Bõzios det Iaponibus, vel Brachmanes Indis, vel Poppos Muscouitis, vel Ascetas, Calandarios & Deruos Turcis, & sic de cæteris? Prò altera verò parte ambabus in eius sententiam manibus pedibusque accedo; nimirum, nisi à nobis ministerium acceperint (quod certè accepisse pernegamus; & per se est impossibile vt ad aliam religionem à propria, deleta & sublata consecrationis pristina forma, facultatem largiamur) meros laicos, Ministros omnes (in ordine ad Ministerium suum: licet Apostatæ aliquando initiati, characterem non amittant in ordine ad functiones proprias, prò quibus initiati fuerunt) esse oportere.

Beza apud Sarauiam in Def. tract. pag. 56.
Fulcus in Retentiua pag. 67. & in resp. ad personatum Catholicum pag. 50.
Powell in considerat. rat. Pap. pag. 71.
Bridges. in Def. Regim. &c. p. 1276.

Proinde ad tertium quæsitum (An Sacramenta quæcũque, cùm Ministri non sint, administrent) ex abrupto, transuolemus.

mus. In hoc libro tertio, capite secundo, numero quinto ipsimet asseuerant, Ministrum esse sacramentis essentialem: ità vt laicis ne in necessitate quidem, vel baptizare, concedant. Absque omni igitur ambage, cùm Ministri careant vocatione extraordinaria, vtpote destituti omni eius sigillo & signo miraculoso, quod necessariò requiri fatentur; cumq; pariter careant omni vocatione ordinaria, vtpote nullam talem habentes à nobis, aut alijs, eiusdem secum doctrinæ; denique cùm Ministri apud se solos, & quidem solo nomine tenus non sint puri ac putidi laici, reipsa autem omnis Ecclesiasticæ functionis tam expertes quam (ipsis fatentibus) vel fœminę, vel etiam diaboli: ex proprio ore, proprijsq; principijs, nullum Sacramentum ritè conficiunt. Ex nostra quidem sententia, vrgente necessitate baptizare possunt, nullum verò aliud Sacramẽtum administrare. Matrimonium tamen non solum vt ciuilem, ratumque, (sed non sacrantem, hæresis impedimento) contractum celebrent (modò receptum aliquando & promulgatum Concilium Tridentinum ibidem non fuerit: quo verus Pastor pręsens, aut consentiens, ad verum matrimoniũ requiritur) sed etiam vt verum sacramentum hęretici contrahunt (ad quod Minister est prorsus superuacaneus) ità tamen vt contrahentes sacrilegium committant ineuntes sacrum contractum cum impedimento quo fit informe, id est, ne operetur suum gratiæ effectum. In quo par est ratio delicti (salua vtriusque Sacramenti proportione) ac quando indignè quis sacra pascitur synaxi. Vtrobique enim est verum Sacramentum, sed sacrilegio susceptum, adeoq; potius nociuum quàm suscipientibus proficuum. Cœna autem eorum scenica est, & prophana: vel vt ipsi agnoscunt, *infirmum & egenum elementum.* Absolutio, (cuius nec vocẽ ferãt, nec id mirum cùm illi multò magis animas illaqueent, nouoq; sacrilegio constringant, quã quicquam laxent) mera est dantis & accipientis, pollutio. Confirmatio, exotica est & deridenda ipsis symmistis (vt suo loco ostendo) histrionum malè ementientium alienam personam, confusio. Eorum ordines cum nec sint (vt ostensum) ordinarij,

Vide superius lib 3. c. 2 num. 5.

Conc. Trid. sess 24 c. 1. de Reform.

ordinarij, vel extraordinarij, non ſacri, nec ſacrantes: ſint neceſſe eſt, inordinatæ profanationes. Denique, Extrema vnctio, quā nec habere velint, nec abijcere, viciſſim eos veluti athletas ferali hoſti in poſtremo agone malè reluctantes, in lubrica paleſtra inunctos Spiritus S. gratia, deſtituit. Quæ omnia partim ex dictis, partim ex dicendis, in hoc vltimo Britannomachiæ libro, luculenter demonſtrantur.

APPENDIX DE ORDINATIONE MINISTRORVM.

VT huc peruentum fuit, adfertur ad me Franciſci Maſoni Formaliſtę Angli recens liber de Epiſcoporum Reformatorum conſecratione, ſucceſſione, iuriſdictione, anno elapſo Londini editus, qui in eo totus eſt, vt noſtrorum Epiſcoporum deriuata authoritate, & ordinatione, ſuos rectè riteq; vocatos & initiatos Epiſcopos, presbyteros, diaconos, oſtendat. Id autem curſim (non enim vltrà pauciſſimos dies huius opuſculi differri poteſt impreſſio) examinare inſtitui, donec plenior fuerit ſingula expendendi poteſtas.

Fundamenti Formaliſtarum pro ſua conſecratione, ſucceſſione, iuriſdictione, Prima pars.

PRima pars huius fundamenti in eo verſatur, vt euincat Cranmerum canonicè conſecratum fuiſſe Archiepiſcopum, à quo reliqui pſeudo Epiſcoporum in Anglia, perpetua ſucceſſione prodierint.

Examen huius primæ partis.

MAſonus in Becanum noſtrum, qui ab Henrico octauo Cranmerum intruſum fuiſſe, non verò ab vllo Epiſcopo conſecratum, tradidit, impotenter inuectus eſt. Ego verò Becani inſignem rerum Anglicanarum peritiam admiranda ſolertia in his tenebris acquiſitam, ſemper ſuſpexi: quæ in hac ipſa

Becan. controu. Angl. c. 4. q. 9. n. 6. Maſon p. 64

ipſa controuerſia ſplendidiſſimè eniteſcit. Quid enim aliud
homo (certè ſi quis alius) ſagaciſſimus, de remotis tam loco,
Maſon. pag. 131, 132. quàm conſilio (nam Maſonus ipſemet data opera ſuæ conſe-
crationis abſtruſæ oculuit recondita ſecreta) rebus, explorare
potuit, prçterquam quod in grauiſſimorum Gentis totius au-
thorum monumentis, & verò conſularibus Actis, conſignatũ
Maſon. pag. 80. 89. 125. reperit? Et in Sandero quidem (quem Maſonus, vt canis ſæ-
uiens lapidem, proſequitur, citatq; dicentem hæc ipſa quæ
ſequuntur verba) non aliud innuere pronuntiata videantur
iſta proximè ſubijcienda, quam ſchiſmate ſemel ſuſcepto, in-
truſos fuiſſe, quoſcunque Henricus ad infulam prçſularem e-
Sander. de ſchiſm. pag. 165. b. edit. Col. an. 1585 uexit. *Henricus octauus* (inquit Sanderus) *radix peccati, cùm ab Ec-
cleſia & Sede Apoſtolica regnum ſuum diuiſiſſet, decreuit, ne quiſquam
electus in Epiſcopum Bullas Pontificias, vel mandatum Apoſtolicum
de conſecratione requireret, ſed regium tantum diploma vt adferret*. Id
autem canonicæ electioni ac conſecrationi, vt Maſonus autu-
mat, non nocet: reipſa autem, omnium temporum canones
temerat. Cùm igitur Cranmerus Henrico apprimè eſſet ob-
noxius, obſequenſq;, etiam in ijs quç ſchiſmaticè deſignauit;
Perſon. in 3. conuerſ par. 3 c. 7. n. 26. à pag. 369. ad 390. eſſetq; omninò Euripus homo, vt Perſonius demõſtrat: haud
facilè potuit Becanus aliam, ab ea quam habuit de ipſo, con-
cipere opinionem. Nec certè homo prudens potuit ſuſpica-
ri, alios ab intruſis, & deuinctis, Henrico applauſuros Epiſco-
25. Henr. 8. c. 20. apud Maſon. p. 89 pos, poſtquam tale is edictum plenis Comitijs ſanciret: *Siquis
Archiepiſcopus, vel Epiſcopi, intrà viginti dies poſt acceptas Regias li-
teras, non conſecrent perſonam à Rege propoſitam, cum omnibus circum-
ſtantijs debitis, in pænam Præmunire incident*. An huic conſulari
decreto, alij ab intruſis, vel ſchiſmaticis, futuri eſſent audien-
tes? Addam tertiam rationem iſtius opinionis Becani, quam
miror vt Maſonus infringat. Ea autem hæc eſt, à manifeſto
mendacio Maſoni, (pace ipſius dixerim, quicunque demum
ſit: obſcurum verò, indoctumque, & edendis proprio marte
Maſon. pag. 64. 92. id generis libris, longè imparem ferunt) petita. Ait itaq; Ma-
ſonus haberi in tertia parte Trium Conuerſionum Perſonij,
pagina 340, hæc verba: *Inter Foxij ſanctos non eſt Eremitica aut
monaſtica*

monastica vita, non solitudo à mundo vel mulieribus, nec in alterutro sexu quisquam virginitatis speciem præ se ferens, neque vlli reuerà Episcopi, si eorum ordinatio excutiatur: (Verba autem proxima Masonus fraude plenus, non Personius, attexuit) *Nam præter Cranmerum, nulli alij Episcopi, clericiq; fuerunt*. Si ergò *Masonus* spreta simplicitate, & candore, vt probet Cranmerum fuisse Episcopum, vim hanc debuerit verbis Personij fœlicis recordationis ascititio limbo adferre: numquid prædicta Becani coniectura sibi inde vires meritò assumere non videatur? Nūquid Registrorum quoque hactenus inauditorum, quibus omnia nobis sua veluti ex tripode Masonius decantat, obtruditque iniuratus, fides vacillabit, nisi tabulæ illæ Iouis (si Deo placet) prorsus diuersam, & bene alterius Catonis, adiunctam habuerint authoritatem? viderit Masonus quam insigniter suspectæ illarum tabularum fidei succurrat, cùm hactenus solus ipse sibi dialogismi sit Actor, & defensor, fortius tamen lōgè registra impetat, quàm inani parmula suæ solius fidei defendat. Hæc tamen dicta sunto in Becani defensionem. Ego verò *Masone* tibi do, Cranmerum fuisse Archiepiscopum, testante Personio tum alibi passim, tum in responsione ad quintam partem Relationum Eduardi Coqui, cap. 15. n. 32. p. 360. vt illum nihil fuisset necesse ad id affirmandum in præallegato loco perfidè deprauare. Sed qui posuerunt mendacium spem suam à fraudibus eiusmodi (ne collabatur Quintum Reformans Euangelium) nequeunt abstinere. *Mason. pag. 141.*

Mendacium quidem haud honestè dicitur *Sophocles.*
Sed quando multum noxia est veritas,
Veniam is meretur falsa quamuis dixerit.

Iam verò aueo abs te, *Masone*, intelligere, quid causæ tuæ, Cranmeri consecratio prosit? An, vt is *Eccebolus* Reformatores tuos Episcopos sciens volensq; consecrasse censeatur, qui viuente Henrico omnes qualitercunque Reformationem redolentes, igni consumendos tradidit? An fortè sub Eduardo fingens se repentè Lutheranum, vt ex primò eius edito Catechismo liquet, deinde verò Caluinianum se refingens *Vide Acta & mon. Fox. ubi de Granmero.*

Sanderus p. 115.116. edit. Colon. 1585. tempori pariturus, tam hos quàm istos, tota iam mutata Ordinationis forma, (exclusa vtrinque intentione faciendi quod facit nostra Ecclesia) in sacerdotij seu potestatis sacrificium verum incruentè immolandi susceptione; an inquam is Lutheranos, Caluinianos, & Formalistas (ex vtrisque cæterisque Reformatis vt chaos, rapsodium, farraginemque, conflatos) cùm vtrique ordinans ac ordinati per hæresim essent excommunicati, *Canonicè*, valideque censeatur non tantum initiasse, sed iurisdictione quoque perceptos exercendi ordines auxisse? Sane non ità est, *Masone*. Cùm enim in Sacramento mutatur materia, forma, intentio faciendi quod facit Ecclesia, quæ eius essentiam conficiunt: desinit esse sacramentum, omnium qui ante te vixerunt, tecum viuunt, & post te victuri sunt orthodoxè sentientium consensu. Tu autem ipse innuis, (*Mason. pag. 125 207.208 Kellison in Replica ad Sutclif fol. 31. b.*) (asserit verò ter Eximius Doctor Kellisonus, cui nec librum porrigere dignus es) tam formam, quam intentionem ordinandi nouam, diuersam esse ab ea quam Catholica Ecclesia perpetuò exigit: vt liquido inferius constabit. Ergò ordinationem nostram in tuos deriuare nequeas, qui sacerdotium prò parte sua potissima, sacrificãdi nimirum potestate, non tantum indepti tuo proprio iudicio non sunt, sed illud voluerunt non adipisci; quippe qui, destinato, expressoq; consilio, (*Doctr Angl. Art. 31 vide de Missa p. 6.7 8.32.37.*) (vt Reformatę doctrinę requirit vniuersalis compertaque conditio) illud excludere, ac detestari, consueuerunt. Certè sublato sacrificio tollitur & ordo & sacerdos, sublato sacerdote tollitur Episcopus, sublato alterutro tollitur (vt ait S. Hieronymus) (*S. Hier. dial. cont. Luciferanos.*) Ecclesia, fides, & Euangelium: vt in primo libro de Missa fusè à me autumo esse ostensum.

SECVNDA PARS.

HÆc secunda Masoni pars, in essentia ordinationis reformatæ nullã factam mutationẽ, præsumit: adeóq; vel nostrã ordinationem nullã esse, vel si canonica sit, ipsorum quoque ordinationem, saltem quoad essentiam, esse validam.

EXAMEN

EXAMEN SECVNDÆ PARTIS.

CHaracter Sacerdotalis nobis imprimitur, cum hac forma: *Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missasq; celebrare tam prò viuis, quam prò defunctis, in nomine Domini.* Hanc autem formam Ecclesia Anglicana reiecit, mutauitq; in hanc omninò diuersam & prius inauditam formam: *Accipe potestatem prædicandi verbum Dei, & administrandi sancta eius sacramenta.* Hæ verò duæ formæ essentialiter differunt: data potestate sacrificandi Missam in altera forma, quam altera vtentes, in suæ fidei doctrina, non implicita duntaxat, sed explicita certitudine fidei suæ *fabulam blasphemam, dolumq; exitiosum nuncupant.* Atqui Reformati initiandi non sola intentione virtuali, sed conceptis verbis expressa abiurant nostram formam, aliamq; oppositam disertè profitentur. Proindeque tum à charactere, tum à sacerdotio nostro, penitus excluduntur: nec alium habent vel habere possunt characterem, vel sacerdotium, quàm per dictam formam ab Eduardo sexto, & Elizabetha Regina institutam. Regios igitur vel Reginales, non Christianos esse sacerdotes (si modò sacerdotes eos esse velimus) conficitur. Cuius enim vel quorum forma consecrandi, aliqui initiantur, eius vel eorum sacerdotes dicendi sunt. Hęc autem forma nusquam in Scripturis, traditionibus, concilijs, patribus, aut historijs reperitur, sed à solo Rege nouennali, & Regina ortum habuit: ergò Regios duntaxat, & reginales nobis peperit sacerdotes, Christiani sacerdotij expertes. Siue ergò demus, siue negemus, à Cranmero aliquos fuisse ordinatos Episcopos, qui deinceps cæteros ordinauerint: omnem *Masone*, operam, & oleum deperdidisti, vt inde facias tuos symmistas canonicâ nostrâ formâ presbyteros, à tempore saltem quo noua hęc forma pristinam vobis aboleuit.

Pontificale de ord. presb. pag. 21. b.

Mason. pag. 17. 145. 264.

Articulus 31 Doctr. Angl.

3. & 4. Eduar. 6 c. 10. & 11. item 5. & 6. Eduar. 6. c. 1. apud Mason. pag. 94. 13. Eliz. c. 12. apud Mason. p. 264.

Sed & ostendam *Masone* (præfata pace tua) non admodum sapienti consilio hanc à te lucubrationem in publicum fuisse emissam. Primò enim, quotquot sunt alibi uspiam Reformati

Ministri, puri putiq; erunt laici, si in Anglia acceptus ac diriuatus à Catholicis Episcopis presbyteratus necessarius cēseatur. Non enim talem iactitant, sibíve vouent, vt ostendam, sed nec validum (demptis paucis Lutheranis mollioribus) agnoscunt. Licet ergò gratuleris tuę Angliæ hoc priuilegium; ab Episcopis, (*secundum ordinarium & maximè securum, vt ais, Ecclesiæ Christi morem*) & non à solis presbyteris, vt alibi, ordinationes in ea propagari: hoc tamen facis, sine riuali; paucissimis tuorum albū tibi calculum adijcientibus. Ipsa enim in primis tua Anglia, sibi omninò deprecatur (si vlla Ministris fides) ordinationes nostras. Quid dico deprecatur? Grauius aliquod dicendum erat. Eius enim Primarij propugnatores, *Fulcus*, *Witakerus*, *Povvellus*, *Sutcliffus*, & id generis plerique (nisi de se mentiātur) abominātur, contēnunt, execranturq; nostros ordines vt prophanos, vt, *fœdissimas Romani prostibuli* (Beza sic blasphemat) *nundinationes*, vt denique *Antichristianos* abusus: *Ex toto corde nostro* (inquit Fulcus) *abiuramus, execramur, detestamur, conspuimus, olidos, squalidos, antichristianos vestros ordines*. Iterum: *planè hallucinamini, si autumetis à nobis æstimari vestros Episcoporum, presbyterorum, Diaconorum gradus, aliter quam laicorum*. Ait verò Witakerus: *Nolo vos existimare nostræ fidei homines tanti facere ordinationes vestras, vt suam vocationem absque ijs illicitam reputent: proindeq; vobismet ipsis vestros habeatis ordines*. Povvellus quoque ait: *Papistica ordinatio nihil est aliud quàm mera prophanatio, nec est in Papatu vera vocatio Ecclesiastica*. Idem asserit Sutcliffus, & alij, cum vniuersis Puritanis.

Mason. in epist. dedic. pag. 2. à linea 25. deinceps.

Beza, in Defensione Sarauia pag. 56. Fulcus in Retentiuo pag. 67. & in Resp. ad dissimulatū Catholicum pag. 50. Witak. con. Duraum lib. 9. p. 821. Povvellus in consideratione Rat. Papist. p. 71. Vide Sutcliff in Resp. ad Art. Calum p. 48. &c.

His perspectis, cogitet apud se Masonus, an dedita opera sibi, suisq; Episcopalibus Registris, alia ratione magis incommodare posset, quàm Antesignanis suis fratribus, eorundem Registrorum ignorātiam, aut certè de ijs diffidentiā (cū ordinationibus, ordinatisque istis nihil ipsi tribuant) impingendo. Quod enim ille factum ait Ecclesiæ Anglicanę laudi, hoc isti nec factum, nec laudandum, nec ferendum affirmant. Huc *Masone*, commentitia tua te deduxit ex Registris Ordinatio, vt meritò cum ea expostules, dicendo:

Tu me

Tu me extulisti in lucem, at eadem nunc parens
Abolere flammis me nefarijs paras. Aeschilus.

Cumq; sic continuis antilogijs Britannomachi disceptent: consensum probant quem Ministris obijcimus: inter quos exploratissima viget discordia, seu

Res dira, verbis inuicem altercarier, Euripides.
Dictisq; fratres dimicare mutuis.

Secundò, audienda est Masone & cognoscenda tibi, Povvellanæ fidei, seu potius execrandæ perfidiæ, pars certissima. *Deum sanctè* (inquit Povvellus) *testor, me tam certò scire Pontificem Romanum esse magnum illum Antichristum, quàm Deum ipsum esse in cælo, creatorem visibilium, & inuisibilium, & Iesum Christum verũ illum Messiam Patribus olim promissum.* Si autem huic articulo credas, pari firmitate: quomodo ab Antichristo ordinatos, prò Christi famulis habeas, adeò vt ne nostros quidem initiatos, qui ad vos deficiunt, apostatas, reordinandos existimes? Affirmas quidem, in Anglia antiquos hodie canones vt vbi maximè vigere: quo nihil impudentius, nihil ineptius à memoria hominum dictum est. Ostẽdunt enim Puritani, sub finem sui examinis, canones prorsus nullos vigere, aut valere in Anglia, qui Regio calculo ac sigillo, non sint muniti; quiq; nulli regni statuto, seu plebiscito, aduersantur; denique ius canonicum esse in Anglia obrogatum, sicut fuit sub initium Reformationis Witebergæ combustum. Alioqui profectò, non ità omnia sursum deorsum conturbarentur; non ità (vt reliqua taceam) centum & quadraginta plus minus sacrati presbyteri à solo schismatis huius exordio, ijq; nõ degradati, sed in foro sæculari & à laicis condemnati, ferinum in morem dilaniarentur.

Povvel. in præf. lib. de Antichristo.

Mason. pag. 161 162.
Mason. pag. 15. 135. 162.
Exam. Publ. prec. p. 202. 233. 234. Vide Exam. prat. disc. p. 324. Vide Doctrinam Eccl. Angl. pag. 122.

Sed esto; in cæteris omnibus si antiqui obseruentur canones: cur non etiam, vt ordinati ab ijs qui hæretici, vel Antichristi habentur prodromi, non admittantur in numerum clericorum? Tales, cùm simus, vel videamur vobis: nec ritè ordinati, nec ritè ordinantes, meritò possemus haberi. Nos verò priscis canonibus freti, contrario proposito, in numero

censemus laicorum, eos vniuersos, qui aliundè quàm à nobis solis ordinati sunt; cùm impossibile sit extrà vnam eandemq́; Christi Ecclesiam, diuersum vllum sacerdotium existere. Hinc Brookus, Episcopus Glocestrēsis ex canonibus edoctus, Ridleo degradando dixit: *Inuiti ad degradationem progredimur ex imposita nobis prouincia, auferentes tibi dignitatem presbyteralem, nam Episcopum non agnoscimus*. Sacerdos enim Ridleus fuit sub Henrico 8. salua adhuc forma consecrationis: sub Eduardo verò renuntiatus fuit Episcopus, forma illa destinato consilio abrogata. Hinc, quoque in Articulis Reginę Marię ad Bonerum Episcopum Londinensem, dicuntur *ordinati, more innouato, re-ipsa non ordinati*. Hinc etiam post Eduardum, regnante statim Maria, omnes elocationes, donationes, vēditiones, contractus facti *per noua forma ordinatos, de rebus Ecclesiasticis*, publico Regni iudicio rescissi sunt, ac cassi; deficiente videlicet in dictis ordinatis vero ordine, munereq́; omni Ecclesiastico vero; cùm per solā principū authoritatē, contrà mille canones fuissent inordinatissimè ordinati. Quod autem Masonus dicat, Reges Angliæ neminem ad dignitatem aut beneficium Ecclesiasticum, euehere, præter consensum Metropolitani, & comprouincialium: præterquam quod causam præ manibus nihil iuuet, merum est asystaton, seu repugnās, cum eo, quod ex Masono ipso ostendi ad primam partem, ab Hērico 8. esse rogatū in plenis comitijs; & cū eo, quod reges Angliæ, teste ipso Masono dictatoria potestate iureq́; suæ prærogatiuæ quos velint, & ad quas velint dignitates, promoueant. Hinc, denique, apud maiores nostros canonibus sacris insistentes, à *Secundo*, Episcopo Ariano, ordinati, in ordinē laicorum olim redacti sunt; Arianisque, S Hieronymus author esse voluit, (quod sibi datū cōsiliū Formalistę intelligant) vt sicut ipsi habent nos (à quibus hęretici pessimi habentur) vicissim hęreticos: abiurent quoque (vt cōsentaneè agant suis principijs) dignitates gradusq́; omnes, nō ab alijs quā à nobis olim susceptos: quia nimirū, vt postmodū dicturus sum, nemo alijs det quod sibi nō habet, nemoq́, sibi habet quod diuersæ fidei hominibus in suæ perfidiæ emolumentū cōferre possit, cū omnia acceperit ad solā ædificatione-

nem.

Foxius in Actu pag. 1604. Mason. pag. 92. 93. Foxius in Actis pag. 1295. Mason. pag. 264. Report of Brooke Anno 2. Maria. pag. 463.

Vide in Mason. pag 161. plures canones. Item Can. 31. Apost. &c.

Vide Mason. p. 124. 125.

Athan. ep. de Synodo Arim. & Seleuc. & in 2. Apol. S Hieron. con. Lucif. Bancroft. lib periculos posit pag 68. 86. 87. 113.

nem. Qua etiã persuasione Puritani suffulti, nõ prius aliunde ordinatos Formalistas in numero Ministrorum legitimorum ponũt, quã omni ordinationi adeptę, cũ quadam detestatione renuntiẽt. Dicitq; prò Puritanis Beza, de ipsa hac Anglorum à Masono iactata ordinatione, agens: *Certè quod ad nos attinet, nolimus Ministerij functionẽ hac ratione ne oblatã quidẽ recipere, nedũ petere.* A primo ergò ad vltimũ, abundè videtur ostẽsum, aut nullos accepisse Formalistas à nobis ordines, ordinationésve, quod verũ est: aut certè nullo accipientiũ cõmodo, laudeq; accepisse, nisi palinodiã tandẽ canentes, calculũq; nigrum retrahẽtes, ingenuè fateantur, nos esse solos Ecclesiæ Catholicę filios legitimos, & minimè Antichristianos esse aut hæreticos, sed rursum tales, penes quos solos omnis Ecclesiastici muneris ac iurisdictionis dispensatio arbitraria residet, ijs communicanda, vel non communicanda, quibus libitum fuerit, & si ab alijs obtineatur, irritam ac inanem eam esse oportere. Hoc si dicant Reformati, veritatem quidem profitebuntur, sed Reformati vlterius (quod faxit Deus) esse desinent. *Beza ep. 12. pag. 96.*

TERTIA PARS.

Consecrationem pseudo Episcoporum à nostris, videri à Masono fraudulenter ex Registris obtendi, vt turpis ordinatio eorundem pseudo Episcoporum occultetur.

EXAMEN TERTIÆ PARTIS.

ROgatus nuperrimè me præsente, quidam Catholicus, cur ad has partes transmarinas recẽs Londino aduenisset, nõ asportans secũ nouuũ hunc Masoni librũ; respõdit: Frãciscum Masonũ sibi quidem probè cognitum, qui nisi vt Teucer olim alieno præsidio vtatur, armisq; inclarescat alicuius Aiacis, non illũ esse, qui lectu aliquid dignũ in lucem emitteret. Veruntamen (vt suum cuiq; tribuatur) non spernendam suis operam (quicquid sit de opere ipso) nauauit: volens, licet non valens, dedecori suorum antistitum per ordinationem fœdam qua in clero dominantur, accurato rapsodio occurrere. Non tamen fidem in hac luce rerum impętrabit, Registris hactenus nulli Reformatorum nedum primi nominis, ac notæ, compertis; quibus diuersam ab ea quæ vulgò illis tribuitur

ordina-

ordinationem, astruere nititur. Cũ enim annis iam sexaginta, neque qui Cătuariensi sedi per summũ nefas pręsidebant, neque qui in Academijs scholisque præfulgebant, neque qui annales exarabant, neque qui in Catholicos vel etiam Puritanos scriptitabant, talia registra in suæ ordinationis probrosæ defensionem aliquando produxerint: quomodo Oxoniensis Bacchalaureus inferioris subsellij, folia hæc sibillina solus ex adytis, & aduersarijs, cum aliqua ostentatione, eruere non erubescat? Nota enim sunt supposititia Acta publica, in nostri doctissimi Eudęmon Ioannis (quem Cacodæmonẽ Masonus scurrilitate ministrali nominat) prò Garneto nec nõ in T. F. quã prò se fecit Apologia: & Registris nõ publicis, in fluxa fide Ministri fundatis, fides videatur accõmodãda? Ministri inquã, qui modo quo diximus falsarius in Personiũ fuit; quiq;, suffragãtibus, vt præ se fert, ipsis Catholicis, paradoxa plurima pari futilitate ardoreque effutit, quo fidẽ prẽsat suis nescio quibus Registris ex terra erutis, vel in cerebro natis? Talia autem sunt (vt è quam plurimis paucissima delibem) quæ sequuntur.

Vide defens. Catholicæ causæ, & Apologia T. F. edit. an. 1602. per totum.
Vide Apol. Bellar. p. 208 cap. 15.
Mason. pag. 125.

Paradoxa Masoni, vt ipse ait, calculis Catholicorum comprobata.

I.

Mason. in ep. dedic. p. 2 *Reformatos in Anglia habere ordinationem ordinariam, cæteros autem Reformatos alibi non nisi extraordinariam.*

2.

Mason pag. 25. 135. 162. *Canones antiquos in Anglia magis obseruari, quàm Romæ: idq; colligi ex Baronio, anno 912. n. 8.*

3.

Mason. p. 11. 41. 261. *Reformatos in Anglia habere nucleum ordinationis puræ à Deo institutæ, amputatis, & reiectis siliquis & putaminibus superstitionis.*

4.

Primatum Romani Pontificis repugnare Concilio primo Niceno. Sed Masonum (vt obiter de hoc paradoxo prę cęteris moneã) proprij symmistæ refellunt; Napperus super Reuelationem, pagina

Mason p. 27
Vide can. 6. & 39. Conc. 1. Nic.

pagina 145. inquiens: *Omnes Christianas Ecclesias Siluestro* (sub quo fuit Concilium Nicenum) *fuisse subiectas*. Idem habet Bucerus in præparatorijs ad Concilium. Item Frigiuillæus Grauius pagina 35. in Palma Christiana. Item Beza in præfatione noui testamenti. Vide Apologiam Protestantium, pag. 702.

5.

Henricum octauum non fuisse schismaticum, deficiendo à Romano Pontifice: nec Annam Bolenam illegitimè duxisse: cùm tamen ipse Henricus præsens iubensque, Cranmero astipulāte, & comitijs totius Regni in publicam legem conspirantibus, hoc parlamentare scitum, (quod nec Henricus, Eduardus, Maria, Elizabetha ipsa, nec Serenissimus Iacobus in hodiernum diem resciderunt) palam sanxiuerit; hoc inquam omni ære perennius rogauerit decretum. *Non solo Regis iudicio, & comitiorum, sed lata sententia Archiepiscopi Cranmeri pronuntiatum fuit, Elizabethā, illegitimè natam fuisse, eiusq; matrem nunquam fuisse Henrici Regis legitimam coniugem: demum contrà honestatem* (sunt verba legis) *æquitatem, & bonam conscientiam esse, vt aliquando Elizabetha* (ex dicto matrimonio orta) *coronam possideat*: quia nimirum, non licitè duxisset Henricus ipsius matrem Annam Bolenam. Vnde etiā Masoni fundamentum (à Pontifice Romano ex conscientiæ teneritudine debuisse Henricum ad schisma deficere, huius matrimonij causa) per latam ab ipso Henrico legem, funditus subuertitur, simulq; omnis Ministrorum hinc orta Ecclesiastica iurisdictio, conuellitur, & profligatur.

Mason. pag. 75 & seq. pag. 72. Henr. 8. in statut. an. 28 c. 7. litera P. 32. n. 11.

6. 7. 8. 9. 10. &c.

[a] *Episcopum, non prærequirere verum sacerdotium.* [b] *Sacerdotium, non prærequirere verum sacrificium.* [c] *Sacerdotium sola absoluēdi & prædicandi potestate constare.* [d] *Antiquos Patres non agnoscere sacrificium Missæ.* [e] *Absolutionem debere esse declaratoriam tantum, & non iuridicam.* [f] *Collationes Episcopatuum spectare ad Principes; sicut etiam depositiones, dispensationes in omnibus impedimentis,* [g] *ipsamq; iurisdictionem Episcopalē, &c.* [h] *In tota Romana Ecclesia nullius conscientiam esse tranquillam.* [i] *Romanam Ecclesiam mutatam esse in meretricem Babilonicam.* [k] *Doctrinam in Anglia Reformatam esse eandem quæ semper fuit*

a Mason. p. 207. b pag. 208. & seq. 233. & seq. c pag. 245. & seq. d pag. 241. & seq. e pag. 249. & seq. f pag. 185. 186. 187. g pag. 132. 133. 143. & seq. h pag. 2. i pag. 3. 77. k pag. 11.

l pag. 149. *fuit eritq́; in Ecclesia; adeoq́; nullis indigere miraculis.* l *Catholicos plerũ-*
m pag. 148. 150. 151. 152. 153. 156. *que abnuerè priscos Patres & ab ijs dissentire.* m *Petrum nullius loci fuisse ordinarium Pastorem, nec primum Apostolorum, nec cæteris Apostolis*
n pag. 209. 212. 233. 237 241. *prælatum fuisse ab antiquis Patribus.* n *Melchisedech nullum obtulisse pane & vino sacrificium, nec sacrificium dari tale, nec propitiatorium*
o pag. 245. 249. 250. & seq. *in Eucharistia agnosci à Patribus sacrificium.* o *Sacerdotes non iudicialiter sed declaratoriè duntaxat absoluere.* p *Sacerdotes Euangelicos neces-*
p pag. 262. *sariò debere abiurare sacrificandi potestatem.* Dies denique me deficeret, si quot effudit noster Latomus, seu (Gallicè, Angliceque idem significans) Masonus, eiusmodi aphorismos, percensere vellem. Hęc autem omnia tanta contentione credibilia esse persuadere nititur, quàm Registra ex quibus suæ ordinationis
Ezech. 13. 11. & seq. Ministralis turrim Babylonicam sine omni veritatis bitumine (vt cæmentarius ille Ezechielis prophetæ) molitur erigere, certa esse, & indubitata, constare sibi asseuerat. Quod vltrò si ipsi cõcedamus, cassa tamẽ & inania illa fore Registra (donec ab eo prædicta omnia euincantur) ille vicissim nobis elargiri non grauetur. Sed ad hoc vnum audiendum *admissi, risum tenea-*
Mason. p. 19. *tis amici?* Lancelotum Andream pseudo Episcopum Eliẽsem, adeò BELLARMINVM contudisse, *vt omnium Papistarum corda anxia, & exanguia, inde meritò esse debeant.* Hui, quid ais Masone? Ille luscus istum lyncem, ille cothurnus istam clauam, ille pigmeus plumbeo gladio istum gigantem paludatum prostrauit? Inuerte præposteram illam qua vtrumque aspexisti, dioptram, in qua (vt fit) ab altera parte ex minimis maxima, ab altera verò ex maximis minima conspiciuntur. Vterque enim, quicquid sit de tuo iudicio, toti mundo abundè innotuit; BELLARMINVS prò Theologo tali tantoq́;

meritò, cui doctior orbis
Submissis defert fascibus imperium.

Quique vbiuis gentium,

per obstantes cateruas
Explicuit sua Victor arma.

Lancelotus verò, prò Rhetore vt summum: quem nuperrimè pòst

mè pòst BECCANVM occultato nomine scriptor, F. T. vernaculo sermone egregiè depexuit, eiusq; *deprauationes, æquiuocationes, paradoxa, cauteriZatam consciētiam, Iouinianismum, ineptias, mendacia, fraudes, hebetudinem, contradictiones, calumnias, puritanismos,* acriter presseq; est prosecutus. Sed misso Lanceloto à me intacto, aliud in ipso Masono orthodoxi nomine & larua ineptissimè per totum Dialogismum superbiente, æquè ridiculum animaduerti. Si quid illud scit scire aueas, non grauatè *Masone* exponam. Te nimirum *Orthodoxi* tibi nomen pari iure vindicare, quo Ministro-piscopis tuis Episcoporum ordinationē ac iurisdictionem arrogas. Quod vt strictim commonstrem, ipsos Reformatos præcipuos in lite volo esse diribitores. Quid itaque constituitis Lutherani, Caluiniani, Zuingliani, Anabaptistæ, Puritani, Brounistæ, Familistæ, Formalistæ: arbitrio vestro estne *Masonus* noster vel in fidei articulis, vel in hac Ordinationis affectatæ controuersia, orthodoxus? Videor hic mihi videre locustas agminatim confluere, quas sanctus Ioannes describit *similes equis paratis in prælium*, & audire rauco mugitu Lutheranorum cornua, eodem strepitu ac fragore quem in principio huius Britannomachiæ emittunt, iras fulminare. Caluinianorum quoque, vt & Puritanorum, ac Brounistarum persentisco tympana tenta longè lateq; obstrepentia, stridore passim expresso, speciatim verò pagina 33. 43. 56. 186. 209. 235 236. manifestato. Omnes denique Sectariorum legiones modo ibidem prænunciato, clangentibus tubis, intonantes animaduertere videor, Reformationem Anglicanam, maximè verò Ordinationem iactatam, futilem esse, inanem, execrādam. Quicquid demum à Ministris circa reliqua antea pugnatum est, misericordia fuit. Nunc autem omissis nugis, in Masoni Ordinationes æther clamoribus reboat, sanguine humus rorat, instant turmæ ac

Obtendunt pariterq; manus, præacutaq; pila.

Contrà quos omnes, viderit Masonus vt subsistat. Etenim,

Difficile ac durum est vnum compescere multos.

In hunc verò modum tantæ audaciæ, proiectæq; temerita-

F. T. in Appendice. Vide Indicem in Andre-
wes & pag. 483.

Apoc. 9. 7.

tis, quem proprij complices discerptum eunt, comperto homine: iam procliuius erit de tota lite decernere. Cùm enim tum perspectę veritati, tum suorum symmistarum vniuerso cętui, sine certa cuiusquam stipulatione, sese opponat: cui tandem dementi faciet fidem, se sincera nobis registra exhibere, vel talia exhibendo, Episcopos non enormes producere? Caluino saltem, & Bezæ, cæterisq; in secundæ partis examine præallegatis, si fidem vllam attribuat, *Episcopus indoctus, ad Reformatū Euangelium conuersus, locum solius ouis in grege teneat: Episcopus verò doctus, suam speciatim in Papatu Ordinationem eiurare debebit, vt Ministerij capax sit.* Quid ità, ex censorio Bezę arbitrio? *Quia illa Episcoporum, Pastorum, Diaconorum, & Presbyterorum nomina, in Papatu, vana sunt & prorsus inania.* Denique in ipsa Britannia, Fulcus inter omnes Antesignanus, nomine omnium Reformatorum nobis ait, *planè hallucinamini si autumetis à nobis æstimari vestros Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum gradus aliter quàm laicorum.* Si tu Masone cum his conspires: nulli erunt tui gradus, à laicis (vt isti dicunt) solis adepti. Si verò solus refrageris: quem tandem teipsum facis, vt præ cæteris tuorum, sapere censearis?

Calu. respōsa inter epistolas p. 339. & in tract. Theol. p. 374 Beza ep. 1. pag. 18. Fulc. loc. cit. paulò superius.

His præmissis, videamus an gloriari Ministro liceat de Ordinatione qua initiati dicuntur Ministropiscopi, testimonio celeberrimorum totius gentis scriptorum, quibus & Puritani manibus pedibusq; accedunt. Eam autem succincta enarratione talem fuisse ferunt.

QVARTA PARS.

Ordinatio Pseudo-Episcoporum in Anglia planè histrionica, magnorum authorum relatione.

AVthores celebriores qui sequētē paulò pòst ordinationē luci vel in terminis, vel ex necessaria consequutione prodiderunt, sunt Sanderus, Personius, à Sacrobosco, Kellisonus, F.T. (qui supplementum Discussionis nuper emisit) Thomas Haberley, D. Bluetus, &c. Ex quibus aliqui immediatè, alij

Sander. de schism. pag. 166. 167. Pers. in præf. Discussionis num. 136. Sacrobosc. c. 4. p. 8. de inuestig. Christi Eccles.

alij mediatè per viros integerrimos id acceperunt ab oculato teste Thoma Neal, Professore Hebraico Oxoniēsi; & illi omninò omnes exceptione omni sunt maiores. Quibus (quatenus in Anglia pseudo-Episcopis, & Ministris vllam à puris putis laicis negant distinctionem) accedunt Bristous, Hardingus, Stapletonus, (qui alibi *notorium* esse dicit, *eos non modò non canonicè, sed nec ad normam à statutis præscriptam, esse ordinatos*) Reginaldus, Rhemenses Angli, inclyta certè nomina. Item ex Reformatis ipsis Fulcus, Witakerus, Pouellus, Beza, &c. qui (vt suprà ostensum) nullam fidem, nec respectum habent *Ma*soni registris in contrarium. Denique ipsius *Ma*soni frigida futilisque (cùm iam explorata in citandis authoribus fraude) ad hanc narrationem Responsio, & in toto libro effusa ad infinitas excursiones, desertâ controuersiâ diuagatio, rei veritatem non modicè illustrant. Quod si vlterius aliquid ad rei certitudinem requiratur, Puritanis arbitris facilè constabit, partim conceptis verbis, partim sensu expresso dicentibus: *Episcoporum in Anglia hodiè profanum ordinem ac ordinationem in Angulo, extrà congregationem, initium, & progressum, habuisse.*

Kellison. in Replica fol. 31.b.F.T.c.5. p.208.209. Brist. Motiuo 21. Hard. conf. Apol. par. 2.c.5. Stapl. princ. doct lib. 13.c. 6. Reginald. in Calu. Turc. li.4.c. 15. p.975. Rhem. ad c.10.& 15. ad Rom. &c. Staplet. in Antiflatu, seu Counterblast, fol. 9. b. Demonstratio Discipl. c.8 § 1. & 2. pag. 43.

QVINTA PARS.

Qua occasione Regina Elizabetha in Ministro piscoporum consecrationem consenserit?

REgni Angliæ sceptrum tractante Elizabetha, compulsaque illâ præter animi sui sententiam abiurare Catholicā fidem, (id enim Proceres, ne ipsi dulces prouentus bonorum Ecclesiasticorum restituere tenerentur; vtq; Elizabethæ natalitia, iusq; regnandi, in controuersiam erecta Pontificis potestate non venirent; per quam necessarium esse totis viribus persuadebant) innouare omnia oportuit, nouamq; regno rebusq; faciem pristinæ omninò diuersam inducere, nouis Proceribus, nouisque præsulibus per fas nefasque substitutis. Quā autem ægrè in Reformatam sectam impulsa dicta Regina fuerit:

Person. in Resp. ad Coquum c. 15. p.363.364.

rit: tum verbis pluribus, tum factis, oblata occasione crebrò manifestauit. Domino enim *Lansaco*, Regis Franciæ consiliario, & Reginæ matris œconomo, dictitare pluribus solebat, se certò credere Petri ac Romani Pontificis primatum. Comiti verò (posteà Duci) *Feria*, realem Christi pręsentiā sibi persuasam esse, iurauit. Quod, eiusdem Ducis testantur ad Regem, literæ, (Nouembris 16. anni 1558.) in archiuis Cymancæ in Hispania, conseruatæ. Idem sæpius se ex ore Elizabethæ accepisse dicere solebat FRANCISCVS INGLEFIELD Eques Auratus, Regis Catholici Nestor. Applausit in fidem dictorum Elizabethæ, Doctor HARDINGVS, quod anno 1565. concionanti in feria sexta septimanę sanctæ Ministro, eandemq; Christi præsentiam asserenti, benignè arrisisset; quodq; debachanti in Crucifixum (quem semper in altari suo accēsis hinc inde cereis prostare voluit) silentium imposuisset. Idq; Puritanos non pupigit tantum, sed afflixit: vt varia ostendunt eorum scripta. Denique auersionem eius à tota Reformatione, & grege Ministrorum, horror quem ergà pseudo-Episcopos in supremo morbo ad se accedentes præ se tulit, adeò vt eos presbyteros *de Sepibus* (phrasis ea est Anglorum ergà mendicos, & meretrices, victu tectoq; carentes) vocatos, ab aspectu suo facessere iusserit, luculenter demonstrat. Addo etiam eos à sepibus denominasse, ex eorum perspecta mētiendi cōsuetudine, iuxta illud Homericum:

Persōn. loco suprà cit.

Hardingus in epist. dedic. ante confu. Apol. Gilb in præf. dial. de milite Baruicensi, &c.

Discussio Personij, c. 2. à pag. 216. ad pag 220.

Namq; solent homines victu tectoq; carentes
Mentiri, haud faciles cuiquam dicere verum.

Ergò viuens, & moriens Elizabetha, alieno affectu, à Ministris fuit. Cùm verò, vt dixi, innouanda essent per Elizabetham vniuersa, diffugientibus quoad licuit hac illac vel incarceratis veris Episcopis: patulo rictu inhiabant famelici plures sacrilegi, Christi patrimonio, seu vacantibus beneficijs. Et propendebat Regina ambientibus ea conferre qui speciē tenus ordinari Episcopi possent. Tribus ordinantibus Episcopis opus est in Anglia iure regni, ad ius canonicum subinde accommodato, sine quibus nemo ritè ordinari censeatur. Iam verò

Anno 25. Henr. 8. c. 11. Vide Mason. p. 124. 125.

verò in tota Anglia, nec tres, nec duo, nec vnus erat Episcopus, vt authores superius citati asserunt, qui alios initiare posset, velletq;. *Masonus* quidem à toto scopo aberrans, quærit, quidnam illis sub Eduardo consecratis, quo minus Episcopi haberentur, deesset? An hæresis ordinantium? sed illa (inquit) ordinationem, baptismum, consecrationem factam, non tollit. An defectus characteris? at hic non est delebilis. Sic in multis alijs bonus vir seipsum miserè fatigans, torquet, vt idoneum impedimentum inuestiget. Adeóque omissis, vt aiunt fontibus, consectatur arentes riuulos, quæritque frustrà in illis aquam quæ è fontibus vberrimè scaturit. Ego vero eius vices, & anxietatem, misertus, iam superius indicaui impedimentum grande, sublata nimirum vera ordinationis sub Eduardo sexto forma, debitaq; intentione faciendi quod facit Ecclesia, tam in ordinante quàm in ordinato, impedimentum oppidò ingens, quod nullę machinæ Reformatorum amoliri valeant, hoc ipso ostenditur. Vtroque enim deinceps intendente, explicitaque ac solemni declaratione profitente, sacerdotium verum se ac sacrum verum abiurare, & detestari; Nulla ordinatio, nisi fortè informis, inopinata, cassa, irrita, inanis, concipi possit. *Vide Mason. pag. 93. 261. 262. 264.*

Hoc verò impedimentum tam latum, ingensq; vt dixi, non cernens Masonus in hac meridie, tot authores, quot perlustrasse vult videri (tam ex nostris in quibus deprauandis modum nullum seruauit, quàm ex Reformatis quibus causam hanc non audet committere) consulens, ac sudante cerebro voluens, reuoluensq;: quidni ipsi dicam, Masone, profectò

Tu simul & aure, & mente, & oculis cæcus es.

Dixi qui posset, velletq;, non vnum fuisse qui Reformatos Episcopos immani sacrilegio ordinare tentaret: non tamen ignorans vnicum Anthonium Kitchen, Episcopum Landaffensem, ex omnibus totius Angliæ Episcopis sapientia ac doctrina infimum, partes Reformatorum fuisse secutum. *Harding. in Confut. Apol par. 2. c. 2 Mason. pag. 125. 126.*

Qui

Qui tamen, infando muneri à Regina ante omnes deputatus, tantum abest vt id exequeretur, (siue interminatione Boneri territus, siue suapte sponte piaculum detestatus, incertum) vt cœcum se adeóque imposito oneri imparem, dissimularet. Quod etiam Ioannes Stous Chronologista subinde agnouit, propalare tamén in suis annalibus, ne fortè é synagoga eijceretur, non est ausus.

Man. Scrip. Domini Cõstabuli p. 13.

Agebat sub id temporis in Turri Londinensi Archiepiscopus quidam Ibernus, ad quem *proposita libertate ac præmijs*, supplices confugiebant, vt is orbitatem Ecclesiæ Anglicanæ cui Ministri essent pernecessarij, misertus, ordinationem perageret. *Sed vir bonus* (inquit Sanderus) *nullo modo adduci potuit vt hæreticis sacras manus imponeret, vel alieno peccato communicaret.* Nõ habeo compertum (citra probabilitatem coniecturæ) an hic idem fuerit ter illustris martyr *Creueus*, Armacanus Primas, qui ex turri Londinensi sub Elizabetha mirabiliter euasit, auiculę auspicijs: deinde diu post ibidem conclusus, & in publico tribunali de stupro cum virgine nondum adulta, maligna sed familiari hæreticis fraude postulatus, tamen ab infamia vt alter Athanasius Dei prouidentia liberatus, pudore (quo nunquam vllus maiore) tribunal vniuersum suffudit, vt tandem medicato caseo illum in eadem turre extinxerint. Quicunque demum Ibernus fuit Archiepiscopus, propositam sibi sacrilegam prouinciam cum laude æterna detrectauit. De quo Archiepiscopo voluissem F. T. saltem admonitum, cautius scripsisse. Tot autem modis properantis ambitus frustrà tentatis, cùm nullum aliud occurreret remedium, ipsi inter se cãdidati condicto die in Taberna, ad caput *M*anuli, seu Equi, in Cheapsid, platea Londini præcipua, conueniunt, anno 1559. Non fuit quærendum templum, tali Taberna magis idoneum Reformatæ ordinationi: quæ ventri & ingluuiei, patefactura erat arbitrarium aditum, & omnia ieiuniorum iura paulò post violatura. Nihil itaque ad reuerentiam solemne, nihil cæremoniale ad pietatem, nihil mysticum ad repræsentationem in hac ordinatione expectemus: cùm symposiaca sit mentium in ancipiti

Sander. de schism. pag. 166. 167.

P. Gul. Crightonus qui simul in carcere eodem fuit.

ancipiti consultatione quid faciẽdum esset, quidve omittendum (res enim noua peragebatur, in infantia Reformatæ Ecclesię) turbatarum confusio.

Vbi nihil habeant quod dicere queant amplius, *Antiphanes apud Athenæum li. 6.*
Sed prorsus hærent explicanda in fabula.

Libuit tamen epitasin comœdiæ aggredi, & tandẽ cęptum opus tumultuario transcursu absoluere. Ex omnibus igitur Ioannem *Scorium* Apostatam Religiosum deligunt, vt à votifrago (seu digno totius stemmatis protogene) auspicatior esset exuotata consecratio. Narrat Iunius (sed reformata fide) impositionem in Ecclesia manuum nihil aliud olim fuisse, quàm familiarem dextræ in dextram, amicitiæ ergò, iniectionem. *Iunius Eccl.l.2.c.4.* Ad hanc sententiam respiciens *Scorius*, iubet omnes procumbere in genua: deinde Parkeri prensa manu, ait: Eia, D. Episcope Cantuariensis, surge. Iterum pari modo Grindallo: Eià, D. Episcope Londinensis, surge. Itidem Horno: Eià D. Episcope Wintoniensis, surge. Dein, Sandesio: Eià D. Episcope Worcestrensis, surge, & sic de cæteris. Atque adeò,

Rebus turbatis, vel pessimus est in honore. *Optat. lib. 1. con. Parm.*

Ecce vobis terræ filios repentè sine vllo parente ortos, *tyrones sine principe, discipulos sine magistro, sequentes sine antecedente.* *Socrat. in hist.l. 1. c.20.* Hæc tamen non fuit dramatis catastrophe, quàm maximi interest non ignorari. Non enim debuit noster Ischyras infelix, abire ex taberna indotatus, sed prò facinore præclaro Episcopatum Herefordensem sibi habere. At quis ambienti apostatæ hunc possit conferre? Nolite id percunctari. In præpostera namq; ordinatione, nihil mirum, si nouo prodigio à quoquam filiorũ genitor procreetur. Ità enim accidisse Thomas Neal (totius vt dixi scenicæ ordinationis ad quam spectandam destinato consilio Oxonia Londinum aduenit, oculatus testis) tum Domino Thomæ Haberley, qui hodiè pius, grauis, venerandus senex viuit in Belgio, tum alijs non paucis affirmauit. Quales autem tanto sacrilegio *Scorius* genuit Ecclesię spurios, tales genuit etiam reipublicę (non tamen degeneres) nothos: *P. Coffin lit. 15. Iun. 1613.* ex quibus *Siluanus Scorius*, (teste nostro R. P. Eduardo Coffino, qui dispari ex causa, cum eo egit concaptiuum) in Counter

Londini carcere adulterando pecunias, ante decem annos constringebatur. Qualis genitor talis proles. Non enim è squilla rosa nascitur aut hyacinthus, sed mali corui malũ plerumque est ouum. Verùm, in hoc fœlicior fuit parente filius, quod ille pecunias duntaxat principum, hic Sacramẽta Christi adulteraret: ille nummos prauos sub vera imagine, hic vera simulacra sub imaginario Episcoporum nomine supponeret.

Mason. p. 93 *Catalogus Episc. Angl. pag. 338.* *Mason. pag. 127.*

Et verò, si *Scorius* anno 1551, 30. Augusti vnà cum Miletio Couerdal, (vt Registra tradunt) consecratus fuit: quare dictus Miletius, (in Godvvini catalogo Episcoporum Angliæ) spreta tali consecratione (quam ex diuerso Registro, sed non diuersę fidei, dicit accidisse, non vt Masonus anno 1551, sed anno 1550) priuatum se semper gessit? certè non ob aliud, quàm quia vel eum pœnituit, vel eum puduit, commentitiæ consecrationis tam sui, quàm Scorij, quæ reuera coniugatorum nulla fuit. Quo tamen non obstante, à Masono hic priuatus, vnus ex ijs qui Parkerum consecrarent, per summam oscitantiam, fuisse perhibetur. Sic Beta Gammam, Godvvinus Masonum, & Gãma Betam Masonus Godvvinum, persequitur. Id etiam in alijs plerisque percipi, ostendere possem si operæ pretium crederetur. Nunc autem in accelerato transitu, verbo vno manifestabo; in diebus, in mensibus, in annis, vtriusque registra sibi inter se contraria esse, instar falsorum testium qui in Susannam adulterij crimen iurati confinxerunt.

Contradictiones Registrorum Godvvini, & Masoni.

Edmundus Grindal, consecratus

1. *Decembris 1559. Godvv. p.* 455. — *21. Decemb. 1559. Mason. p. 134.*

Rob. Hornus, consecratus

16. Ian. 1560. Godvv. pag. 195. — *16. Febr. 1560. Mason. pag.* 134.

Edmundus Gheast, consecratus.

21. Ian. 1559. Godvv. pag. 286. — *24. Martij 1559. Mason. pag.* 134.

Ioannes Piers, consecratus

10. *Martij, 1576. Godvv. ibid.* — *15. April. 1576. Mason. ibid.*

Ioannes

Ioannes Poinet, consecratus

3. Aprilis 1549. *Godvv. pag 194. — 29. Iunij. 1550. Mason. pag. 93.*

Et sic in cęteris quam plurimis, pari horum regiſtra pugnãt altercatione, ac ſi contenderent Reformatæ in reliquis concordię (qualem ſatis ſuperq; vidimus) nihil cedere: vtque fidei, ac ſinceritatis, tabularum, ac monumentorum Reformatorũ, teſſera, vel ſymbolum, meritò habeantur.

Ego enim in quadrante vnius horæ, in has contradictiones obuias legẽdo incurrẽs, aliorũ conſiderationi relinquo, quãtæ demũ fidei ſint regiſtra illa à Maſono deprædicata, adeò Godvvini regiſtris contraria: cùm tamen vel vera, vel falſa, mera ſint nominum diuerſorum catalogi, & inutiles elenchi, ſeu vmbratilium Epiſcoporum, quorum nullam poſteritas habitura eſt (niſi fortè vt eos erubeſcat) rationem, ephemerides nullo albo memorandæ.

Dico igitur tibi *Maſone*, primò; Ordinationem tuorum Miniſtropiſcoporum (ſiue cauponaria illa fuerit, ſiue in pollutis ſacellis aut templis) non eſſe canonicam, non eſſe ratam, non eſſe validam. In primis enim canonica non fuit, quia non per tres Epiſcopos legitimos, nec per poteſtatem Eccleſiaſticam ſed ſęcularem tantum, nec vt ipſe fateris, cum forma aut ritibus præſcriptis, fuit adminiſtrata. Non eſt etiam rata, vel apud Catholicos, vel apud Formaliſtas, vel apud Puritanos, Brouniſtas, Familiſtas, Baniſteriſtas, Sabbatariſtas, aut alios quoſcunque Reformatos. Non apud Catholicos, vt ex publicis actis oſtenſum, ad ſecundam partem. Neque etiam apud Formaliſtas, vt ex Witakero, Fulco, Povvello, comprobatum. Nec denique apud Puritanos, qui (fatentibus Formaliſtis) Miniſterium Formaliſtarum derident, neminemque admittunt prò legitimo ſibi Miniſtro, qui priorem ante omnia ordinationem non reſpuat & abiuret. Nota enim eſt illa eorum ſententia Regni Comitijs propoſita: *In Anglia, miniſterio diuino caremus. Miniſtri enim neque ſunt probati, electi, vocati, ordinati ſecundum Dei verbum.* Et certè, Puritani faciunt in Eccleſia Anglicana ſaltem octauam (ipſi autem longè maiorem iactitant) partem,

Maſon. pag. 94. 95. &c.

Bancroft. in Poſitionib. periculoſis pag. 113. 68. 86. 87. Ibid. 60. Vide art. Doctr. Angl. pag 200. 201. Vide ibidem pag. 133. 137. 138.

partem,& vltra mille vt Regi affirmarunt Ministros:ità vt non modicum pondus habeat,intrà domesticos parietes tot recẽsere iactatæ ordinationis oppugnatores. Adde Brounistas, Familistas, Banisteristas(vide Art.Doctrinæ Angl.pag.39.94. &c.) Sabbataristas (ibidem pag. 43. 163.) quibus suam Angliam scatere Formalistæ fatentur: quantum momenti, viriumque Puritanis consentiendo adijciant, cùm & ipsi ministerium Formalistarum detestentur? quantumque detrimenti dissentiendo, Formalistis inferunt, quos in Ministrorum numero non esse computandos strenuè gnauiterque contendunt? Postremò, non est valida, cùm deficiat forma debita, nouaq; substituatur qua excluditur intentio faciendi quod facit Ecclesia, excluditur verum sacerdotium, verum sacrificium, vera Ecclesiasticorum approbatio, confirmatio, & vera iurisdictio aliunde quàm à sęculari Principe(vt paulò pòst manifestabo)deriuata.

Dico tibi, *Masone* secundò, Registra tua plurimis alijs nominibus esse valde suspecta, vtpote primarijs totius Angliæ Ministris vel ignota vel spreta: cũ iis non modò nihil deferant,sed successionem illam (vt stultè opinantur,vel opinari videntur) ab Antichristo deriuatam, & cæteris alibi Reformatis denegatam,exsibilent,& hiantibus faucibus execrentur. Item quia alijs Godvvini Registris dissona & antilegomena comprobãtur. Dico insuper,esse valde friuola: cùm (vt paulò superius intimaui)nudi sint catalogi demẽtium hominum,præposterè histrionicè,sacrilegè,in alieno choro ludentium,alienum officium subeuntium, & nihil interim ritè, sed cuncta inaniter operantium. Hęc inquam Masone tibi absque verborum acrimonia, & diuagationum ambitu, longisq; parergis, non minus euicta quàm dicta sunto,spatio dierum quindecim,quibus tuo libro,vel ad perlegendum, vel ad impugnandum,frui potui. Non nobis Domine (si quicquam bene) non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Finis appendicis.

Ex his

Ex his igitur luculenter est manifestum, quod proximè ante hanc Appẽdicẽ diximus; Formalistarũ vocationẽ, electionẽ, ordinationem, tam ordinariã, quàm extraordinariam, prorsus intercidisse: eorumq; à nobis (Antichristi vt mentiuntur mancipijs) tam ementitã quã emendicatam ordinationem, patefacere, cũ quanta confligant ordinationis optandæ egestate, & quàm desperata idiotalis & laica eorum causa non obstante ascititio Episcoporum ac clericorũ vocabulo deprehendatur. Adeoque Reformata ordinatio

———— Vt fluminis ictu
Concidit, & spumas agit, ingemit, & tremit artus,
Desipit, extentat neruos, torquetur, anhelat
Inconstanter, & in iactando membra fatigat:
Nimirum, quia vis morbi distracta per artus,
Turbat agens animam. *Lucret. lib. 3.*

Et ratio omnium manifesta est. Quia, secundum vulgatum adagium, & receptissimam legem, *Nemo dat quod non habet.* Nemo nostrum sectarijs ad alienam disseminandam fidem dedit aliena forma facultatẽ, quia nullam in eum finem habuimus. Nemo laicorum, ad functiones spirituales dedit iurisdictionẽ, quia nullam ipse sibi habuit. Vnde in Ecclesiastica historia ad rem hanc accommodatissimè dicitur. *A Nicenis Patribus posteriores omnes Episcopi ordinati sunt. Quod si illi Spiritum sanctum non habebãt* (vt reformatoribus dicere incumbit) *qui per ordinationẽ, in vnumquemque discendat; nec isti Sacerdotij functionẽ accepcrũt. Quî enim accipere potuerunt, cùm daretur ab his qui non habuerunt?* Sed distinctius ista perstringamus vlterius, cũ ex ijs pleraq; depẽdeãt. *L. Traditio ff. de acq rerum Dom. l. si vniuersa, C. de verb. sign.* *Socrat. in hist. Eccles. lib. 2, c. 32.*

SEXTA PARS.

An Magistratus ordinet Ministros?

Sub finem numeri prioris in capite precedente, Synodica sanctione iam tacitè definitum est, legitimam vocationem nõ esse vel à Principe, vel à populo, sed *à solis hominibus à publica authoritate ad hoc constitutis:* per quos, affectata circuitione, denotantur Episcopi. Sed quia cum proteo Ministrorum genio agimus, qua sua constantia à Vertumnis hæc dicantur, perpendere debemus. Contrà hunc enim fidei

Ministrorum articulum, ait in primis Henricus Salcobrigensis: *Christiani Principes in suis regnis, cum laude, propria authoritate Episcopos crearunt*. Rursum: *Rex Angliæ archidiacono Richmundiæ Episcopalem concessit iurisdictionem.* Item: *Reges Angliæ, suprema sua authoritate, de iure, atque cum laude omnium ordinum, Episcopos elegerunt. Creare* autem Episcopos, eisq; *Episcopalem* concedere *iurisdictionem*, & Episcopos *eligere*, de iure, atque cum laude, si Regibus liceat, non soli certè (vt alibi ostendam) Catholici, sed omnium locorum qui dicuntur Reformati, turpissimè hallucinãtur. Ac in primis hoc totũ negat Gulielmus Tokerus, inquiẽs: *Beneficia autẽ curata, vel non curata, non conferũt Reges omninò in quempiam: multò minus dignitates Ecclesiasticas, siue Episcopatus, siue Archiepiscopatus. Eorum certè collatio, vel institutio est, quorum est destitutio, id est Episcoporum comprouincialium, qui potestatem habent personas ipsas consecrandi.* Huic fauere videntur ipsius Iacobi Regis nostri Serenissimi verba: *Episcopos esse in Ecclesia debere tanquã Institutionem Apostolicam, ac ordinationem proinde diuinam*. Rursum: *Sensi* (de Pontifice meritò) *Episcopos à Deo immediatè suam iurisdictionem accepisse*. Et in colloquio Hamptonensi, *taxauit S. Hieronymum, quia asseruit* (vt ibi perperam dicitur) *Episcopum non esse diuinæ ordinationis, vnde Episcopus Londinensis suscepit, Episcopatum inter 4. horas se abdicaturum, nisi à Scripturis suam ordinationem confirmare posset*. Eat nunc Salcobrigensis, & discat deinceps non vendere

Gul. Tokerus in duellocum Becano, pag. 36

Rex Iacobus in præf. Monitoria.

Collo. Ham. pag. 35. 36.

Mart. l. 4.

—— *vanos circum pallatia fumos.*

Cùm dicat Regem (qui ipse id disertè negat) *cum laude, & propria authoritate Episcopos creasse, eisq; Episcopalem iurisdictionem concessisse, eosq; elegisse*. Eant quoque pudore suffusi vniuersi Ministri, & per immane sacrilegium iurent in primatum Regium, *tam in omnibus spiritualibus siue Ecclesiasticis rebus ac causis, quàm in temporalibus:* cum ipse Rex non se, sed Deum ordinare Episcopos, eisque immediatè iurisdictionem quam habent, cõnferre, ingenuè profiteatur. Eam enim iurisdictionem si immediatè habeant à Deo, simul à Rege non possunt habere: quomodo ergò, in ea, & secundum eandem, in eius primatum iurarunt,

Vide Dissidium Anglican. Becani, quæst. 13. tom. 3. opusculorũ pag. 245.

rarunt, quasi ab ipso, & per ipsum, omnem suam potestatem ac iurisdictionem spiritualem obtineant? Fateor Burhillum explicatè dicere, *Regem nullam habere iurisdictionem Ecclesiasticam, nec in foro interiori, nec in foro exteriori:* sed hoc mihi comprobat ipsum non consentire cum suis symmistis, adeoq; Britannomachiam identidem inter eos conuincit: non verò ostendit, quomodo non sint Ministri omnes Angli tam Formalistæ, quàm Puritani, periuri, qui *plenissimam & amplissimam iurisdictionem spiritualem* Regi tribuunt. Nihil igitur, his benè expensis potest esse consultius, quàm vt hoc laicocephalum iuramentum reuocetur quartò ad incudem; maximè cùm Serenissimus Rex dixerit (vt antea præmonui) in vltimis comitijs: *Nonnulla dubia proposita sunt de vsu iuramenti fidelitatis: & ea pars sanctionis qua eiusdem susceptio præcipitur, tam absurda habetur, vt nemo sciat quis ad illud vrgeri debeat. Nam cùm Ego ipse Iudices antequam obirent prouinciam mihi stitissem, proposui illis difficultatem, in qua non mihi visi sunt rationabiliter respondisse.* At boni Ministri tam vasto sunt patuloq; gutture, tam stomacho conscientiæ struthonico, & vorace, vt facilè iuramentum *in vsu absurdum, nemini obtrudendum, & ipsis Iudicibus impeditum*, crudum, indigestumque deglutire & deuorare queant. Sed id ferendum esset tolerabilius, si Ministri soli illud deuorarent, & ex ipsis Catholicis non nemo in fraudem (*fidelitatis* specioso nomine illectus) illud ipsum non iuraret. Væ autem illis per quos scandala fiunt. Cæterùm, cum Salcobrigensi contrà Burhillum stant Regni statuta. In statutis enim anni 1547, anno primo Edouardi sexti dicitur *omnis authoritas iurisdictionis spiritualis ac temporalis deriuari à Regia Maiestate tanquam capite supremo Ecclesiæ*. Et in statutis primi anni Elizabethæ, *penes Reginam esse dicitur omnis & omnimoda iurisdictio ad habilitandas seu authorizandas personas ad exercendam omnem iurisdictionem spiritualem.* Vnde appositè quidam:

Burhillus in respons. pro tortura torti pag. 234.

Tokerus loc. cit. pag. 305.

Vide superius lib. 2 c. 7. pag 213.

Verba Serenissimi Regis Brit in vlt. Parlamento, an. 1606.

Roma viros Papas; Papissas Anglia cælo
Subuehit; Androginos stulta Geneua colit.

Nunc autem in hanc laicocepholam iurisdictionem tot

annorum

annorum iureiurando ferali, totque statutis comitialibus stabilitam, nequeant aliter Ministri consentire? Signum est, eam vt decuit peruenisse ad optatum interitum, quod Deus faxit. Pergamus quoque nos citato cursu ad huius Britannomachię exitum centies exoptatum.

SEPTIMA PARS.

An populus ordinet Ministros?

Sensim progreditur, vel iam abijt in nihilum vocatio Ministrorum. Superius enim liquet, eam non esse ordinariam, nec extraordinariam, nec Hieroboamicam, seu à Principe laico acceptam: Superest vt inquiramus an sit plebeia per suffragia omnium, vel saltem plurium. Talẽ autem plurimi fecit (quoad ipse Dictatorio munere potiretur) Caluinus, & omnes in Britannia Puritani. Nec deest illis vetustatis, in specie astipulatio. Ait enim S. Cyprianus, *ipsam plebem maximè potestatem habere vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi*. Et S. Leo Magnus: *Qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur*. Item: *Expectanda sunt vota ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitriũ, electio clericorum*. Verùm, hæc & alia in Caluino eiusdem rationis argumenta, nihil aliud efficiunt, quàm ad testimonium probitatis calculos populi fuisse requisitos, nequaquã autem ad iurisdictionis, vel spiritualis potestatis, necessitatem exigẽdos. Quod ab ipso Caluino in tomo epistolarum pagina 350. 351. prolixius declaratur, & toto conatu defenditur. Ait enim inter alia multa; *Ex eo tamen nego sequi, populum electioni sui pastoris præesse debere*. Nec magis olim, quàm hodie populi consensus aliquis in vsu cernitur. Quoties enim ordinatur Diaconus, dicit Episcopus: *Si quis habet aliquid contra illum, prò Deo, & propter Deũ, cum fiducia exeat, & dicat*. Nec omitteretur prisca quãta quanta fuit interpositio & plebis, & magistratus, in electione Sacerdotum, nisi ob schismata, tumultus, & scandala: quorum occasione, quod pia propensione vsurpatum fuit quoad licuit

Calu. Instit. l. 4. c. 3. n. 15. & c. 4 n. 11.

S. Cypr. l. 1. epist 3.

S. Leo 1. ep. 9. c. 1. & epist. 87.

licuit propter pacem maiorem in populo ne contemni videretur, & promptiorem obedientiam: idem propter abusum, subsecutum per popularem electionem, prudenter tandem sublatum est. Tales enim tantosq; tumultus narrant de Ecclesia Orientali S. Chrysostomus, Sozomenus, Socrates, Euagrius; de Occidentali verò, Platina in vita Damasi, Bonifacij secundi, Cunonis, Sergij, Pauli primi, Constantini Papæ, & aliorum, quales tam pietas, quàm prudentia amoliri, seu antevertere debuit. Hoc ipsum quoque, necessitate vrgente, respondet Musculus Bezę, & Beza alijs, & Puritani Brounistis: qui eosdē acerrimè reprehendūt, quod à populo, in Seniores, omnem potestatem eligendi, disponendique de rebus omnibus (postquam semel solis dominari licuit) transtulerint. Inter reliqua (nec certè sine causa) aiunt: *Reformatores aliquā populo libertatē veluti pro forma olim attribuerunt, vt hoc quasi melle labia eorum illinerent, dixerūtq; penes populum esse Ministrorum suorum electionem. Hac tamē in re egregiè illos ludificarūt, non nisi fumum inanem electionis illis relinquentes*. Deinde paulò pòst: *Fucati isti Reformatores, Ecclesiam plebeiam à censuris excludere moliuntur, vt ea sit penes solos seniores*. Cæterùm, popularis electio, vt minimè commoda, inefficax, tumultuosa, iam agnoscitur, ità olim his Canonibus prorsus excludebatur: *Episcopus qui Principum & potentatum mundi fauore Ecclesiam fuit consecutus, deponitor. Omnis electio Episcopi, presbyteri, diaconi, per potestates sæculares facta irrita sit*. Cui receptissimo decreto, si Masonus (dequo superius egimus) fortè consentiat, oleum operāq; perdidit. Si etiam dissentiat, nullus est: aut certè nullus saltem Minister, vtpote sola sæculari potestate, vmbratilis, & personatus, saltē in Ecclesia Minister.

S. Chrys. l. 3. de Sacerd. *Sozom l. 3. c. 4. & 7. l. 4. c. 28.* *Socrat. l 6. c. 27. & l 7. c. 35.* *Euagrij l 2. c. 5. & 8.* *Muscul. de locis com. c. de Ministris Verbi, titulo de elect.* *Beza in Confess. fidei c. 5. n. 35.* *Bancroft. in exam. contro sist. discip. p. 433. Baro Discou p. 195* *Can. Apost. 30. 2. Synod. Nicen. can. 3 Vide in Gratian. dist. 63. ca. Hadrianus. c. Vota. c. Verba &c.*

OCTAVA PARS.

Modus eligendi Ministros qualis?

DE Puritanis in primis scribunt Ministri, cùm initiandi in Classem adueniunt, ante omnia, ordinationi si quam

Bancroft. in posit. peric. pag. 113.

per pseudo-Episcopos in Anglia habuerunt, vt prorsus illicitæ, renuntiant. Deinde, de testimonio probitatis interrogantur. Tertiò, explanandum in proxima Classe textum accipiũt. Quartò, finita concione de eis in Classe deliberatur: quibusdam (sutorum, cerdonum, fabrorum) approbantibus, alijs verò improbantibus; idq; ideò (in casu Hocknelli) quod metaphoram in textu minus expendisset, nec Hebręus, aut Græcus esset. Quibus non nihil numero præponderantibus, vocatus Hocknellus, ac cæterum laudatus, de reliquo iussus est studijs incumbere, cùm nondum esset eorum ministerio idoneus, licet Formalista Minister iam sex, aut septem fuisset annis. Hinc ille, fastuosis hominibus vale longũ dicẽs, prius suum ministeriũ abiuratũ, postliminio resumpsit. Si verò in classe pluribus suffragijs quis approbetur: Minister, hoc ipso, repentè prodit: nec ad Episcopum, nisi ad redimẽdam fortè vexationem, ordinationis, (quam ciuilem tantum cæremoniam minimè verò Ecclesiasticam iurisdictionem Puritani agnoscunt) causa, adire debet. Hæc autem ipsissima est forma quam Gaspari Oleuiano Caluinus seu Geneuensem, præscripsit, Nonis Nouembris 1560. in libro Epistolarum pag. 228.

Modum verò fœmineum ordinandi Ministrum, superius capite secundo, numero quinto exposui. Quantum ad Formalistarum ordinationem mimicam attinet, sic loquũtur Puritani: *Secundum doctrinam Ecclesiæ Anglicanæ, Prælati nostri nullam habent authoritatem creandi Ministros:* qualis ergò, & vnde, est eorum authoritas? Cæterùm, in ea ordinatione nostros ritus plerosque, histrionicè obseruant. Quibus expletis, *si quis vel formam ipsam, vel per eam ordinatos, effectus redarguat: ipso facto excommunicatur, non absoluendus nisi peracta publica pænitentia, ac palinodia*. Nimirum hanc excommunicationem Puritani curabunt? Nihil minus. Ex aduerso enim, hæc est eorum thesis 84. *Excommunicatus ab Episcopis, de manibus eorum absolutionem non expetet.* Quanta ergò est gloria *Iacobi Walschi*, & *Roberti Hacketi*, inclytorum Catholicorum Dublinienſium, qui iam vno ac altero anno cùm hoc scribo, in carcere, abdicato magistratu Scabinatus,

Martin. Iunior. thes. 78

Art. 8. Conc. Lond. 1603.

Martin. Iunior thes. 84. Vide Bancroft. loc. cit. pag. 114. 115.

Scabinatus,ſeu vicecomitum,ac à coniugibus, familiaque diſcluſi, cum fortunarum omnium iactura, heroica conſtantia perdurarunt;quod à Miniſtris impietatis feliciter excommunicati, quia hæreticas ſynagogas non adirent, abſolutionem caſſam, quæ magis eſſet obligatio, pientiſſimè repudient? O glorioſam,generoſamque vtriuſque conſtãtiam! O Dubliniẽſium omni ſyderum fulgore trophęa illuſtriora! cùm in ea ciuitate vix vllus honeſtior ſit, cui non licet Martialis voce applaudere,

Temporibusq; malis auſus es eſſe bonus.

Quique supernè afflatus ſpondere non audeat,fidem Deo datam præſtiturum ſe intermoratam,

——— Phalaris licet imperet, vt ſit
Falſus, & admoto dictet periuria tauro.

Signabit ſuperſtes veſtram glorioſi Confeſſores Chriſti, omnis mea lucubratio gloriam.

Vos etiam ſeri laudabunt ſæpè nepotes. *Ouid. 3. de Ponto.*

HAc verò oblata occaſione alloquendi Dublinenſes, qui prę cæteris pondus diei & æſtus portant, qui in media fornace canticum Deo læti & inuiolati concinnunt, quique vbi perſecutorum perpetim ſæuit ira, & abundat peccatum, ſuperabundãt gratia: nolo tamen ad eos ſeorſim tranſultoria hac digreſſiuncula ſermonem dirigere,ſed totius gentis Ibernicæ(quam Dei clementia benigniori oculo,luceq; illuſtriori in hac orbitate religionis vicinarum regionum,aſpexit)rationem habere.

Vulgatum circumfertur vaticinium ſancti Patricij, fidei lumen ſemel in Ibernia accenſum, nulla hæreſeon barbarie, nulla perſecutorum immanitate, nulla Sectariorum ſedulitate, ad Antichriſti vſque tempora extinctum iri. Mitto tam iſta,quàm id generis cętera vaticinia,quibus per modicam accommodare fidem conſueui. Hoc ſaltem omnium de rebus Ibernicis ſcribentium teſtimonio conſtat, maiorem auitæ

fidei inter tot fluctus aduersos tenacitatem, maiorem ergà res diuinas in tanta Pastorum paucitate, in media verò luporum multitudine rabieq; pietatem, maiorem in fidei cognitione expulsis fidei preconibus, ac exclusis librorum documentorumque adminiculis perspicacitatem, nusquam percipi. Quis enim facilè credat, quod tamen certò certius constat, in tota illa gente, sexaginta annorum spatio, nec pœna atrocissima, nec præmio amplissimo, totos ducentos in Hęreticorum hactenus sententiam concessisse? Quis vel ipsius vulgi, magna ex parte rudioris, tantam in Religione Catholica stabilitatem esse existimet, vt fortunas, libertatem, vitam, sibi eripi malit quam momento vno abire in consilium impiorum, aut stare in via peccatorum: vsque adeò, vt nec eorum qui de capite periclitabantur, saltem vnus ex fęce populi reperiretur, qui primo Februarij 1613. sacrilegas manus in vnctos Domini plectendos quacunque pœna, quocunque præmio, inijcere, & carnificis vice defungi, tentaret? Quis denique credat honestiores omnis gradus, omnisq; sexus, extremam, fidei causa inopiam, oblatæ lautissimæ fortunæ si foro seruire consentirent, anteferre? Hęc tamen, & longè plura, opinione omni maiora, rerum Ibernicarum scriptores compertissima esse contendunt.

Si pauca hæc sint & parua, plura & maiora accipite. Tollũtur debiti eorum prosapiæ, virtutiq; honores, & spretim in ordinem viri vndique ornatissimi rediguntur, illi tamen totidem Terentij apud Theodoretum, fide, constantia, fortitudine, esse deprehenduntur. *Theodoret. lib. 4. c. 28.*

In ergastulum præcipui quiq; pluribus annis cum iactura fortunarum omnium continentur, omniumq; (veluti totidem apud S. Victorem Vticensem Saturi) iniurijs exponuntur, nec tamen transuersum digitum à sententia dimouentur. *S. Victor lib. 1. de persec. Vandalica.*

Porrò, si aliquando lætiores aliqui videantur, exterarum suppetiarum aduentu exultare dicuntur. Si autem tristiori vultu gestuq; cernantur, prospero reipublicæ statu angi creduntur. Si colloquio familiari suorum necessariorum delectentur,

ctentur, nimium populares insolenteſq; audiunt. Si verò taciti turbas ſubterfugiant, machinationibus clancularijs dare operam arguuntur. Si in hoſpites vltrò aduentantes ſe exhibeant lautiores, affluentiæ nimiæ damnantur. Si contrà parcè frugaliterq; accedentes excipiant, de odio erga eos inteſtino inſimulantur. Nec tamen propter hæc omnia, & longè plura tempori ſuo ſeruata, de firmitate propoſiti quicquam remittere percipiuntur.

Si laudandus videatur glorioſiſſimus Hormiſda, qui Regi Perſiæ præſtare noluit iniquum iuramentum, aſſerens inane illud fore, quod fidem nullam ne quidem iuratam homini ſeruaret, qui fidem Deo debitam violare auderet: quanta laude digni ſunt, Proceres, omneſque præcipui Iberni, qui pari ſacrilegio ſeſe contaminare, glorioſiſſimè detrectarunt? Hanc verò laudem habent communem cum inclytis vicinis Catholicis. Inter quos nouum ſidus, Catholicorum omnium gaudio, refulgens, vt laudum ſuarum inſiſtant veſtigijs, vtq; mentem ac linguam ſceleri ſeruent iniuratam, ſplendidiſſimè prælucet. Cum igitur Ibernis, alijſque omnibus facem præferat, Reformatorumq; (à quibus ſalutari palinodia defecit) cauſam, gregemque, ſua fuga condemnet: Cæteris obiter à me ſuperius recenſitis accedat, optimoque iure præcedat illuſtriſſimus inter Theologos Doctores Cantabrigenſes, *Beniaminus Carerius*, Concionator ac Sacellanus Regius, qui talis *Abdemelech* ſeu Regis ſeruus eſſe voluit, vt ſimul eſſet *Abdenago* ſeruus Dei. Verus *Bẽiaminus*, vtpote mane, praua educatione, lupus rapax, Chriſti prædam comedens: veſpere verò, hæreſis eiuratæ ſpolia detrahens, diuidenſq;, & ſalutari palinodia dextræ filium ſe conſtituens. Verus *Barſabas* vera ad fidem conuerſione, eiuſq; cauſa demittens multa quia dilexit multum. Verum Animal quartum ſimile aquilæ volanti, ſigillo quarto aperto ſingulis Reformatorum clamitans, *Veni & Vide*. Fœlix omninò conuerſio,

Theod l. 5. c. 38. Trip. l. 10. c. 30. Niceph. l. 14. c. 20.

Vide pag. 17 210.

Tarda & ſera nimis, ſed fama & laude perenni.

Verum, in duobus potiſſimum eluxit Ibernorum de quibus

agebam ardor verè Christianus. Primò enim, cùm inexpugnabilis esset eorum in asserenda religione ac in repudiandis hæreticorum illecebris pœnisq; spernēdis fortitudo, nec spes vlla Sectarijs superesset tam fixam sententiam euellere se posse; omnisque sudor tantoperè eos solicitādo cecidisset inanis: rogati aliquoties Iberni plerique fuerunt, vt specie saltem tenus imperatis obsequi viderentur: quod illud ad Regis conciliandam gratiam plurimum faceret, quodque magnæ vesaniæ foret, tanto Monarchæ paucos homines publica proteruia peruicaciter repugnare. Verùm, hoc antiquorum persecutorum tritissimum artificium, in nostros *Eleazaros* frustrà fuit. Dicebant enim cum sancto Basilio, se Regis gratiam plurimi facere, quæ pietati non officeret. De reliquo, se credere asseuerabant cum S. Cypriano, ac dicere: *Qui vult videri, propositis aduersus euangelium vel edictis, vel legibus, satisfecisse, hoc ipso iam paruit.* Quod omninò verum est. Vanum enim eorum est cor, & quicquid in corde occultant, in quorum ore non est veritas. *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Isq; fuit Patrum nostrorum sensus, apud quos nihil *Marino Tibilitano* schedas solas, nihil *Donato Calamensi* libros medicos, nihil *Victori Russiccadensi* profuit vice Bibliorum persecutoribus extorquentibus cariosa & absoleta quæ legi nequirent Biblia tradidisse. Nec certè immeritò, cùm omninò nefas sit (maximè in fidei causa) aliud corde, aliud ore Christianum profiteri. Quod ipsi Poëtę visum, dicenti:

Hist. Trip. l. 6. c. 30. lib. 7. c. 33 36. 40. li. 8. c. 13. & c. 2. Macha. 6. 24. 25. 26. Hist. Trip. l. 7. c. 36. S. Cypr. ep 31 Psal. 5. Rom. 10. 10. S. Aug. con. Crescon. l. 3. c. 20. 26. 27. Vide Euseb. in hist. lib. 8. c. 3. & 5. Opt. lib. 1. con. Parm.

Homer.

Odi etenim ceu claustra Erebi quicunque loquuntur
Ore aliud, tacitoq; aliud sub pectore claudunt.

Secundum constantię eorum incomparabilis specimen, nuperrimè exhibitum, fama celeberrima tale fuisse perhibetur. Tum militibus conscriptis, tum colonijs Anglorum Scotorumque per vniuersas regni prouincias collocatis, tum Comitijs Exterorum quam plurium (vernaculos enim numero longè superabant) præter iura municipalia indictis, rumoribusque de generali totius gentis excidio impendente longè lateq; dissipatis, nemo tanti animi futurus videbatur qui semel

pro

pro libertate aut religione hiſcere auderet, quive in reliquorũ verba neceſſitate compulſus, tranſiturus non videretur. Et fortè in pleroſque alios valuiſſet Panicus hic terror. Sed Ibernos noſtros, paratiſſimos vt decuit *ſuum* Deo, *ſuumq́;* Regi, & *ſuum* Reipublicæ per mille diſcrimina tribuere, cùm viderent manifeſtam vim inferri libertati, ac Religioni, minimè perculit. *Beneuolum* vtique apud Ruffinum cedendo non reſiſtendo imitati, maluerunt abdicare omnem Magiſtratum, omníque authoritate tergiuerſando ſpoliari, quàm Religionis euerſioni, vitæ aut libertatis amore, conſentire. Proindéque vnus pòſt vnum egreſſus, conuenticuli, potius quàm comitiorum, edictis, ſubtractione ſuorum calculorum, patriam eo tempore liberarunt. *Ruffin. in hiſt. l. 11. c. 16.*

His in hunc modum geſtis, volant vtrinque quærimoniæ ad Sereniſſimum Regem lamentabiles, quibus iſtius ſeceſſionis cauſam à ſe vtrique amoliuntur, & eandem alteri in alteros inuidioſa exaggeratione transferunt. Deo tamen diſponente, (vt non haberet locum quod S. Baſilius vſuuenire ait; nempe *eos qui accuſantur mox ſine iudicio condemnari, qui verò accuſant ſine omni examinatione fidem inuenire*) horis aliquot ad Regem citius peruenerunt Catholicorum quàm exterorum lamentabiles threni. Eos autem varij ferunt habuiſſe hunc ſenſum. *Exteros nouoſq́; homines in bona omnia fideliſſimorum ab omni memoria Regis ſubditorum oculos conuertiſſe, atque illa vt ſua faciant per infinitas calumnias, technasq́;, libertati vitiſq́; eorundem ſubditorum inſidias ſtruxiſſe. Inter cætera autẽ artificia, Religionis, & Reipublicæ ſtatum, vita ipſa omnibus chariorem impugnaſſe, tanta cum legum & omnium ordinum contemptu, vt ipſis oculis, nedum fortunæ bonis, præſtet carere, quàm præpoſteram omnium rerum perturbationem* (quæ futura videbatur) *conſpicere. Nihil opus eſſe armatis legionibus contrà Ibernos Catholicos cultiores, qui dudum conſueſſent ab omni repugnantia reductas in tergum otioſas habere manus, ne vel minimum reſiſtere putentur, & ſublatas ac expeditas vt ſolummodo Regi in calamitatibus ſupplicent, hoſtiumq́; Reipublicæ vim ſi occaſio requirat, ſtrenuè auertant. Vnicum duntaxat ſe ambire beneficium, idq́; non vt conſeruentur in priuatis ædibus,* *S. Baſil. epiſt. 73.*

bus possessionibusq́, vtue honoribus augeantur, aut coniugibus, liberis, libertate, vita fruantur; sed vt prius internecione deleantur quàm vt innouetur Religionis aut Reipublicæ status, quem talem retinere discupiunt qualem à maioribus acceperunt. Illud si non impetrent, necandos sese potius præbere, quam vt intueantur viui quod morte sit longè intolerabilius.

Ioa. Magin. tom 2. f. 36. Sanderus de schism. folio 161. Mercur. Gallobelg. ad an. 1595. Florimund. de origine &c lib. 6. Bosius de signis lib. 8. c 1 Baron. to. 11. ad an. 1503. pag. 261.

Nemo itaque existimet auribus seruire Ioannem Maginum Patauinum, dicentem, *Ibernos Christianam Religionem castè colere.* Neque Sanderum affirmantem, *illius gentis homines præ multis esse Catholicos.* Neque Mercurium Gallobelgicum, asseuerãtem, *in hac insula plurimos adhuc esse Catholicos.* Neque Florimundum asserentem, *mirabile esse, neminem Ibernorum ad conciones hæreticorum spontè accedere.* Neque Bosium astruentem, *in Ibernia semper perstitisse Catholicam Religionem.* Neque denique (vt mille testes locupletissimos breuitatis causa prætercam) Baronium perhibentem, *Iberniam Catholicæ fidei esse tenacissimam.* Ità vt manifestum sit, quotidianum rei euentum his elogijs respondere, & hæc encomia catholicissimę genti optimo iure deberi. Quod strictim dixisse in præsenti sufficiat.

PARS NONA.

De cælibatu, & tenui Doctrina Ministrorum, & de gradibus Academicis, qualis praxis, qualeq́, illis consilium?

Caluin. de scandalis p. 118 127. & in Dan. c. 11. v. 34. Item in 1. Pet. 1. Castal. apud Bezam, in lib. Sicophanta. Vide Ministromach. pag. 66. Schlusselb. lib. de Theol. Calu p. 93.

DEplorat Caluinus, ad suum Euangelium homines concurrere, vt *excusso superstitionum iugo, solutius in omnem lasciuiam diffluant.* Certissimum est, prò posteriori parte; non aliud apostatas spectare, quàm vt atheorum vitam viuant, vt in vltimo capite primi libri ostensum est. Proinde Castalio de illis meritò conqueritur. *Vocant* (ait) *Geneuam ciuitatem sanctam; conuentum verò suum, Hierosolimam. At nos dicimus, O Babilon, Babilon! O Ægypte, ô sacrificuli Ægypti, & Babilonici incantatores! ô pollutissimi Sodomæ & Gomorræ filij!* &c. Et certè de Beza inquit Schlusselburgus: *totam ætatem explendis suis libidinibus, & cupiditatibus, &*

describendis

describendis suis amoribus, & vlciscendis suis corriualibus exercuit. Nec vastior, & inemensior vspiam est quàm de castimonia ministrali dicendi campus. *Deus bone!* (inquit Siluester Czecanouius) *quã incredibilia vidi?* Ex infinitis verò sceleribus, adulterijs, furtis, homicidijs Ministrorum, subdit: *Vnus eorũ qui toxico vxorem suam interfecerat vt alijs mulieribus vteretur, rogatus, cur tantum admisisset scelus; respondit: coniugium in Lutheranis sacerdotibus, non restinguere vagas libidines*. Id vnus instar omnium Ludouicus Hetzer, *viginti quatuor coniugum* (inquit Lutherus) *demptis puellis, publicus constuprator*, potenter confirmabit. Sed in hoc mari mortuo (castis naribus nidore insupportabili, & spissitudine obscena honestatis lacertis irremigabili) non prouehemur longius; maximè à Ministris, veritatem per interualla confitentibus, contra seipsos admoniti, *ab vltima memoria fuisse obseruatum, vt se alligarent continentiæ voto, qui totos se Domino collocare vellent*. Hinc illæ Petri Martyris, lachrymæ: *Statim ab Apostolorum temporibus nimium tribui captum esse cælibatui*. Denique ait ipse Lutherus, *cælibatum Sacerdotum mille trecentis annis esse antiquiorem*. Quo dicto, quantam dicit suorum mentiendi fuisse licentiam, qui priscos Sacerdotes plerosque fuisse cõiugatos, asseuerant. Certè ad eorum confutationem, plura ad nauseam cumulare, procliue cuicunque foret. Ego verò contentus idoneis rationum ac testimoniorum momentis, à pluribus quàm quæ huc transcripsi, supersedebo. Tantũ itaque hic fragmenta quędam proferam, de nuptiali sacrilega Missa, sacrilegi Carolostadij, primi coniugati in memoria nostra Sacerdotis. *Introitus* in primis erat: *Dixit Dominus Deus, non est bonum hominem esse solum, faciamus adiutorium simile sui*. Oratio. *Deus qui post tam longam & impiam Sacerdotum tuorum cæcitatem, B. Andream Carlostadium ea gratia donare dignatus es, vt primus nulla habita papistici iuris ratione, vxorem ducere ausus fuerit: da quæsumus, vt omnes sacerdotes, recepta sana mente, eius vestigia sequentes, eiectis concubinis, aut eisdẽ ductis, ad legitimi consortium thori conuertantur. Per Dominũ nostrum*, &c. Prosa *Deus in tua virtute Andreas Carlostadius gaudet, & lætatur, thalamo copulatus*. Vltima oratio. *Sint nobis auxilio sumpti Sa-*

Czecanouius de corruptis moribus.

Luth. in coll. loq. Mens. fol. 415.

Vide Calu. con. Libert. Pag. 654.

Erasm. epist. 1. ad fratres infer. Germ. pag 81. &c.

Calu. Inst. l. 4 c. 13. n. 17.

Pet. Mart. de cælibatu & votis pag. 477.

Luth. colloq. Germ. Fràcofurt. De coniugio fol. 319.

Surius ad an. 1525.

Florimund. de Remund. l. 2. p. 110.

Vv *cramenti*

cramenti mysteria, & sicut Andreæ Carlostadij connubiali celebritate lætamur: ità fac quæsumus Sacerdotum coniugia toto orbe fæliciter auspicentur, fælicius succedant, & fælicissimè finiantur. Per Dominum nostrum, &c. Euangelium, & Epistola idonea, non in nouo testamento, non in sacris Scripturis, aut Conciliorum canonibus, aut Patrum homilijs, sed in aliquo petulco Tibullo, Catullo, Nasone, requirenda, vel potius ex Lutheri sermone de matrimonio (aliquo Nerone, Heliogabalo, Sardanapalo, dignissimo) eruenda fuissent. Propudium namq; in Sacerdote tantũ, ipse Tibullus erubuisset; cùm dicat: *Discedat ab aris, queis tulit hesterna gaudia nocte venus. Casta placent superis.* Quàm bene interim, vangelistæ tales, obsequuntur menti Spiritus sancti: liquet, ex Matth. 10.12. Lucæ 20.34. 1. Cor. 7.25. & seq. Apoc. 14.4. &c.

Tibul. 2.1.

At Missa Ministrali castitate, doctrinam qua pollent expédamus, vtrùm fortè castitatem vincat, vel potius tota eorum vita, quędam Respublica Cyclopum sit, qui ea dicuntur fuisse inscitia, ac cęcitate, vt nescirent vbi oriatur, vel occidat Sol. De Lutheranis in primis ait Caluinus, *Sic esse errore fascinatos, vt quod pueris in Catechismo traditur, veterani Theologi non teneant.* De plerisque inquit Stancarus, *pluris esse faciendum vnum Petrũ Lombardum, quàm centum Lutheros, ducentos Melancthones, trecentos Bullingeros, quadringentos Petros Martyres, quingentos Caluinos: qui omnes si in mortario contunderentur, non exprimi posse vnam vnciam veræ Theologiæ.* Multum in materia præ manibus iam progressi sumus. Restat tamen itineris multum, nempe cur Ministris tanta offusa sit caligo, vt etiam volentes nequeant obscuratæ mentis aciem, in scientiarum fulgorem intendere. Non negem subinde esse dulcissimè vanos, quibus loquacitas pro facundia est, & arrogantia pro optima peritia. Dico enim potius, cum S. Augustino, *esse aliquando dicacitate peritos sed perituros, in errore disertos, sed à veritate desertos.* Verùm, cur ex ijs simul cõtusis (vt ait Stancarus) nulla vncia theologiæ, & solidę doctrinæ exprimi queat: causas puto esse plures. Prima occurrit in varijs Scripturis: Prouerbiorum c. 1.7. c. 14.6. c. 18.2 clarissimè autem Ecclesiastici 23.20. his verbis, *homo assuetus in verbis improperij*

Odyss. 9.
Caluin. in vlt. Admonitione ad Ioachim Westphal.
Stancarus in lib. de Trinitate, & Mediatore.
S. Aug. l. 2. confess. c. 14. & li. 7. c. 10.
Eccli. 8.21.

properij, in omnibus diebus suis non erudietur. Secunda causa est, quod non à fontibus scientiarum, nec à narratione seniorum, *discere velint intellectum:* sed vt prophetæ insipientes, *sequantur spiritum suum, & seductionem cordis sui*. vnde, *proficiunt in peius, errãtes, & in errores mittentes; semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes*. Tertia quoque causa manifesta est, quia otio, & voluptatibus, oppidò indulgent: vt in libro primo capite vltimo, & in huius capitis initio, ex Caluino ostensum est. Quarta denique, & potissima causa tantæ ignorantiæ esse videtur, quia hęresis natura, & lippitudo, magis diligit tenebras quàm lucem, cùm mala sint eius opera. Hinc omni conatu, disciplinas, Academias, & Collegia, hæretici diruunt, labefactant, extingunt. Quod, Puritanis identidem Formalistæ exprobrant; ità vt, hoc nomine exclamet in illos Couellus: *Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Zebee, & Salmana. Omnes Principes eorum, qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuarium Dei*. Ormerodus autem, eisdẽ attribuit articulũ hũc Wicklefi: *Vniuersitates, studia, gradus, magisteria, collegia, sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt Ecclesiæ quantum Diabolus. Cui consonat Lutherus, dicens: Vniuersitates in quibus explicantur Philosophorum & aliorum Gentilium libri, à dæmone sunt erecta, ad Euãgelium funditus euertendum*. Hęc Lutherus, & Puritani. At infelices bubones, & scientiarum hostes, verène barbariem (quam superius pagina 26. Oxonięses commemorant) inferre, vobis animus est? Sed frustrà improbos ad scelerati cõsilij sui manifestationem, frustrà tenebriones in apricum sinceritatis prouocamus. At verò nemini mirum videri debet id me interrogare, cùm seniores Puritani non nisi ex plebe mechanica constare soleant; quos tamen omnis sacra, & prophana administratio, (vt Formalistæ, Whitgiftus, Bancroftus, Sutcliffus, Sarauia, Ormerodus, Hokerus, & cęteri quos capite quarto primi libri dinumeraui, mihi fidem efficiunt) spretis nobilibus, & eruditioribus, & maximè principibus, concernit. *Sapientiam verò, atque doctrinã stulti* (quales sæpius plebei) *despiciunt*. Prou. 1. 7. quod sz. præ doctis sordeant, & in doctorum cœtu desipere credantur.

Ezech. 13. 3. Ierem. 14. 13. 2. Tim. 3. 13. & 4. 7.

Ioan. 3. 19. Ps. 82. 10. 11. Couel. in modest. Exã. pag. 157. Ormerod. in pictura Puritani, quatern. E. 3. Artic. 29. Wicklefi. Luth. de Visione Dan. con. Ambr. Catharinũ. Et in lib. de abroganda Missa. Vide superius pag. 26. Vide Sutcli. in resp. ad libellum defamat. Supplic pag. 11. 31. 44. 45. 49. 91. 92. 93. 140. num. 11. & 141. n. 25. 32. p. 160. 188. n. 18. p. 190. n. 26. p. n. 79. Vide Picturam Puritani quatern. L. 2.

Camd. in praef. Britan. Vide Exam. prat. Discip. cap. 10. &c. Gilby pag. 3. pag. 50.

Formalistis quoque odium doctrinæ, à Camdeno alijsq; impingitur; à Puritanis verò, ad rauim obtruditur: vt ex præclaris elogijs l. 3. c. 2. n. 5. & ex huius capitis initio colligitur; maximè cùm dicant, *parum, aut nihil, ab illis requiri, quàm catechismũ callère, & gestare pileum, casulam, & epomidem: & quod centones tales Antichristi, efficiant presbyterum, licet sit stupidus, aut perditus.*

Vide Carturight. l. 2. in ep. apud Exam. prat. disciplina cap. 27. circa med. p. 317. Colloq. Altenburg. fol. 360. b. Coll. Sur. &c. Luth. colloq. Mens. c 67. fol. 499.

Hanc tamen epomidem, hic despicatui ductam, Puritanorum princeps Carturightus, ambitiosè (dispensantibus ad omnia fratribus) prensans, tristem repulsam (vt superius dixi) est passus. Adeoque, nos nihil moueat, rei quam assequi nequeant, dissimulatus in Puritanis neglectus. Quod ad Lutheranos attinet: graduum quidem Academicorum, & doctrinæ præmij loco omnem spreuerunt aliquamdiu dignitatem. Hinc Melanchon pistor, Carolstadius arator, prodierunt: quorum iste vncialibus literis, cathedrę doctorandorum, affixit; NOLITE VOCARI MAGISTRI. At, per insanam hanc dementiam, docendi munere abiecto, exinanitis scholis, combustis innumerabilibus libris, extrema barbaries omnia cępit peruadere: donec mutata sententia, *mos scholasticos gradus decernendi, tot iam annorum spatio intermissus, ac veluti exoletus, tandem aliquando in scholã fuit reuocatus.* Ex quibus omnibus, vt spiritus, & principes tenebrarum, aduersari cernimus scientijs, doctrinæ, ac Academijs: ità è diuerso, à Spiritu sancto afflari illis mentem optimam, nihil dubitemus, qui in excolendis scientijs, informandis rudibus, Academijs instituendis, impensè incumbunt. A primordijs vtique Christianæ fidei, sanctissimorum vel omnium, vel præcipuorum, illud fuit antiquissimum semper propositũ.

Tom. 1. declamat. Melanch. Argẽt. f. 486

S. Hieron. de viris Illust. S. Tho opusc. 19. 26. & quodlib. 1. q. 7. a. 4.

Laudat enim S. Hieronymus, in Origine, *studiosos secularium literarum sectatores, habuisse.* Sanctusque Thomas Aquinas recenset exempla S. Gregorij Nazianzeni, S. Basilij, S. Augustini, S. Chrysostomi, S. Damasceni, & aliorum, *qui cùm Monachi essent, scholares docuerunt, non solum in Scriptura, sed etiam in liberalibus artibus.* Id fecit S. Fursæus, teste ipso Ioanne Balæo centuria 14. pag. 236. sanctusq; Thadeus apud Capgrauium, Iberniique reliqui certatim sancti, vt in præfatione mea in libros

de

de ſacrificio, pluribus oſtendi. In particulari autem, ab Ibernis traxiſſe primam originem Academiam *Pariſienſem*, ac *Ticinenſem*, citrà ambiguitatem conſtituunt Sabellicus Eneade octaua, libro nono, Nauclerus de Carolo Magno, Ioannes Valenſis compendiloquij parte decima capite ſexto, Gaguinus de origine Francorum libro quarto, Polidorus Virgilius libro nono hiſtoriç. Camdenus verò, pluribus (pagina 185. 177. 267. 730) *Oxonium, Malmsburiam, Lindsfarniam, Luxouium, Bobium, Herbipolim, Fuldam, ſanGallum*, iiſdē deberi parētibus contēdit. Cæterū piū eorum in diſciplinis tradēdis ſtudium, religioſæ perfectionis diſciplinæ nō tantū nō obeſſe, S. Doctor demōſtrat, vt etiā dicat *eos præ cæteris eſſe idoneos ad docendum, qui maximè diuina per contemplationem capere poſſint; ſummumq́, gradum eas in religionibus tenere, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum.* Quod ità fuit Religioſis priſcis perſuaſum, vt cūcta illorum monaſteria, vel hæreticis fatentibus, fuerint *plantaria, vnde Chriſtiana Religio & bonæ literæ propagatæ: fuerunt* (inquiunt) *hæc auitæ pietatis monumenta, ad Dei gloriam, bonarumq́, literarum propagationem, ſpecioſo eruendæ ſuperſtitionis obtentu, ab hæreticis demolita, orbe ſtupente, Anglia gemente.* In ijs autem plantarijs (inquit Camdenus pag. 165.) *primis temporibus viri Sanctiſſimi Deo inuigilarunt, & præcipuè Ibernici, qui ſtipendijs Regis alebantur, & adoleſcentes pietate artibusq́, ingenuis imbuebant.* Et erit Deo propitio tempus, cum eadem plantaria reſtituta, ijdemque inſtitutores reſuſcitati, ad reſtaurandam Chriſtianam Religionem, & bonas literas etiam ſæculares tradendas, priſtinam vim ſtudiumque obtinebunt: cùm ſcilicet peccatis noſtris ceſſantibus, Miniſtri Sathanæ nullius iuriſdictionis, nullius eruditionis, nullius probitatis (vt iam cōfirmant ipſi mutuis teſtimonijs) cum ſua hæreſi, in auras & obliuionem dilabentur.

Idem S Tho. 2.2.q.188. a.6. in corp.

Camden. in præf. & pag. 117. 118.

Vide ſer. 85. S. Ambr.

PARS DECIMA.

Quam infamis ſit vbiuis conditio Miniſtrorum? & quo remedio abominando ſuccurrendum cenſeat Lutherus?

Vide Analyſim Iuſti Calu. in Tertul. de praſcrip. c. 41. num. 5. Andreas Muſcul. de prophetia fol. 27. Vide Scioppium in Eccleſiaſt. cap. 66.

SEntentias Sectariorum prodere, ſuperare eſt. Paucas autem ex multis hic prodam, & paucis. *Vt iam quis* (inquit Andreas Muſculus) *prædicantem agere velit, præoptaret, ſcio, nunquam ſe in lucem hanc prodiiſſe. Parentes quoque in primo lauacro aquis ſuffocatum eſſe mallent. Quod ſi etiam aliqui ex noſtris liberis prædicantes fieri fortaſſe cuperent, infamiæ & turpitudinis metu adſpirare non poſſunt. Vſu venit etiam, cùm quis iuuenis virginem aliquam ſibi in matrimonio locari poſcit; vt eum parentes virginis, aut etiam virgo ipſa, ſciſcitentur, vtrùm prædicans fieri cogitet. Habemus etiam (quod multò magis horrendum eſt auditu) eorum exempla, qui ne repudiarentur, hac lege & conditione matrimonium contraxerunt, vt ſe prædicantes nunquam fore iureiurando promitterent.* Res eſt vbiuis lippis, & tonſoribus, notiſſima. Idem enim quam ſimillimis verbis de Anglia ſua Dovvnhamus ediſſerit, nec dubium de vllo vſpiam loco exiſtat. Sed tanti mali ecce duplex vobis à Luthero execrabile remedium. Primum; *tametſi peſſimo ſanè loco ſint (* inquit) *res noſtræ, cùm omninò Prædicantes furari cogamur, nihilominus alacriter in nomine Domini furari poſſumus. Omninò enim vrbani ciues, & agricolæ, cùm quid nobis dant, ſe veluti furibus & prædonibus illud dare perſuaſum habent.* Secundum; *Breui rurſum eò rem redire oportebit, vt probi, ſynceri, ac fideles prædicantes cælibem vitam ducant, & alienis vxoribus, ac filiabus vtantur, quæ cùm ergà ipſos benè affectæ fuerint, etiam mariti, ac Patres, eos diligere cogentur.* O terrũ, & deteſtabile monſtrum! Quæ tuæ nequitiæ par oratio eſſe queat? Sed, ad exitum cum his belluis properè tranſuolemus.

DoVVnham. conc. 1. p. 67. Luth. tom. 2 Germ. Wit. ad c. 31. Gen. fol. 215 § 3. Idem in colloq. Iſleb. de prædicãtibus fol. 235. § 4. Vide Britann l. 2. c. 2. num. 5.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

De Matrimonio.

PRIMA PARS.

Matrimonium esse Sacramentum.

MATRIMONIVM (inquiunt Puritani) *secundum Formalistas, est Sacramentum: quo, Deo mendacium attribuitur.* Et in hoc, si ita est (nam Puritanorum nō semper certa est fides) Luthero Formalistę, capiti Reformationis apertè consentiunt; dicenti: *Matrimonium est magnum maximæ rei Sacramentum.* Si aliquis mihi refractarius insurgat, quasi hic & alibi Luthero, alijsq; Ministris imponam, quia contrarium subinde dicant ei quod ipsis adscribo: hunc rogatum velim, ne mihi molestus sit, hoc nomine: cùm vnica eorum culpa sit qui ad varias quotidiè sententias ea mobilitate feruntur, qua bracteas in acroterijs, seu pinnis, per ventum reuolutas, superant: vt libro primo, capite tertio, patefactum est. Philippus quoque Melācthon in vtraque de matrimonio Sacramentali, tam negatiua, quàm affirmatiua opinione, deprehenditur; vt & reliqui superius recensiti prò septenario Sacramentorum numero. Ne autem videar Puritanis iniuriosus, quasi me iudice, ipsi falsò appingant Formalistis errorem (vt ipsis videtur) quo matrimonium prò Sacramento habent: proferam quam ipsi adferunt causam; quæ si futilis videbitur, irrogetur impostoribus debita mulcta, & calumniæ reuocandæ necessitas. Sin pondus, & momentū obtineat: Formalistæ ad responsionem saltem, & imaginarij erroris defensionem, teneantur. Ad Sacramentum (aiunt) Formalistæ tantum requirunt, vt ordinetur à Deo tanquam certum externum signum, internæ gratiæ: In matrimonio verò,

Examen libri Com. Prec. p. 132.
Luth. tom. 1. Ien. Germ. ser. de Matrimonio.
Phil. Melāc. in loc. com. 1552. 1558.
Vide Sleidan. lib. 20.
Vide l. 3. c. 1.
Articul. 15.

verò, est externum signum, videlicet verba, vel nutus declaratorij consensus interioris, & gratia quæ naturalem amorem perficit, & indissolubilem nexum confirmat ad manifestandam inseparabilem vnitatem inter Christum & Ecclesiam: proindeq; esse plenum (cùm nihil amplius desideretur) Sacramentum. Accedit, quod Formalistæ disertissimis verbis dicāt, esse *sanctum coniugium, & honorabilem statum à Deo in paradiso institutum, significantem vnionem inter Christum & Ecclesiam*: quod totum Puritani pernegant, dicentes esse contractum merè politicum, ne alioqui esse Sacramentum confiteri cogantur.

In forma solemnizādi matrim. in Liturg. com. Precum.

Vide Melanct. in loc. com. de Matrimonio.

Si me diribitore huius discrepantiæ, vti velint: vtrosque criminis postulabo. Formalistas in primis, qui idoneis præmissis positis, non tantum non consequenter concludunt matrimonium esse Sacramentum, sed è diuerso præposterè, tale non esse, nec posse esse, contendunt. Puritanos verò, qui ad aliorū confusionem, non verò ad propriam conuersionem, matrimonium esse Sacramentum, luculenter euincunt. In quo iudicio, vt & in cęteris huius tractatus partibus, iusta statera suū vtrisque sine exceptione personarum attribuo, vt vtrosque pariter in me affectos esse velim. Non enim apud me Formalistis Puritani, nec Puritanis Formalistæ sunt potiores. Et sic istud Martialis habet locum:

Inuentus tamen est finis discriminis æqui
Pugnauere pares, succubuere pares.

Interim, Britannomachiam Ministrorum, tacētibus nobis, produnt ista omni momento inter fratres recurrentia,

Non bene iunctarum discordia semina rerum. — *Ouid.*

Cæterū, vnū addam in Formalistarum gratiam (quod tamē à me profectum, gratia indignum, si rectè illos noui, existimabunt) non perperam dici in articulo ipsorum 99; *præter gradus in Leuitico expressos, alios gradus in tota Republica Christiana prohibitos, matrimonium tam contrahendum quàm contractum dirimere.* Itē, in articulo 107; *diuortium non permittendum nisi ea lege, vt neuter coniunx, sons aut insons, contrahat, viuente altero.* Vtrumque tamen horum quidam mali Ministri trahunt in dubium. In primis Lutherus,

Constitutiones & canones Eccl. anno 1603. Lond. ar. 99. 107.

Lutherus,omnium tanto peſſimus,quantò primus ; inquiens de priori: *Nulla eſt perſona cum qua ob conſanguinitatem nequeas matrimonium inire,præter illas quæ Leuitici 18. numerantur.* Et quoad poſterius,ait Fulcus,*eſſe doctrinam papiſticam*; adeoq; execrabilem. Sed ſeorſim paulò latius de his agendum. Cauſas enim repudij multas,ac mirabiles,ſibi commenti ſunt.

Luther. de matrimonialibus tom. 5. Ien. Germ. f.241. Item de Colloq ti. de matrim. Fulk cont. Teſt Rhem. fol. 18.

SECVNDA PARS.

Cauſæ diuortij apud Miniſtros quot & quales?

IN ſacris Scripturis doctrina de repudijs minimè eſt obſcura. Verbi gratia: *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,& aliam duxerit,adulterium committit ſuper eam,& ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit,mœchatur.* Item: *Ego autem dico vobis,quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam,excepta fornicationis cauſa,facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit,adulterat.* Iterum: *Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt,præcipio non ego,ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam aut viro ſuo reconciliari, & vir vxorem nec dimittat* Denique: *nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir, liberata eſt à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro. Adulterium enim* (inquit S. Clemens Alexandrinus) *exiſtimat S. Paulus ſeparatis,coniungi matrimonio,viuo altero.* In Concilio Elibertino anno ſalutis 320.capite 9. dicitur: *Item fidelis fœmina quæ adulterum maritum reliquit fidelem,& alterum duxerit,prohibeatur, ne ducat: ſi autem duxerit, non priùs accipiat communionem quàm is quem reliquit de ſæculo exierit,niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.* Cōſonat Concilium Mileuitanum c. 17. &c. Ex quibus omnibus patet,non perperam (vt paulò ſuperius dixi) nuperum Conciliabulum Londinenſe, in eâdem eſſe ſententia. Sed Caluiniana Diſciplina ex diametro diſcrepat, facitq; parti innocēti, viua altera parte, denuò cum tertia contrahendi copiam: deinde verò eandem poteſtatem defert parti nocenti, poſt alterius connubium. Eadem quoque eſt Lutheri doctrina,

Marci 10. 11. 12.

Mat. 5.32.

1. Cor. 7. 10. 11.

Rom. 7.2 3.

S. Clem. 2. Strom. c.12. Vide Orig. tr.7. in Mat. S.Baſil. ep.1. c.9. S. Amb. in c.16. Luc. l.8. S.Hier. in ep. 30. & 147. S. Aug. de bono con. iugali c.7.15 18.& lib. 50. hom.49. c.2. &c.

Diſciplina Geneu.p. 58. & conſiſt. Lugdun c. 48 Paris c. 22. Aurel. c. 12.

 Fulci,

Fulci,vt iam monui,& aliorum plurimorum. Qui,quam faciles ſunt in ſecundis his nuptijs approbandis, tam faciles per ſummum nefas ſunt,in cauſis ad eas tranſeundi, aſſignandis. Repudium ergò Miniſtri concedunt;primò, ſi alter cõiugum vel occultè, vel apertè aufugiat: maximè ſi monitus non reuertatur intrà conſtitutum tempus. Mathæus enim Barius, opifex Anglus peregrè profectus, vt ſuſpicio fuit,ob violatam à coniuge fidem, tandem domum reuerſus, reperit vxorem Radulpho Sadlero viro nobili nuptam, & aliquot prolibus auctam. Eã verò cùm maritus ſummo iure in ſummo tribunali repeteret, non tamen potiri potuit, huius primæ cauſæ hic propoſitæ,authoritate. 2. Diuortium concedunt, ſi mulier pertinaciter debitum aut cohabitationem deneget. *Si mea eſſet vxor(*inquit Lutherus*)dicerem illi;citò,aut annue,aut abnue,num mihi obtemperare velis? ſi abnueret, è veſtigio aliam ducerem,& iſtam abire ſinerem. In vicem Vaſthi, Heſter ſurroga, Aſſueri Regis exemplo.* 3. Cauſa. Si alter coniugum flagitium perſuadeat,v.g.papiſmũ, adulterium: *alteri matrimonium porrò contrahendi ius eſt.* Et virtute huius priuilegij Geneuę plures aliorum cõiuges (teſte Florimundo)in tuto exiſtunt. 4. Cauſa. Si matrimonio conſummato, impotentia coëundi,caſu ſuperueniat. *Tum vxor maritũ ſic* (vt ait Lutherus) *compellare deberet: faue quaſo, vt cum fratre tuo proximè tibi ſanguine iuncto, occultum matrimonium paciſcar, ſic vt tu nomen habeas,&c. Quod ſi renuat, tum vxor clandeſtina fuga ſaluti ſua conſulat,& in aliam profecta terram, alij etiam nubat.* 5. Si de facto aliqui in peregrinis regionibus, aliam duxerint: valétne matrimonium? *Eſto,*inquit Lutherus. 6. *Si lepra ſuperueniat, valet* (inquit Bucerus)*cum tertia perſona matrimonium, conſentiẽter verbo Dei.* De qua,ac cæteris cauſis,Bucerus fusè diſputat,vt oſtẽdat (contra expreſſam doctrinã Euãgelij) *licitum eſſe diuortium, & ad alias tranſire nuptias,pluribus de cauſis quàm fornicationis & ſtupri.* Et (quod miremini, quotquot legetis) caſtiſſimus Beza hanc ſibi cauſam impugnandam, delegit, & ſtrenuè (nemo putet,ob occultum proprium morbum) Bucerum ſuum hoc nomine impugnauit. 7. ob infœcunditatem. *Vidi (*inquit Ormerodus

Luth. tom. 5. Wit. fol. 111. 113.

Luth. in Colloq. Ger. tit. de matr. Pomeran de Adulterijs. Sarcer. de matr. Canones generales Geneu. an. 1560.

Sanderus de ſchiſm. de Eduardo 6. p. 112. b 113. a.

2. Luth. in Colloq. tit. de matrimonio Item in ſer. de matr.

3. Luth. in c. 7. ad Cor. 1.

4. Luth. ſer. de matrim.

5. Luth. ibid.

6. Bucer. in 19 Matth. f. 147. &c. Vide in indice libri Verb. repudium. & in Scrip. Angl. de Regno Chriſti c. 42 pag 122. 123. & 124.

merodus) *hominem Puritanum, qui Agar fouit in sinu, eo quod Sara esset sterilis*. 8. Si matrimonium fuit contractum absque parentum consensu, *disiungit hanc sponsionem Deus*, inquit Lutherus. 9. Si erratum fuerit in qualitate, seu conditione personæ: *ut si qua mulier pro virgine ducta, nec verè virgo esset*: rea mortis habebitur inquit Henricus octauus, & matrimonium cum ea, ait Lutherus, dissolubile erit. 10. *Siue iustè siue iniustè repudiata aliqua fuerit, si nulla sit ei spes ad primum virum redeundi, cupiat autem piè viuere, maritoq; opus habeat, ducens eam nequaquam peccabit*. Addit Lutherus: *poteritne cum alio contrahere? Respondeo, procul dubio poterit?* Quinimmò, inquit Bucerus: *quoties vxor non se commodam viro, aut vir non se commodum vxori præbet, quacunque videlicet de causa coniuges sibi displiceant, matrimonium solui posse & aliud iniri*. Sub quo vltimo prætextu, non fenestra, non ianua, sed latissima ruina murorum probitatis, ad omnem nequitiam panditur; cùm quisque coniugum ità se improbè gerat, vt tandem vel iustè, vel iniustè displiceat, demumq; deseratur. Sed de polygamia, dogmata Ministrorum paucis nunc consideremus.

Vide Bezā ep. 10. & in libello de repudijs.
7. Ormerod. in pict. Puritani, quatern. M.
8. Luth. in Colloq tit. de matr. Vide tom 5. Ien. Germ f. 241.
9. Henr 8. in Sandero, de schism p 98. Luther. de matr. tom. 5. Ien an. 1530. & in 1. Cor. 7 fol 111. 112. 122. 123.
10. Bucer. in c. 19. Math. & Luth. to. 5 in 1. Cor. 7. v. 11 fol. 111.

PARS TERTIA.

Vtrùm Ministri approbent Polygamiam?

P*Rohibitum non est* (nempe in Ministrorum doctrina) *vt vir non habeat plures vxores quàm vnam*. Eandem doctrinā commēdat Bernardinus Ochinus, quem Beza libro de diuortijs, & repudijs, asperius reprehendit. Interim ait: *Paulus Episcopis & Sacerdotibus plures vxores interdicit, cæteris tacitè concedit*. Nec Polygamiam Beza, aut consortes tollunt, qui secundas, tertias vel quartas, aut plures si opus sit, nuptias post diuortium, coniuge vtroque superstite, approbant. Non enim nisi per solam mortem vinculum consummati matrimonij rescinditur. Suā autem hanc doctrinam Ministri, maximè verò eorum Episcopi, iugi exemplo operis (veluti viuo & efficaci sermone) confirmant. Longum enim iter per præcepta fuisset, breue & expeditum per exempla. Nam

Luth. tom. 4 Ien. Germ. in cap 16. Genes. Ochin lib. 2. dial. 21 pag. 200. 204.
Vide Bellar. l. de matr. c. 16.

Horat. *Segnius irritant animos immiſſa per aures*
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Sed ex omnibus exemplis ſcitu alioqui dignis, præteriri iſtud quod hic attexitur, forte an nefas crederetur.

Ex literis 25. Apr. 1612. Nondum integer annus, aut ſaltem non dudum elapſus eſt, cum Apoſtata (de quo multa alia breuitatis cauſa reticeo) *Toddus* pſeudo-Epiſcopus Dunenſis in Ibernia, ſuæ coniugis ſeu verius ſcorti pertæſus (non enim, vt ille apud Czecanouium capite præcedente, numero ſexto dixit, *coniugium in Miniſtris reſtinguit vagas libidines)* eam voluit repudiare. Acceſſit primò ſymmiſtam ſuum (vt loquuntur) totius Iberniæ Primatem, *Henricum Vſherum;* libellum ab eo repudij acriter efflagitans. Nimirum fruſtrà, apud virum integerrimum ſcilicet, & apprimè vxoris (quæ illi viribus ſuis quam tenuiſſimis impar onus exantlanti, nempe multorum annorum elucubrationes contrà Bellarminum, extorſit, tradiditq; Vulcano, quod iniqua futura eſſet, vt aiebat, concertatio, inter hominem prolibus & domeſticis curis grauatum, & hominem omnis ſęcularis ſolicitudinis expertem) imperio, ac voluntati, obnoxium. Diſplicuiſſet autem matronæ graui (abdominis centumpondio) diuortij Miniſtralis cauſaria prętenſio, per quam ipſa fortè breui, technis id generis Miniſtralibus, coniugali toro diſcluderetur. Sed quid audio? *decrepitum noſtrum Salacemq; Primatem, defuncta hac ſua coniuge, nolle vnius vxoris eſſe virum, ſed viduam pſeudo-Menapienſis duxiſſe, idq; poſt ancillare contubernium.* An credam? certè literas habeo quæ fidem imperant, cùm de Tanero alijſque certo certiora prodant. Nolo tamen res nefarias ſuſpicari de ſene cognato continentiſſimo. Igitur cùm illàc nõ ſuccederet, Dubliniam ad Doctorem *Quin*, in curia quã Prærogatiuam vocant officialem, amicum ſuum, digreſſus *Toddus*, ab eo diuortij diploma, inſtanter requiſiuit. Nomen ſolius mulieris (ea erat eius coniunx) ſe tenere ſubdolè aiebat: ſeipsũ autem fide bona (nempe reformata) nomen viri in ſpatio interiecto, ſi ipſi credatur, appoſiturum. Nunquam his verbis veriora & ad rem præſentem ac quotidianam experientiam

magis

magis accommodata, prolocutus est Caluinus: *In exiguo eorum numero qui sese ab idololatria* (mementote esse hæc Caluini verba) *papatus subduxerunt, maior pars plena est perfidia & dolo. Præclarũ quidem Zelum simulant: si tamen intus excutias, reperies plenos esse fraudibus. Vix eorum decimum reperies, qui alio fine nomen Euangelio dederit, quàm vt solutius in omnem lasciuiam difflueret.* Sed ad semitam nos recipiamus. Tanto igitur Prælato venerabili, pariterque amico, fidem derogare Doctor *Quin* indignum ratus: diploma repudij tradidit. Toddus itaq; voti iam compos, domum properauit, suoq; ipsius nomine in vacuam diplomatis intercapedinem inserto: protinus vxorem repudiatam coquo suo copulauit: nouamq; coniugem Reformationis dispensatione superinduxit. Quo facto quæsitus ad pœnam ob scandali enormitatem, breui post de fama nihil solicitus fugam inijt in Angliam, turpitudini suæ patrocinium corruptionibus acquisiturus. Tales omnes ad vnum sunt qui à nobis ad Reformatores transfugiunt. Mali Thripes, mali Ipes: similes simillimis facillimè congregantur. Hoc quia recens est, publicum, contestatum, irrefragabile: infinitorum (quæ cuilibet obuia sunt) instar nobis esse debet.

Calu. 2. Pet 1 ver. 1. & in Dan. 11, v. 34.

CAPVT VLTIMVM.

De Extrema vnctione.

FORMALISTIS vertunt Puritani maximo vitio, quod absurdè Extremam vnctionem præcipiant. Non enim inuidiâ Puritanorum carere potuerũt hæc Liturgię Anglicanæ verba: *Si vngi appetat ægrotus, tum in fronte, ac pectore, duntaxat, vnget illum presbyter, imprimens signum crucis, ac dicens: Sicut hoc oleo visibili corpus exterius vngitur, Sic cœlestis Pater, omnipotens Deus pro sua infinita bonitate concedat, animam interius vngi à Spiritu sancto, qui omnis fortitudinis, consolationis, auxilij, & gaudij est spiritus.* An autem Sa-

Examen lib. Publ. Prec. pag. 129. In visitatione infirmi 143. b. 144. a.

cramentum consequenter non esse intiment, causaq; propalam (per Whitakeri superius arbitrium) non cadant, truncantes hanc partem suæ liturgiæ: non difficilis est iudicij. Qua parte ambiguitas vlla esse possit, Lutheri peremptorio hoc decreto dispellitur. *Hoc* (inquit) *vnctionis extremæ Sacramentum non damno.* Iterum: *Non negamus per extremam vnctionem dari remissionem, & pacem.* Quod, cùm non neges, Luthere (vt sponte fateris) mirum mihi profectò est, quomodo ex contradicendi spiritu non damnaueris; qui quicquid sacrum, & salutare habent homines, damnare pro more consueuisti. Sed hic receptui in proximam occasionem, canamus.

Luther. de capt. Babil. c. de extrem. Vnctione.

CONCLVSIO PARÆNETICA TOTIVS BRITANNOMACHIÆ.

Ecclesiam non posse mendacia & errores docere, ne quidem in vno articulo disertè profitetur Lutherus. *Eam solam in luce versari, Spiritumq; sanctum semper habere præsentem & non errare,* vltrò annuit Oecolampadius. *Eam denique varijs modis seruari, perpetuam & inuictam esse,* concedunt Caluinus & Petrus Martyr. Idem fusius partim ex ijsdem, partim ex alijs Reformatoribus aliquoties euicimus; pagina 35. 36. 47. 72. & seq. 93. 165. 180. Secundò Romanam fuisse veram totis sexcentis annis *matricemq; Ecclesiam* concordi consensu, vel omninò omnes, vel saltem præcipui quiq; asseuerant; pariterq; se à nostra hodierna Ecclesia ob nullum articulum fidei, sed ob solos paucos abusus dissentire gloriantur. Nunc facio vnũ & alterum argumentũ.

Luth. in ep. cõtra Ioan. Wurst. Oecolamp. in Isa. p. 37. 285 286. Calu. in ps. 102. 19. ps. 22. v. 31. 32. Pet. Mar. in loc. com. 437.

PRIMVM ARGVMENTVM.

Quæcunque est vel fuit vera matrix Ecclesia, eadẽ *perpetua, inuicta, & erroris expers,* à Reformatis esse cõceditur. Atqui Romanam Ecclesiam veram ac omnium Ecclesiarum matricem saltem fuisse ipsi concedunt. Ergò Romana Ecclesia *perpetua, inuicta, & erroris expers,* ipsorum arbitrio esse conceditur.

SECVN-

SECVNDVM ARGVMENTVM.

Quicquid ſexcentis annis *erroris expers fuit, ſimulq́; inuictum & perpetuum*, idem perpetuò eſt inuincibile. Atqui (fatentibus Reformatis) Romana matrix Eccleſia 600. annis *erroris expers fuit, inuicta, & perpetua*. Ergò eadem Eccleſia, perpetuò eſt inuincibilis, cum alioqui perpetua eſſe nequeat.

Concluſio ex his, ineluctabilis (ni valde fallar) ſubſequitur: nempe omnes Chriſtianorum qui Romanam Eccleſiam impugnant, quique ab eâdem de hęreſi damnantur, eſſe hæreticos. *In nullo enim* (ex confeſſis) *ſuæ doctrinæ articulo errare illa Eccleſia poteſt;* adeoq; nec in eo quo ſuos impugnatores hæreſeos damnat. Tempus ergò eſt, vt Reformati vniuerſi & ſinguli, proprio ore damnati, à ſua hæreſi damnata reſipiſcant.

Porrò, nullus omninò eſt Reformatorum Anteſignanus (vt videas pagina 66.) qui non ità ſibi vindicat diuinam inſpirationem, ac ſi (vt Lutheri phraſis p. 38. 46. habet) Spiritũ ſanctũ omninò cum plumis pẽniſq; deuoraſſet; quiq; cæteros omnes à ſuis ſequacibus pro hæreticis non reputat. Iudicio enim Lutheranorum Caluiniſtæ, Zuingliani, Anabaptiſtæ ſunt hæretici. Iudicio quoq; Caluiniſtarum tales ſunt Lutherani, Zuingliani, Anabaptiſtæ. Iudicio verò Zuinglianorum tales ſunt Lutherani, Caluiniſtę, Anabaptiſtæ. Iudicio denique Anabaptiſtarum tales ſunt Lutherani, Caluiniſtę, Zuingliani. Atque ità cùm ſint duo ſoli vel tres (ait S. Irenæus) de ijſdem eadem non dicunt in quacunque re. Solum autem in id vnum conſpirant, vt Chriſtum, eiuſque ſponſam Romanam Eccleſiam vanâ ſine viribus irâ impugnent, ſuoſque in pari (diuerſa tamẽ) perfidia conſortes, mutuis condemnationibus hæreſeon traducant. Iam verò, quantum eſt diuini iudicij præiudiciũ, non ſolum à Romana matrice Eccleſia, ſed etiam ſingulos Reformatorum à reliquis vniuerſis Reformatis hæreſeos damnari? *Sic ſit neceſſe eſt* (inquit S. Auguſtinus) *vt minutatim ſecti conſciſſiq́; diſpereant, qui tumorem animoſitatis ſuæ, ſanctiſſimo Catholicæ pacis vinculo prætulerunt*.

S. Iren. l. 1. c. 5.

S. Aug. l. lib. 2. cont. Epiſt. Par men. c. 4. in fine.

Ex varijs item huius Britannomachiæ liquet partibus, modernos

dernos Reformatores Deum Diuosq; impijssimè [a] blasphemare, alios quoscunque contemnere, se ipsos veò impotéter prò Euangelistis [b] iactitare, turbas vbilibet [c] ciére, Principibus & Superioribus perniciem [d] machinari, mendacijs, fraudibus, adulationibus, atheismis [e] abundare, sese inter se implacabiliter [f] lancinare, nullum modum aut finem in sua mutanda doctrina [g] facere, omnem vitæ licentiam exemplo & doctrina [h] introducere, commercia & auspicia diabolorum [i] profiteri, [k] vita deniqueimpia & morte reprobos (seu vt Lutherus [l] loquitur) *porcos* haberi. Ait enim Lutherus, *credunt sicut sues, & sicut sues moriuntur*. Si verò nequeant vlterius hæc esse suspecta, vtpote marginalibus (quas ad ea conuincenda datâ operâ apposui) citationibus abundantissimè contestata: quã reproba, ac adamantina, pariterque deflenda eorum deprehenditur peruicacia, qui nec rationibus vincuntur, nec authoritatibus corriguntur, nec suasionibus flectuntur, sed in tragœdia incœpta præcipites pertendunt, insanabili insania obdurescunt, *omnemq; operam in id conferũt* (fatentibus ipsismet) *vt omnia argumenta allata eludãt, & Scripturarũ loca cõmentitijs expositionibus adulterent?* Proindeq; sapientissimè dixit sanctissimus Christi martyr, CAMPIANVS: *Meritò indignamur, in tam perdita causa, homines tam indoctos, tam sceleratos, tam dissectos, tam abiectos cultissimis ingenijs dominari.*

Quidni ergò in sincerissimas ac saluberrimas erumpam nostri SCRIBANII voces, illius è millibus gloriosi pugilis in Ecclesia Dei? *Et post hæc omnia erit qui credet aut Euangelium illorũ de Spiritu sancto esse, aut Apostolatum de Deo? Pugnantia Euangelia ab vna veritate? pugnantes Euangelizatores ab vno Deo? Heu aui nostri dedecus, hæc dici, & credi! O Britannia! quod iaces & peris, hanc habes vel inter primas vel solam causam.*

Perfidam enim tuam sub qua *iaces & peris Britannia* illam oportet esse fidem, in qua *opus bonum non potest doceri, nisi illam lædas: cùm illa fides, & opera, in re iustificationis extremè aduersentur, ità vt* (secundum illam) *doctrina operum sit necessariò doctrina dæmoniorum, & discessio à fide.* Quia nimirum, dicẽte Caluino, *operum iustitia*

a pag. 42. 61. 70. 77. 147. & seq. 199. & seq. 205. 206. b pag. 38. 46. 66. c pag. 57. 58. 60. 210. 233. 234. d p. 26. 27. 36. 43. 57. 95. 210. 231. e pag. 106. 115. 238. 239. f passim. g 25. 30. 31. 34. 17. & seq. h 92. 93. 95. 105. 223. 224. i 89. 90. 91. 107. 253. & seq. k 96. 111. 116. 161. 239. 240. l 95.
Luth. tom. 1. in c. 8. Mat. & in 1. Cor. 15. f. 161. 162.
Luth. tom. 1. Germ. Wit. ad cap. 3. ad Galat. f. 114.
Camp. in ep. ad P. Gener.
Scriban. Orthod. fidei controuers. lib. 2. c. 6. sub finem, pag. 180. 181.
Luth. de votis monasticis.
Calu. Instit. l. 3. c. 11. n. 13. cap. 15. n. 2. cap. 19. n. 2. 4. 7.

iustitia, nullo modo sociari possit cum iustitia fidei: nec solum opera quæ fiunt solis naturæ viribus, sed omnia alia, quouis ornentur titulo (etiamsi à Deo mandentur; cum diuina promissione coniungantur; à gratia emanent; meritis Christi perficiantur) *per iustitiam huius* (reformatæ) *fidei excluduntur.* De qua re superius pagina 109. 110. 207. plura cum vtilitate consulenda, disserui.

Perfidam (inquam) illam tuam *Britannia* oportet esse fidem, *sub qua iaces & peris,* quam ab eo exhauris qui amplius non Dei Euangelista sed eius Institutor, morumq; Informator vult haberi. Audi eius verba, præ horrore vix, aut ne vix quidem, auribus Christianis perferenda. *Non semel* (inquit Lutherus) *Domino Deo nostro aliquot egregios articulos porrexi, & exhibui, eumq; docere volui, sed optimus ille ac bonæ frugi Deus, bellè mihi culum suum obuertit conspicandum. Itaq; sapientia illa mea in vanum cecidit.* Vide *Britannia* Deum Reformationis tuæ, & eundem videndo agnosce Diabolum salutis tuę hostem: vt es iam aliquoties admonita; pag. 89. 90. 91. 107. 237. & sequẽtibus. Hostem autem nequissimum salutis tuæ, non te piget, aut pudet sequi, credere, venerari? Deum illum malè morigeratum qui doceri à Luthero potuit, quique prodijt Erebo, ac infanda Lutherum, idque nocte docere voluit? Quid tibi vlterius dicam? Quibus te monitis potentioribus affabor? Ignoro.

Quod si adhuc fortè dubites, illum Deum non esse Diabolum: perpendas velim hæc Lutheri verba superius allegata; [a] *Nos à Diabolo captiuos teneri veluti à Principe ac Deo nostro, vt cogamur facere quicquid ipse vult, nobisq; inspirat.* Rursum & ista itidem superiùs producta; [b] *cùm expectem quotidiè mortem & meritum hæretici supplicium.* Similiter & ista à me prius recitata; [c] *nescio vtrum veritatem doceam, necne.* Deinde: [d] *meipsum sæpissime aggreditur Sathan, tantaq; cum vi opprimit, vt Christi penitus obliuiscar.* Porrò & hæc [e] *se propter Deum hanc causam non incepisse, nec propter eundem se eam finiturum.* Prætereà; [f] *Ego Diabolum intus & in cute noui, quippe quocum plus vno salis modio comederim.* Etiam vel seorsim vel simul ista; [g] *Diabolus multò frequentius & propius mihi in lecto accubare solet, seu condormit, quàm mea Catharina.* [h] *Mecum in Dor-*

Luth in colloq. Mens. c. de operibus Dei fol. 35. §. 8. edit. Isleb.

a *Britannomachia l. 1. pag. 91.*

b *Ibid. pag. 48. 49.*

c *Ibid. p. 49.*

d *Ibid. p. 49.*

e *Vide ibid. pag. 91.*

f *Item Emserum & Cocleum de Luth conc. Dom Reminiscere, inter 27 conciones Witebergæ & Argentinæ in 4 impressas, fol. 19.*

g. h. i k. l m. *Luth. in colloq fol 5 18. 124. 129. 158. 199 216. 271 274. 275. 281. 259.*

Vide in eandem rē plura apud Luther. tom. 2. Germ. Wit. fol 122. to. 2. Ien. 77. to. 3. Ien. 68 388. tom. 6. Ger. Ien. 28. 82. tom. 7 Ger. Wit. 480. to. 7. Lat. Wit. fol. 228.

in Dormitorio deambulare solet. i *Sathan mihi multis modis præ cæteris fauet.* k *Sancte Sathan ora pro nobis: minimè tamen contrà te peccauimus clementissime Diabole.* l *Ego Diabolum collo meo affixum habui.* m *Duos se præcipuè ludicros habere operum suorum inspectores Doctores Theologiæ in isto collegio.*

Vide historiā huius conuersionis p. 254 & seq.

Hæc inquam Lutheri quem Patrem agnoscis verba tibi, *Britannia*, sunt diligentissima attentione semotis arbitris ponderanda. Vt etiam præclarissima illa quàm retuli Francisci tui Walsingami hanc ob causam ad Catholicam fidem conuersio, ne scilicet filius per nefas esse persisteret Lutheri, qui Diabolum, suum *sodalem, fautorem, contubernalem, commensalem, inspectorem, inspiratorem, denique Deum ac Principem* agnouit. Quique se *hæretici supplicium expectasse* professus est. Qui denique *hanc* sese Reformationis *causam neque inchoasse propter Deum* (nempe omnipotentem & æternum) *nec eius gratia finiturum* apertè declarauit. An ille immeritò aut sine horrore tibi relicto, ab execranda doctrina discessisse videatur, cuius gratia Reformatorum nemo ne quidem Regia authoritate interposita, maximo Reformationis scandalo impendente, toto populo tacitis suspirijs efflagitante, tantam labem communis Patris ac choragi absterfum iuit? Olim quidem *Charcus, Fulcus, Sutcliffus, Mortonus* voluerunt Lutherum cum dæmone sermonem non habuisse, sed certamen; non visionem sed somnium retulisse; vel certè non quiduis esse probandum quod dæmon impugnat, nec improbandum quod damnat. Quibus longè quæsitis excusationibus, quanto pudore intrinsecus rei turpitudine suffundantur, quantoque dolore præcordia ipsis derodantur, patefecerunt quidem: inuidiam tamen tanti piaculi, propudijq́; non modo vel suorum arbitrio non sustulerunt, vt potius, frustrà laborando, destinatum suum adhęrendi Diabolicæ doctrinæ decretum, omninò detexerint. Quid ergò *Britannia*, mihi post nulla in Orbe regna in precibus die nocteque memoranda,

Charcus in Resp. ad cēsuram Fulc. in Resp. ad Censuram pag. 257. Sutclif de Vera Christi Ecclesia pag. 298. Morton. in Apol. Catholica, p. 1. l. 2. c. 21 pag. 351.

In tenebris lucem, cælum orco, demone Christum
Quæris?

Vtinam

Vtinam à cæpto desistas, vt & quem palam sic quæris, querere. Nam præterquam quod perniciem, desolationemq; tuam inde presagiam, ineuitabilē, sæculis futuris omnibus erit, vt dixi

Hoc mirum: huic tali quenquam se credere monstro,
Et soboli Sathanæ, & discipulo Sathanæ.

Adeoque fas mihi sit meorum omnium sociorum nomine tibi Britannia ex S. Augustino (epistola 50) ex intimis optimi affectus penetralibus pronuntiare. *Quærimus vos iniustos ne permaneatis iniusti: Quærimus perditos, vt de inuentis gaudere possimus, dicentes, mortuus erat frater & reuixit, perierat & inuentus est. Quærimus vos quia peristis, vt de inuentis gaudeamus de quibus perditis dolebamus.* Tu verò mi LEONARDE LESSI Præceptor colendissime, verbis his quam simillimis votisque pientissimis huic tandem discipuli tui (qui tibi officij & studij sempiterni Minerual debet, theatralium ludorum fastidio nauseantis, prorsusque rixarum Ministralium pertæsi) Britannomachiæ coronidem imponito. Annuo enim, totaq; cordis astipulatione assentior tibi dicenti: *Hoc vouemus, hoc precamur, hoc te omnibus votis, omnibus precum supplicijs obsecramus; O lux vera, lux æterna omnium illuminatrix hominum pariter ac Angelorum. Etsi enim diabolica fraude seducti à te & Ecclesia tua recesserunt, tuæ tamen sunt creaturæ, ad imaginem & similitudinem tuam efformatæ, pretio sanguinis tui redemptæ, ad cælestem hæreditatem & consortium tui regni cōditæ & vocatæ. Non pereat tam præclarum opus tuum, quod tibi tanti stetit, quod æternas tibi referet agnita veritate laudes, quod ad gloriam tuam splendebit in omnē æternitatem. Discute tetram caliginem quæ nunc mentem obsidet. Amoue fascinum Diaboli quo mentis oculi tenentur, & phantasia peruertitur. Incute metum acrem ignis inextinguibilis & incendij æterni omnibus vera religione destitutis præparati. Inijce ardentem veritatis cognoscēdæ & salutis consequendæ amorem. Ostende illis lucem miserationum tuarū, vt cognoscant ouile tuum, & intelligant ouile in quo ante fuerunt, non esse ouile tuum sed Diaboli.* Denique tu Christe lux mundi, mentibus eorum affulge. AMEN.

Leō Lessius in Consult. Quæ fides & Religio sit capescenda, pag. 148. 149

DEO OPTIMO MAXIMO, VIRGINIQVE MATRI, B. PATRICIO, B. IGNATIO, ET OMNIBVS SANCTIS, LAVS, ET GLORIA.

Si quæ fortè sententia, dictio, aut syllaba, in toto hoc libro, operéve quocunque à me edito, vel edendo, sanctæ matri Ecclesiæ Apostolicæ Romanæ minus probetur: eam prorsus abiuro, execrorque, & indictam haberi exopto.

ADMONITIO AVTHORIS DE ERRATIS.

Errata & me subinde absente, & aliquando etiam præsente, (sed non plurima vt opinor, nec maxima) obiter contigerunt, quorum potissima, indiculo post Indicē complecti visum fuit. Si fortè plura inter legendū occurrāt: festinantis oscitātię, vel certè imperitię, Benigne Lector, benignè ignosce. Etenim,

——— *Hanc veniam petimusq́, damusq́ vicissim.*

Quod vt facias libentius, causas idoneas in Præfatione mea reperias. Vt tamen (non liuidè carpendo, sed candidè instruēdo) lapsus mihi meos quos fortè deprehendes, aperias: hortator & supplex, lubēs accedo. Cùm enim sim (vt de se multò minore occasione, dixit S. Augustinus) *ex ijs qui proficiendo scribunt, & scribēdo proficiunt: in omnibus literis meis non solum pium Lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero*. Solummodò, *non valdè curo superborum imperitorumq́ iudicia, qui similiter in legendos libros, atque in salutandos homines irruunt. Non enim cogitant quales ipsi, sed qualibus induti vestibus sint, & quanta pompa rerum, fortunæq́ præfulgeant.* His enim, vulgoq; mobili, quicquid arbitrij est, nullo apud me loco est. Illud enim Cleanthis, animum meum præoccupauit.

S. Aug. ep. 7. ad Marcel. & in proem. l. 3. de Trin. & lib. 1. de Ordin. c. 11.

Ne spectes famam, dum vis Sophos esse repentè,
Terreat amentis nec te sententia vulgi.
Iudicium sapiens & iustum non habet vnquam
Vulgus, & in paucis vix hoc reperire licebit.

Britannomachię Ministrorum finis.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Augu-

Boltonus

Cartuurightus

Disciplina

Iacobus

Iuramentum

Lutherus

Ministri

Pari-

Sarauia

FINIS INDICIS.

Errata sic corrigantur.

PAgina 11. linea 1. alueare, lege *aluearí*. pag.13.l.2 factu, *facto*. pag 39. lin. 8. liceat, *licet* pag. 45.l.30. consiliorum, *conciliorum*. pag. 49. l. 16. relegatus, *religatus*. pag.57. l.18. inusserunt, *asperserunt*. pag.60. l. 29. vnguinibus, *vnguibus*. pag. 64, l.1. subintelligenda, *subintelligendo*. pag.ibid.l.34.præmente, *premente*.pag.75.l 33.discensionem, *dissensionē*. pag.78.l.17.concessus, *consessus*. pag.79.l.32.præmantur, *premantur*. pag. 80. l 8. alter, *aliter*. pag 83, l.1. asseueranter, *asseuerare*. pag.88. l. 3. fato, *aruo*. pag.97. l.3. quibus cor. *quibus & cor*. pag.98. l. 18. æstro, *œstro*. pag.ibid.l.29.exprobare, *exprobrare*. pag.106.108.l.14.15.Athia, *Atheia*. pag. 108.l.12. discendere, *discedere*. pag.114.l.10. Anonimus, *Anonymus*. pag.116. l. 11. quæruntur, *queruntur*. pag. 129. 130. Sarbona, *Sorbona*. pag.133. l. 18. didasculo, 20.parenetica, 23.Sciruturæ, *didascalo, paranetica, Scripturæ*. pag. 134. l.1. cacodemon, *cacodæmon* pag. 138. l. 26. effluere, *affluere*. pag.139.l.14.15. Ecclesiæ reformatæ Ecclesiæ, *reformata Ecclesia*. pag. 140.l.13. vsitutas, *vsitatas*. pag. 146. l. 20. asistata, *assystata*. pag.151.l.21, nedum nedum, *nedum*. pag. 153.l.32 infane, *insane*. 35. narrabo quod à viris, *narrabo à viris*. pag.161.l.29.ait, *aiunt*. pag. 165. l. 11. sobrioris, *magis sobry*. pag. 170. l.31. proinde, *perinde*. pag. 173. l. 33. isto, *ista*. pag 186.l.15.ipsam, *ipsos*.pag.188. l.13.15. discensum, dadatim, *descensum, datatim*. pag.190. l. 4.17. natoque, discensus, *natosq;, descensus*. pag.191. l.16. singularem, *singulare*.pag.197.l.11.22.ogligarchitæ, fucatę, *oligarchitæ, fucati*. pag 198.l.10.lamenis, *lanienis*.pag.201.l.34.totus, *tota*. pag.204.l.29.proscripta, *prescripta*. pag.210. l.6.quam, *quod*. pag. 218. l. 16. Berith, *Borith*. l. 18. priuatis his ieiunijs, *priuata eis ieiunia*. pag. 219. l.22. Salmonæi, *Salmonei*. pag.232.l.31. exclusis, *occlusis*. pag. 240. l. 14. queruntur, *queruntur*. pag. 258. l.34. perlectos iri, *perlectum iri*. pag.261. l.11.Bucherus, *Bucerus*. l.19. tragedie, *tragœdia*. pag 275. l.5.cœcos, *cæcos*. l.25.mala, *macula*. pag.278. l. 2. in, *ni*. pag. 279. l. 22. precium, *pretiū*. pag.282.l.28.Gondrusij, *Condrusij*. pag. 284. l. 1, per os, *per oscitantiam*. pag.286.l.16.Egertonus, *Egertonus vel Chatertonus*. pag.321. l.22. quàm *quam*. pag.323.l.5.vtque, *itaque*. pag.325.l.10.fluminis, *fulminis*.pag.331. l.12 intermoratam, *intemeratam*. l.21. concinnunt, *concinunt*. pag. 332. l.29.continentur, *compinguntur*. pag.334. l.22. absoletum, *obsoletum*, sed in quibusdam tantum exemplaribus. pag.352.l.2, veò, *verò*.